BIBLIOTHECA
SCRIPTORVM GRAECORVM ET ROMANORVM
TEVBNERIANA



FIRMICVS MATERNVS

MATHESEOS LIBRI VIII

EDIDERVNT
W. KROLL – F. SKVTSCH
K. ZIEGLER

II



1913

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

IULII FIRMICI MATERNI
MATHESEOS LIBRI VIII

EDIDERUNT

W. KROLL ET F. SKUTSCH

IN OPERIS SOCIETATEM ASSUMPTO

K. ZIEGLER

FASCICULUS ALTER

LIBROS IV POSTERIORES CUM PRAEFATIONE ET INDICIBUS CONTINENS



LIPSIAE IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI MCMXIII

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI

PRAEFATIO.

Iulii Firmici Materni Matheseos libros octo, cum anno 337 editi essent, multorum in manibus versatos esse veri est simillimum; nec tamen apud ullum antiquum scriptorem eorum mentio fit. Tractatum enim, qui 'de dis et praesensionibus' inscriptus Boethii nomen prae se fert, in quo Firmicus mathematicus commemoratur (Ciceronis opera ed. Orelli V 1, p. 395 13 *In huiusmodi vero tractatu Posidonii atque Iulii Firmici sive reliquorum mathematicorum regnat oratio*), multo recentioris aetatis esse patet. Sed inde ab anno fere millesimo in Gallia et paulo post in Britannia vestigia eius apparent. Laudat eum iuxta Ptolemaeum Honorius Augustodunensis in opere 'de philosophia mundi' II 5 (Migne, Patr. lat. 172 p. 59 B), et apud Willelmum Malmesburiensem De gestis regum Anglorum II § 167 (Migne, Patr. lat. 179 p. 1138 B) legimus Gerbertum, cum in Hispania apud Saracenos astrologiae studuisset, vicisse *scientia Ptholomaeum in astrolabio ... Iulium Firmicum in fato.* Idem in 'Gestis pontificum Anglorum' III 118 (ed. Hamilton [Rolls series 1870] p. 259 adn. 6[1])) testis est Girardum archiepiscopum Eboracensem cum aliter peccasse tum Firmicum lectitasse; unde posteri finxerunt sub pulvino eius, cum subita morte abreptus esset (anno 1108), Firmicum inventum

1) *Ceterum, vel rei veritate vel rumorum licentia parum diffinio, multorum criminum et maxime libidini obnoxius erat. Qui etiam maleficiis dicitur inservire, quod Iulium Firmicum secreto et promeridianis horis lectitavit.* Sed haec in apographis tantum Willelmi operis leguntur; in ipso autographo codice, quem adhuc tenemus, ipse monachus ea verba, quibus vir summus Girardus vituperabatur, postea erasit; desunt igitur apud Mignium P. L. 179 p. 1578 D.

esse.[1]) Quo factum est, ut ei nisi aliquanto post in ecclesia cathedrali sepulcrum non daretur. Eiusdem archiepiscopi ministrum fuisse scripsit nobis F. Liebermann auctorem anonymum operis iuridici Anglici, quod anno 1114 prodiit titulo ornatum 'Quadripartitus' (ed. F. Liebermann, Halle 1892, cf. ibid. p. 36 sq.), Legumque Henrici I. (ed. Schmid, Gesetze der Angelsachsen p. 432 sqq. et nuper F. Liebermann, Die Gesetze der Angelsachsen, Halle 1903—1906, I 548 sqq.). In utroque opere auctor aperte Firmici dictionem imitatus est, cuius rei haec exempla adscribimus: Quadr. Ded. 1 *nullis adversitatum livoribus obatrescit* cf. Firm. p. 2 12; Quadr. Ded. 4 *inconsulta pollicitatione suscepi* cf. Firm. p. 3 26; Quadr. Af. 23 et Leg. Henr. 90 2 *desubito* cf. Firm. p. 110 25; Quadr. Ded. 16 *propriam habent malitiae praerogativam* cf. Firm. p. 110 26; Leg. Henr. 93 17 *Quae fortiora erunt si* cf. Firm. p. 104 28. 148 13. 151 20. 154 8. 162 5 al. Ded. 10 *malitię detestanda crevit inprobitas* cf. Firm. I 95 17. (256 13. II 96 19); Ded. 11 *avaricię stridulum murmur* cf. Firm. I 2 12; Ded. 11 *promiscuę libidines* cf. Firm. I 205 6. 215 23. II 159 6; Ded. 15 *nec est qui dolorem suum verbis aut lamentationibus prodat* cf. Firm. I 28 15; Ded. 16 *desideriis estuantes* cf. Firm. I 169 25; Ded. 16 *voluptatum . . . illecebris* cf. Firm. I 88 11. Ded. 16 *meretriciis actibus* cf. Firm. 150 8 (Nα! v. add.); Ded. 16 *scurrarum gremiis . . . adoleverunt* cf. Firm. I 25 16; Ded. 18 *feditate deformes* cf. Firm. I 147 22; Ded. 18 *affluentes ęterne felicitatis ornatus* cf. Firm. I 108 1 (ubi fortasse sic emendandum!); Ded. 19 *Videmus bonorum duros exitus, nocentum felices* cf. Firm. I 22 11; Ded. 19 *Ubi sunt qui dicebant, peccata mundi per dies singulos diis ultricibus nunciari?* cf. Firm. I 28 18. 29 2; Ded. 19 *Humano sumus et divino iuditio propemodum destituti* cf. Firm. I 28 11. Sed haec satis; poteramus totis Quadripartiti paginis

1) Ranulf Higden ed. Lumby VII 420 et ex eo Knyghton ed. Twysden, X SS., 2375; cf. Quadripartitus ed. F. Liebermann (Halle 1892) p. 38 sq., qui vir doctus de his rebus nos certiores fecit.

exscriptis paene in secundo quoque versu exemplum Firmicianum addere.[1]) Videtur igitur, ut scribit Liebermann, cum Girardus scholae Normannicae fuerit, Firmicus cum Normannis saeculo XI. ex Gallia in Britanniam migrasse multumque lectitatum esse. Neque igitur mirum, quod Daniel de Morley in libro, qui inscribitur *Philosophia magistri danielis de merlai ad iohannem Norwicensem episcopum* (qui regnavit 1175—1200) Firmici matheseos mentionem facit eamque bene novit, cf. Val. Rose, Herm. VIII 347—349.

Ad saeculum XI. et codices vetustissimi redeunt. Quorum duo genera esse Sittelius in praefatione editionis primus docuit. Ex archetypo Gallico — quem ideo vocavit, quod optima eius apographa in Gallia videntur orta esse —, cuius altera pars dimidia interiit, ut nisi libri I—IV iique mutili nihil exstet, fluxerunt codices vetusti cum alii tum **MPRVQ**, quibus in recensendis libris I.—IV. usi sumus. Ex altero archetypo ('Italico' Sittelii) ii codices, qui omnes VIII libros servaverunt, nati sunt. Nunc igitur, ne quis, quae de scripta Firmici memoria prolata sunt, ex variis fontibus sibi conquirere cogatur, conspectum omnium librorum damus, quorum ad nos notitia pervenit.

Integram incorrectamque archetypi speciem, nisi quod nimirum suis quisque vitiis laborat, praebent tres codices saeculi XI. hice:

1. **Montepessulanus** scholae medicorum H 180; cf. M. Bonnet, rev. de phil. VIII 187—190. Codex, quem duo folia ex breviario sumpta complectuntur, compositus est ex quaternionibus duobus, signatis *QI. II* (= f. 1–16), binione, cui folium singulare insertum est, signato *III* (= f. 17—21); quaternio IIII excidit (quod et manus recentior f. 21^{v} ad- **M**

1) Perperam Liebermann, D. Ges. d. Ang. I 534^{w} ad Quadr. Arg. 22 *torcias*, quod in *torciones* corrigere vult, Firm. VIII 15 affert; ibi enim (310 12) pro *tortione* Aldinae codices praebent *torti quaestione*, neque omnino *tortio* est apud Firmicum.

notavit: *$\ast$Deest quaternio*)[1]); quaternionibus quinque, signatis *V. VI. VII. VIII. VIIII* (= f. 22—61), ternione *X* et quinione *XI* (= 62—78), quaternionibus duobus *XII. XIII* et binione *XIIII* (= 79—98), quaternionibus tribus *XV. XVI. XVII* (= 99—122). Singulae paginae undetricenos habent versus. De diversis librariis, qui in exarando codice se exceperunt (cf. Bonnet), Skutschius haec adnotavit. f. 1—21 manus sunt elegantis et ut videtur recentioris quam f. 22—61 (quatt. V—IX); in his f. 22—53 (quod folium 32 versus praebet) ab uno librario scripta videntur, 54^r—58^r med. manus coaeva, sed amplior et gracilior exaravit, quam usque ad f. 61^v tertia eiusdem aetatis sed minus accurata exiliorque excepit. Folii 62^r versus 1—11 vetustiorem exhibent calamum, a versu 12 autem rursus obvia est scriptura recentior usque ad f. 78^r (nam 78^v vacuum). Extrema pars (f. 79—122) ab una manu vetustiore videtur scripta esse quamvis non ubique sui simili. Haec ad illustranda p. 559 imaginem addidimus phototypicam, in qua 4 locorum scripturas (f. 21^v, 62^r, 99^r, 122^v) spectare licet, a Skutschio cartae dilucidae auxilio delineatas. Variae notae margini adspersae sunt ab eo, qui saeculo XV./XVI. hunc librum possedit, quique f. 1^r nomen dedit: *Lib(er) est H(er)ma(n)ni de Bine.* Altera inscriptio quae est *Ex Libris Oratorii Collegii Trecensis* utrum aetate prior an posterior sit illa, non facile diiudicatu.

P **2. Parisinus** 7311 (cf. Salmasius, de annis climactericis p. 95 al. Sittl p. VIII. vol. I p. V) idem ille, cuius tertia pars (f. 50—103) famosissimus Ovidii artis amatoriae liber est, inter indicem paschalem (f. 1—3) et Ovidium insertum exhibet Firmicum (f. 4—49^v, ubi textus in medio folio de-

1) In hoc quaternione codicis **M**, ut par est, additamentum codicum recentiorum (49 15 — 53 14) defuisse facile computari potest; ea enim quae in **M** exciderunt (40 1 — 62 26) addito eo additamento 589 versus nostrae editionis, detracto 506 versus continent, cum e. g. quaternio II codicis **M** (14 21—30 6) 463, quaternio V (62 26—80 6) 478, quaternio XII (175 3—191 7) 472, quaterniones XVI et XVII (233 10 — 249 14; 249 14 — 256 13) 457 et 460 versus habeant.

sinit), quem olim monasterii S. Benedicti Fossatensis fuisse Sittl non male coniecit.

3. Vaticanus reginae 1244; cf. vol. I p. V. Codices **R** R
et **P** artius inter se cohaerere quam cum **M** ex apparatu nostro facile cognoscitur.

Praeter haec tria eximia apographa etiam plures exstant codices vetusti, quos ex eodem atque **MPR** archetypo fluxisse et lacunis, quas cum his communes habent, et eo probatur, quod eodem loco (269,18) desinunt. Sed hi, postquam ex illo libro descripti sunt, correctoris manum experti sunt, qui et alios codices contulit eorumque lectiones adscripsit (quo factum est, ut huius generis codices vetusti hic illic cum recentioribus ex archetypo 'Italico' petitis consentiant) et suo ingenio usus haud pauca correxit. Hanc recensionem iam saeculo XI. (non, ut Sittl p. XI censet, saeculo XIII. ineunte) exstitisse ex eo intellegitur, quod in codicibus Monacensi (s. XI.) Leidensi (s. XII./XIII.) aliis eaedem interpolationes inveniuntur. Cf. Kroll, Berl. phil. Wchschr. 1898, 413 sq. Talis modi librariorum licentia deinde et in singulis libris plus minusve grassata est. Huius generis codicum ad recensionem a nobis adhibiti sunt hi:

4. Vaticanus lat. 3425, cf. vol. I p. V. Singulae paginae 50 V
habent versus litteris admodum minutis scriptos. Codicem clarorum Italorum in manibus fuisse docet inscriptio in f. 1r: *tocco dal Panormita. Jul. Urs.* Saepe eum cum Neapolitano **N** conspirare infra apparebit.

5. Parisinus 17867, cf. Bonnet l. c. p. 188 sqq. vol. I p. V. Q
Fuit antea 'a la Bibliotheque de L Eglise de Paris'. Singulae paginae plerumque habent 50 versus. Persaepe variae lectiones in textum irrepserunt. Inde a libro III codex summa neglegentia scriptus est.

Accedunt hi codices, quorum indolem satis exploravimus, ut iudicare possemus nullum ex iis fructum ad recensendum scriptorem peti posse:

6. Darmstadiensis 756 membr. cm. 27, 3:19 saeculi XII. in foll. 126 sqq. libros I—IV, sed 269 18 desinentes, exhibet

binis columnis scriptos. Gemellum eum esse Parisini Q vol. I p. VI diximus, quod probatur his exemplis (ex Bollii collatione): 13 12 nutriat] nuntiat = PQ 16 3/4 aciem oculorum suorum = Q 27 17 possessis ab auctore = Q 67 1 domus *om.* = Q 67 28 possiderent = Q 69 10 eodem = Q 69 24 Sagittarii *om.* = Q 70 8 fuerit] est = Q 70 20 sunt illa = Q 71 8 itaque *om.* = Q 73 9 Quot annis $\overset{o}{d\bar{s}}$ geniturae discernat uitae = Q 73 12 Conditorem = Q 73 15 ipsius signi = Q 73 19 vitae *om.* = Q 74 6 XLIII = Q 75 5 haec *om.* = Q 76 1 diuisione = Q 76 20 singulis stellis = Q 76 22 habeo = Q 77 13 qualitate locorum = Q 77 17 De numeris antisciorum et apotelesmatum = Q 78 3 Sidonius] sidorus *cf.* sidorius Q 80 27 itaque *om.* = Q 81 1 istarum = Q 82 3 piscibus = Q 82 16 loco geniturae = Q 82 27 geminis = Q 83 12 uidet = Q 85 8 te *om.* = Q 86 7 poteris *om.* = Q 86 20 et ad conservanda = Q 87 26 recte = Q 88 16 aliqua ex parte = Q 89 5 Incipit cap̄ libri III *cf.* Q.

7. **Parisinum** 7312 membr. cm. 46:32 saec. XV., binis columnis 48 versuum nitide scriptum, ideo subiungimus, quod ex eo supplementa recentia codicis Q (cf. vol. I p. V) descripta sunt. Aliquot lectiones eius in Sittelii apparatu invenias, quibus satis apparet hunc codicem impudenter interpolatum haud multum distare a libro huius generis vetustissimo, qui est

8. **Monacensis** 560 membr. saec. XI. (cf. Kelber, Zu Jul. Firm. Mat. dem Astrologen, Progr. Erlangen 1881. Mommsen, Herm. XXIX 618), qui inter alia astronomica f. 20—60 Firmici libros I. et II. dimidium (— 76 20) exhibet, sed tam misere depravatos et interpolatos, ut hunc codicem plane abiciendum censuerimus, cum in Sittelii apparatu plurimae eius lectiones legantur. Aliquot sane locos recte sanavit. Quae de ratione, quae intercederet inter Monacensem et Cassinensem, Sittl p. X conscripsit, ne te decipiant, inserimus, quae rogantibus nobis benigne rescripsit Gundermannus:

„Sittl in seiner Ausgabe des Firmicus p. X meint, wenn ich ihn recht verstehe, daß der Firmicus im Monacensis

lat. 560 fol. 20—60 ein Teil der Handschrift sei, die Poggio in Monte Cassino fand = Casinensis 361, in dem jetzt noch Frontinus de aquaeductibus steht und ehedem auch Firmicus math. stand.

Aber der Monac. lat. 560 hat anderes Format, andere Zeilenzahl, andere Schrift als der Casinensis 361. Der Schreiber des Cas. 361, Petrus Diaconus, hat aber sehr wahrscheinlich auch den Firmicus geschrieben, da er in seiner Autobiographie ein Verzeichnis seiner Arbeiten gibt, die sich zum guten Teile in dem Casin. 361 finden, und dabei auch sagt *astronomiam ex ueteribus libris collegit.*

Der Hss.-Katalog von Monte Casino aus dem J. 1532 (Bibl. Casinensis I (1873) p. LXXXV) nennt als Inhalt der Hs., die identisch sein muß mit der von Poggio benutzten, folgendes:

Scolia matheseos de astrologia incip Hec omnia que. Item de nominibus lapidum et uirtutibus singulorum incip Descripto Imperator. Item Lib. de omnibus artibus quae in mundo sunt incip Dispō. Item Lib. psilmi Vegetii de militia incip Primus. Item Lib. Iulii Frontonis de aquę ductu urbis Rome incip Cum omnis res usw.

Wenn dieser Katalog a. 1552 nicht aus einem älteren Kataloge abgeschrieben worden ist, so wäre der cod. Casinensis 361 a. 1429 heil und unverkürzt aus Poggios Händen nach Cassino zurückgekehrt.

Immerhin könnte man annehmen, daß Poggio den Firmicus, nicht in Abschrift, sondern losgelöst im Original an Nicolaus nach Florenz geschickt hat nach Poggios Brief 3, 39 (23. Juli 1429): *Iulium Firmicum, cum venerimus Romam, ad te mittam .... liber est correctus et minime mendosus, ut videtur*, *excepto defectu primi libri.* Doch spricht gegen diese Loslösung und Übersetzung des Originals Brief 4, 2 und 4, 4 (gedruckt bei Sittl p. X).

Wenn Firmicus a. 1532 noch im Cas. 361 stand, so ist er vor 1699 daraus entfernt worden; denn Montfaucon (Bibl. bibl. mss. I 226 A) sah in dieser Hs. schon nicht mehr als wir jetzt haben.

Der Einband des jetzigen Cas. 361 gehört eher in das 17. Jahrh. als in das 16. Jahrh.

Poggio in Brief 3, 37 sagt, daß von Firmicus fehlen *primus liber et item pars secundi*; ebenso in Brief 3, 39.

Im Katalog a. 1532 heißt es: *incip Hec omnia que.* Damit ist schwerlich p. 1, 21 oder p. 40, 18 (Sk.-Kroll) gemeint, sondern p. 93, 11 oder vielmehr p. 39, 4 (in anderer Stellung?)

Wenn die Stelle p. 39, 4—7 in Casinensis ebenso wie in v gestellt war, also hinter II 28, so wäre freilich der Monac. lat. 560, der bei II 28 schließt, seinem Inhalte nach das Supplement zum Firmicus Casinensis, aber nicht das Original, sondern die Abschrift des verlornen, zu Poggios Zeit schon nicht mehr vorhandenen Buches I sq."

Monacensem et Parisinum sapiunt variae lectiones, quibus ipse librarius codicis

9. Leidensis Vossiani Q 92 membr. foll. 113 cm. 24 : 16 saec. XII./XIII. mera Firmici verba ex puro fonte (licet parum diligenter) petita sordidavit; complent in codice foll. 3—74r, desinunt 269,19. Cf. Kroll, Berl. phil. Wochenschr. 1898 p. 413 sq. Aetate par, virtute inferior est planeque ad Monacensis vilitatem accedit, sed et suis mendis scatet

10. Escorialensis C IV 13 membr. foll. 108 saec. XIII., desinens 269 11. Quod ad probandum ponimus nonnullas eius lectiones consentientes cum Monacensi, quas debemus Benigno Fernandez (cf. vol. I p. VI): 19 8 debemus repetere 24 dilaceratione 20 1 permittit fieri 12 proferens 21 7 dicimus 22 6 Italiae paene 7 saeviente flamma 13 fieri putas 14 cum si *Mon.* si *om. Esc.* 17 quia] quod 18 cogente fato 23 14 flagrantia 23 auctorem] auctoritatem *Mon.* -tate *Esc.* 24 24 potuere] poterunt *Mon.* potuerunt *Esc.* 25 2 Themistodes 26 10 his tantis] tantis his *Mon.* his *om. Esc.* (= N) 15 conferuntur 18 parricidialis (= N) 21 et ut 28 8 potestatem 11 ubi sunt iudicia 16 etiam per illum *Mon.* Etiam illum (per *om.*) *Esc.* 22 et *om.* 29 3 fortuitis] fortitudinis 7 quas subegit gentium 14 fecerit

30 12 Catonis (cathenis *Esc.*) armavit in suam necem 23 petitionem 27 offeruntur 31 3 consentiunt parte 10 coniungi] et iungi *Mon.* adiungi *Esc.* 11 procreati] conditi 15 ut et nos et omnes animantes] ut omnes et nos animantes *Mon.* ut omnes animantes et nos *Esc.* 21 suaderi 26 auget in maioribus] in maioribus auget *Mon.* auget *om. Esc.* 27 positos esse 32 7 a *om.* 18 cunabulis 19 puer] puerili (*recte! cf. add.*) 20 iam] etiam 33 9 praecedentis (= N) 14 fluctibusque 19 cito 23 morte 34 1 conversationis rationem 12 istius] huius 16 et totum 19 causas requirit (= N). Sustinuimus harum sordium hoc quidem loco specimen praebere, ne quis Sittelianae editionis adhuc ignarus temere nos Monacensem eiusque asseclas supplicio affecisse existimet. Sed satis superque. Agmen claudant duo codices Anglici:

11. **Cantabrigensis** 2105 (Kk. VI. 25) membr. in oct. foll. 107 versuum 40 saec. XIII. (University library Cambridge, Catalogue of manuscripts III p. 722) in foll. 1—52 Firmici libros II.—IV. mutilos (43 21—266 28 tabulis §§ 8—15 in compendium 8 versuum redactis) continet; cf. Sittl p. IX. Rogatus a nobis v. d. J. E. Sandys examinato codice benigne rescripsit desiderari in eo additamentum recentiorum p. 49 15—53 14 et paginas aliquot in usum nostrum contulit, ex quibus intelleximus Cantabrigensem vacare quidem protervis interpolationibus generis eius, cuius dux est Monacensis, sed suis mendis repletam (transpositis maxime verbis) nec puram archetypi imaginem praebere neque ad recensionem ullum fructum afferre posse.

12. **Bodleianus Digbeianus** 212 membr. in fol., foll. 72, inde a f. 10 binis columnis saec. XIV. exaratus, in foll. 11—29 Firmici libros I.—IV. continet; desinit 269 18.

Finis libri IV. et libri V.—VIII. Firmici nisi aliquot codicibus saeculi XV. vel XVI. non ad nos pervenerunt. Videtur igitur, cum praecedentia saecula parte Matheseos graviore plane caruissent, sollerti investigatione doctorum virorum Italorum saeculi XV. contigisse, ut veterem codicem indagarent, qui et libros V.—VIII. et partem eorum quae in

libro II. exciderant contineret. Exstitit igitur aevo ut videtur Carolino vetus codex, in quo liber I. totus, II. ita ut duo fere folia quaternionis ceterum deperditi (ut infra apparebit) servata essent, III. et IV. fere integri, V. mutilatus, VI. et VII. et VIII. fere integri inessent. Ex hoc archetypo fluxit liber is, qui Neapolitani librario et supplementa et correcturas insignes praestitit. Deinde cum et in VI. et in VII. libro singuli quaterniones interissent (II p. 121_{14}—139_{7} = 459 versus, p. 245_{5}—261_{6} = 482 versus Teubneriani), is codex exscriptus est, qui recentium codicum Italicorum archetypus factus est. Denique et quae in II. libro servata in recentium librorum archetypum pervenerant, et finis libri IV. et libri integri V.—VIII. (sive hi volumen seorsum compactum effecerant sive cum prioribus libris coniuncti erant) perierunt. Codex ita mutilatus vetustorum librorum exemplar fuit, qui cum veterem scripturam summa diligentia intactam servaverint, in recensendis libris I.—IV., quos continent, multo maiori utilitati sunt quam codices recentes, qui quamquam ex archetypo multo integriore descripti sunt, tamen cum neglegentia scriptorum tum correctorum libidine pessumdatum textum exhibent. Unde concludimus lectiones quidem recentiorum codicum a vetere memoria discrepantes plerumque abiciendas, additamenta autem (diligenter sane examinata) accipienda esse.

Priusquam ad singulos codices recentiores enumerandos transeamus, de lacuna in libro II. obvia disserendum est. Ex laterculo capitulorum, qui ex compluribus codicibus vol. I p. IX—XI editus est, cognoscitur in veteribus libris haec tota capitula excidisse: VIII. *De formis stellarum.* IX. *De ortu stellarum.* X. *De Luna quid cui astro se iungens significet.* XI. *De stellis quando sint matutinae.* XII. *De scematibus stellarum.* XIII. *De moribus stellarum et quo tempore quas vires habeant.* XIV. *De stellis quando sint matutinae quando vespertinae.* Praeterea capituli VII. *De stellis quae per diem quae per noctem gaudeant* pars extrema (nam quae apud nos p. 49_{7}—$_{13}$ leguntur huius capitis initium esse apparet, licet codices aliud lemma *De stellarum con-*

ditione praefigant) et capituli XV. (indicis XVI., contextus X.) *De moribus signorum et natura* pars prima interierunt. Quot folia fuerint, quibus haec continebantur, fortasse colligi potest. In schedulis enim, quae codici Monacensi 500 praepositae sunt, inter aliqua excerpta ex libris II. III. IV. V. VIII. Hartmannus Schedel haec adnotavit: *Secundus liber habet versus MDCCCXXV* (cf. Sittl p. XIII, v. Winterfeld, Dtsche. Lit.-Ztg. 1896, 70). In nostra editione liber II. (sine additamento recentiorum librorum) 1264 continet versus. Si ponimus versus illius editionis, cuius stichometriam Schedelius tradidit, eiusdem fere syllabarum numeri fuisse cuius Teubneriani[1]), efficitur ea folia quae exciderunt 561 versus tenuisse; qui numerus non tantum abhorret ab iis, quos in aestimandis lacunis librorum VI. et VII. supra eruimus quosque quaternionum archetypi ambitum aliquo modo circumscribere veri est simillimum (459 : 482), ut non sine aliqua ratione conici possit — quod et sine fragili numerorum adminiculo suspicetur quispiam — unius quaternionis folia fuisse, quibus deperditis illa lacuna facta est. Quodsi solitum syllabarum numerum veteris illius editionis stichos, id est 16, praebuisse malumus, efficitur partem servatam libri II. (scilicet in vetustis codicibus) $\frac{1264 \cdot 18}{16} = 1422$, partem deperditam 403 veteris = 356 nostrae editionis versus

1) idest 18 syllabas complexos; tales stichos ne neges exstitisse, cf. Diels, Hermes XVII 380, qui probat editionis Hippocratis, qua Galenus utebatur, versus 18 syllabas continuisse, et Ziegler, Überlieferungsgesch. der vergleich. Lebensbeschreibgn. Plutarchs, Lipsiae 1907, p. 155 sq., ubi Plutarchi vitarum quarundam editiones versus 21 fere syllabarum habuisse ostenditur, et Kroll ad Cicer. orat. 222. — Hic locus videtur esse, quo etiam de stichometria agatur, quae in fine libri V. tradita est. Subscribitur enim in codicibus **AO**: *Liber quintus habet versus N* (scilicet *numero*) *quinque milia*. In nostra editione liber V. complectitur 1824 versus (= 2052 versus 16 syllabarum). Deperdita igitur pars (post 58 4) dimidio maior fuit quam pars servata; liber V. integer si ad nos pervenisset, 150 fere paginas nostrae editionis explevisset; eiusdem fuit ambitus cuius liber VI., qui nunc ceteris longe amplitudine praestat; exciderunt 5--6 quaterniones.

complexam esse; qui numerus tanto minor est eo, quem ex librorum VI. et VII. conputatione collegimus, quanto maior ille, qui cum versus 18 syllabarum poneremus nobis obvenit; unde media via ingressi, ie. posito sticho 17 syllabarum, numerum invenimus illis proximum, scilicet 455. Quamvis fallaci igitur in fundamento depugnaverimus, tamen veri simile, nisi egregie fallimur, factum est, quaternionis interitu lacunam hiare coepisse.

Nunc conputemus additamenti, quod recentes libri praebuerunt, ambitum (49 15—53 14): 82 sunt versus Teubneriani (= 92 versus syllabarum 16). Confitendum est hunc numerum neque cum 560 neque cum 403 neque cum 459 vel 482 tali conputationis ratione coniunctum esse, ut res plane manifesta fiat. Unum enim folium archetypi nec minus 50 nec plus 70 versus tenuisse satis constare videtur; nisi forte archetypus ex ternionibus (cuius in foliis singulis 80 versus essent) compositus fuit, quod vix credemus. Itaque necesse est in medio relinquamus, utrum archetypus in posterioribus libris spissius spatiosiusve conscriptus fuerit quam in prioribus, an additamentum recentiorum codicum unum folium et dimidium compleverit, cuius forte pars altera expalluerat nec iam legi poterat: id certum est quaternionis deperditi nonnullas laceras membranas fontem eius additamenti fuisse.

Sed quae capitula indicis in additamento servata sunt, quae perierunt? Haec quoque quaestio non ita absolvi potest, ut omnis dubitatio tollatur. Extremam sane partem additamenti (52 9—53 14) initium esse capituli XVI. indicis idest X. nostrae editionis, cuius finis in omnibus codicibus exstat, apertissimum est. Sed in agnoscendis iis, quae antecedunt iam haeremus. Secundum indicem ante XVI. inveniebatur capitulum XV.: *De stellis quando sint matutinae quando vespertinae.* Quocum videtur consentire, quod in additamento eo loco duo capitula (nobis VIII. et IX.) *De stellis quando sint matutinae vel quando vespertinae* (50 8—51 18) et *Quibus partibus matutinae stellae vel vespertinae fiant* (51 19—52 8) leguntur. Quod enim duo capita unius loco, quod index praebet, in libris exstant, nullo modo offendit,

siquidem in indicis capite XVI. (= cap. X.—XII. editionis) prorsus idem accidit. Sed alia res nobis graviores scrupulos movet. In laterculo etiam alterum capitulum *De stellis quando sint matutinae* numero XII. recensetur, cui eodem iure atque capitulo XVI. ea quae servata sunt in additamento vindicari posse vix negandum est. Accedit, quod pauci versus, qui ante caput VIII. positi primordium additamenti sunt (49 15—50 7), sine ulla dubitatione non ad indicis capitulum *XIV. De moribus stellarum et quo tempore quas vires habeant,* sed ad capitulum *XI. De Luna quid cui astro se iungens significet* quadrant. Variarum solutionum huius quaestionis, quae excogitari possunt, haec nobis proxime ad verum accedere videtur, ut secundum capitulum laterculi XII. vindicias dicamus et inter capita nostra IX. et X., idest post 52 8 lacunam statuamus. Si hoc recte posuimus, exciderunt capitula indicis IX. X. XIII. XIV. XV. tota, VIII. finis, XI. initium, XVI. pars media; servata sunt VIII. initium, XI. finis et XII. totum (49 15—52 8 = versus 57: fuitne folium quaternionis deperditi?), XVI. partes prima (52 9—53 16 = 27 versus: fuitne pagina eius quaternionis?) et extrema (53 16—55 21).[1])

Codices recentiores in duas stirpes discedere iam vol. I p. VI sq. monuimus. Quarum ea, quam Germanicam *Γ* nuncupavimus, quia potissimi eius stirpis libri in Germanicis bibliothecis adservantur, puriorem archetypi (huius scilicet **Γ**

1) Res eo incertior, quod indici (ut ex partibus integris cognoscitur) plena fides non est. Velut hic suspicionem movet, quod caput XII. eundem fere titulum habet quem caput XV. Id vero certum videtur, eodem tempore compages et eas, quae hunc quaternionem (sive ternionem sive quinionem dicere oportet) colligabant, et eas, quae priorem codicis partem cum posteriore iungebant, laxas fuisse: et primo quidem illius quaternionis quaedam partes perierunt, tum archetypus codicum octo librorum ex illo codice derivatus est. Deinde et cetera illius quaternionis folia et tota pars posterior interierunt, tum demum archetypus codicum quattuor libros complectentium descriptus est (cf. p. XII).

codicum generis) memoriam nobis prodidit, quamvis ne haec
Δ quidem interpolationibus careat. Tamen in stirpe Italica *Δ* multo lascivius novatum, verborum ordo mutatus, depravata quae videbantur emendata sunt (nec nunquam recte). Recensionis igitur quasi fundamento per libros V.—VIII. stirpe *Γ* usi sumus, nec tamen *Δ*, ubi videbatur in *Γ* erratum esse, inutilis nobis fuit. Plerumque in apparatu non singulorum codicum notas — nisi quid utile soli praeberent — attulimus, sed *Γ* et *Δ*.

Γ Stirpis *Γ* hosce codices invenimus:

A 13) **Norimbergensem** cent. V 60 chart. foll. 207 (sed 1—4 et 99ᵛ—136 vacua, cf. ad II 57 24) cm. 30:22 anni 1468 (cf. ad. II 361 10). Consensum huius codicis cum edi-
A′ tione principe et in secundo ut in primo volumine littera **A′** signavimus. Cf. vol. I p. VI, Kelber, Zu Iul. Firm. Mat. d. Astrol., Progr. Erlangen 1881, Sittl p. XI, qui hunc librum paucis annis, postquam exaratus erat, Johannis Regiomontani fuisse docet.

B 14) **Monacensem** 49 chart. foll. scr. 128 cm. 31 5:21 5 saeculo XVI. sordide et a libro VII. tanta neglegentia scriptum, ut a f. 120ᵛ (= II 284 22) conferre desierimus; contulit p. 1—95 11 Kroll, reliqua Skutsch (aliquot folia Wünsch). Inter folia 98 et 99 schedula inserta est, in qua vir doctus saeculi XV. vel. XVI. de studiis, quae in colligendis in Firmicum praesidiis criticis posuisset, rettulit. Quae cum sint satis memoratu digna, cumque Sittl p. XII neque omnia dederit, quaeque dedit parum diligenter exscripserit, totum textum hic ponimus a Skutschio transcriptum. Apparet initium adnotationis perisse, quo quid in libris I. et II. excidisset exponebatur.

Item in tertio libri iulij firmici iunioris materni in capitulo de luna post illa(m) p(ar)ticula in quarto loco ab horoscopo .i. in IMC. luna constituta. Si p(er) die(m) sic fuerit inue(n)ta matrem ignobilem decernit etc. [= 188 26 sqq.] *deficiunt* [hic rubro additum: *care(n)t (et) m(ihi)*] *haec omnes particulae videlicet in quinto loco etc. in sexto loco etc. in septimo loco etc.*

in octauo loco etc. in nono loco etc. quae deberent illic esse inserte [rubro: *caret (et) m(ihi)*]

Item in quinto libro eiusdem in capitulo de ioue in capricorno constituto quod incipit sic Quicu(m)que Iouem h(ab)u(er)int i(n) capricorno erunt gloriosi potentium amici amicorum secreta fideli taciturnitate servantes etc. [= II 57 14 sqq.] *et cum perventum fuerit ad illa(m) clausula(m) Erunt praepositi facultatibus s(ecundum) geniture uires atque substantiam* [= II 58 2 sqq.] *postea eius totum residuum deficit*

Item caput totum de sole insignis constituto

Item totum caput de Mercurio in signis

Item caput totum de luna in signis [rubro: *caret et m(ihi)*]

Item capita omnia de saturno ioue marte uenere in finib(us) planetarum constitutis omnia deficiunt. Item principium de capite mercurij in finibus constituti usque ad id eius residui [?] *quod incipit sic Cum talib(us) si consortium iungas mu(m)q(uam)* [sic] *illis fidei tue secreta co(m)mitt(as) etc.* [rubro: *caret et m(ihi)*]

Item intellexi quod quidam medicus nomine magister Baptista Ascola [lege: *a scola*] *b(ri)ssie ciuitatis in citadella prope ecclesiam episcopatum habet Iulium Firmicum qui e(ss)et quaerendus c(um) diligentia qui h(abe)ret comodi(ta)te(m) quem ego ad praesens non habeo cause c(uius)dam auarissimi operis regimine*

Item vidi Iulium Firmicum in manibus nobili et reuerendi doctori domini marchi Antoni de auroldis in brissia de principalibus nobilibus, cui post praeteritum tempus postulaui solummodo videre transcurrendo ipsum Iuliu(m) Firmicu(m) reso(n)did [lege *respondit*] *mihi quod non habebat sed restituit a comodati* [lege *accommodanti*] *quaesiui ab ipso, quis ille erat, et non respondit mihi cause invidie. Si ex hoc aliq(ui)d perdidi n(ec) ipse propter h(oc) lucratus est Intellexi ipsum non venisse stultu(m) sed frencticum Und(e) uisu(m) mihi fore ut dicitur: Infelix ille qui nescit et non vult studere Qui scit et non vult docere etc. Und(e) opinor q(uod) i(ste)* [?] *Iulius Firmicus b(ri)ssie quem vidi ut(rum)* [?] *sit suprascripti medici. Consuleram vobis ut cum summa diligentia quaere-*

retis b(ri)ssie per aliquem cantelisio(r)e(m) [?] *ut potestis vos ingeniare per supra scriptum reuelamen* [?]

Item in Bononia in contrata sancti Stephani quidam nobilis Florentinus nomine Ser Zuan Barbador, cuius genitor expulsus fuit Florencie et venit Bononiam ipse filius praescript(us) habet Iulium Firmicum in carta membrana scriptum per Alamanicum. Ex illo extraxi meum, non omnia, sed magis praeciosa hinc et inde sparsim, quia comoditatem non habebam ausa recedendi etc. que(m) post hoc habui ad libitum meum et fui negligens. Acomodavi domino Ludovico de Paucris filio magistri Paucri medici in Bononia et retenuit mihi ultra dimidium annum opinor quod ipse transtulit etiam. Perquirite hunc li(brum) ubique si deberetis bene volue(re) plura loca ut habeatis ipsum completum (et) b(ene) correctum, quia meretur omni laude et digna eo quod euuangelicum est et n(ihi)l mentit(ur) i(s)te li(be)r. It(e)m ut habeatis talem correctorem, qui sit bonus latinizator et si haberet noticiam in sciencia egiptica propinquior ac veriori esset correctioni.

Monacensi propior quam Norimbergensi est artissimeque omnium cum exemplari editionis principis cohaeret

G 15. **Marcianus** Ven. lat. VI 156 chart. foll. 279 cm. 33,5 : 24, qui Firmici Mathesin continet f. 167—279. Temporis notae exstant f. 40ᵛ (*Opus absolutum bononice ad petitio*[*-nem* excidit] *Ioannis Marchauouae artium et medicine doctoris anno dñi MCCCCLXIIII*) 41ʳ (*opus absolutum* etc. ut supra *p. MCCCCLXV Ferrariae*) 113ʳ (*opus absolutum* etc. *p. 1465 Bononiae*) 161ʳ (*Opus absolutū ferrarię ad petitionem* etc. *p. anno D. MCCCCLXII*). Cum Firmici verba ab eodem ac quae praecedunt librario scripta sint, etiam eiusdem aetatis esse apparet. Unde cum paene eodem anno et Marcianum et Norimbergensem codices inter se cognatos videamus conscriptos esse, tunc ipsum archetypum codicum recentium ex tenebris protractum et ab Italis hominibus mathematicae doctrinae nimirum avidissimis arreptum propagatumque esse verisimile fit. Nobilissimos quosque viros tunc Firmicum appetiisse, quem hodie vix quisquam nisi dira necessitate coactus perlegere sustineat, et Marcianus et

Neapolitanus et Patavinus alii, libri nitidissime picti, comprobant. Marcianum codicem satis diligenter exaratum totum contulit Skutsch.

Altera assecla codicis **B** est

16. Oxoniensis collegii Lincoln 114 chart. foll. 222, **o**
binis columnis saeculo XV. exeunte conscriptus, cuius pars secunda (foll. 133—222) Firmicum continet. Ex collatione libri V. partim ab ipso Lindsayo partim a discipulo quodam eius facta quae utilia esse videbantur exscripsimus.

17. Patavinum bibliothecae Antonianae 574 membr. *Pat(av.)*
foll. 130 cm. 34:23 ex quinionibus compositum, saec. XV. elegantius quam diligentius scriptum, Monacensi simillimum esse lectiones ex libris V., VI., VII. excerptae (partim a Francisco Cumont 1899 partim a Zieglero 1908) satis luculenter ostenderunt; nonnullas cum nota *Pat.* vel *Patav.* in apparatu attulimus.

18. Palermitanus bibliothecae communalis 2 Qq E 20 membr. foll. 146 formae maximae versuum 40 saec. XV. stirpis *Γ* est maximeque ad Marcianum **G** accedit. Haud raro variae lectiones ex aliis codicibus petitae ab ipso librario superscriptae sunt. Aliquot paginas libri V. in usum nostrum benevolenter contulit vir doctus nescimus qui.

19. Vindobonensem 3195 chart. saec. XV. medium fere **F**
locum inter *Γ* et *Δ* tenere, sed ita ut propior sit stirpi *Γ*, ex lectionibus eius, quas ad I 49_{15}—53_{14} attulimus ab Haulero nobis humaniter suppeditatas, cognoscere licet.

Stirpis *Δ* hi codices nobis innotuerunt: *Δ*

20. Vaticanus lat. 2227 chart. foll. 110 cm. 41:28,5 **C**
saeculo XV. aut XVI. ineunte satis neglegenter scriptus est. Adhibuimus ad I 49_{15}—53_{14}. 267—280. II 1—5, postea abiecimus. Contulit Kroll.

21. Vaticanus Palatinus lat. 1418 chart. foll. 190 **D**
saec. XV. dignior nobis visus est, qui totus conferretur, cum et puriorem recensionis *Δ* textum praebcat et correcturas contineat eximias ab altera manu illatas (quae eadem in foll. 187—190 codicis varia astrologica addidit), quae par-

tim ex alio codice Neapolitani assecla petitae sunt partim ex ingenio ipsius correctoris, viri doctissimi et acutissimi, videntur ortae esse. Contulit I 49 15—53 14. 267—280. II 1—149 Kroll, reliqua Graeven. Cum Palatino artissime cohaeret

E **22. Vaticanus Urbinas** lat. 263 (olim 493) membr. foll. scr. 171 cm. 33 : 23 versuum 36 saeculo XV. Friderici ducis Urbinatis iussu[1]) pulcherrime pictus. Scriptor in fine (f. 171[v]) nomen dedit: *G. hispannus.* Adhibuimus ad I 49 15—53 14. 267—280. II 1—18; contulit Kroll.

N **23. Neapolitanus** quoque bibliothecae nationalis V A 17, liber pulcherrimus membranaceus foll. 209 formae maximae versuum 37 saeculo XV. vergente scriptus, quin ex stirpe *Δ* derivandus sit, nullo modo dubitari potest. Sed debemus huic libro soli cum permultas lectiones eximias, quibus textus ceterorum codicum depravatus praeclare sanatur, tum complura supplementa et minora paucorum versuum et maiora illa quibus lacunae librorum VI. et VII. Firmici verbis certe genuinis (II 121 14—139 7 et 245 5—261 6) explentur.[2]) Quae cum ita sint, manifestum fit exemplar, ex quo **N** fluxit, descriptum quidem esse ex aliquo libro stirpis *Δ*, sed collatum esse cum codice vetustissimo et plenissimo, archetypo stirpium *ΓΔ* et bonitate et plenitudine multo praestante (cf. supra p. XII), ex quo Neapolitani exemplar innumeris locis emendatum et auctum est. Nihilo minus haud paucioribus locis vilitatis

1) Nam iam in indice vetere bibliothecae Urbinatis (Urbin. 1671) hic codex sub numero 275 commemoratus est additumque *in viridi,* unde colligendum iam tunc codicem eodem tegumento conclusum esse quo nunc servatur.

2) Earum emendationum, quae in his supplementis in textu nostro leguntur, nonnullas iam a Mauritio Haupt, Herm. VIII 182 = Opusc. III 623 inventas esse sero vidimus. Sunt hae: II 135 23 *tectorum* 25 *saevus* 136 8 *et causas* 138 25 *stuprorum genera* 251 27 *stomachicos* 253 7 *auriginem* 254 5 *a discriminibus.* Praeterea coniecit II 137 2 *amari stellis*] *aut a tristibus* vix recte; etiam speciosius 250 14 *adtenuatosque* pro *adunatosque* codicum, *lunaticosque* ς, tamen hanc emendationem veram esse lemma (250 10) videtur probare.

stirpis Δ vestigia remanserunt, et ab eodem, opinamur, qui conferendo et supplendo librum suum exornabat, suae quoque coniecturae satis audacter illatae sunt. Summa cautione igitur in hoc libro utendum, ne virtute eius decepti Itali saeculi XV. (docti sane viri) vilia inventa pro veris Firmici verbis emamus; qui nec veritus est lacunam, quae est in libro III. cap. 13 (p. 189 7), iis nugis petulanter explere, quae apud Angelum et in editione principe leguntur post 189 16 (ut in **N**) intrusae; quarum indolem ut significemus — cum libri Angeli et editionis principis non multa exstent exemplaria — satis est partem extremam hic adscribere: *In nono loco ab horoscopo partiliter posita in diurna genitura, faciet... dabit etiam multas cogitationes: mutationem per regiones: et si fuerit haec domus Mercurii astronomiam. Si veneris cantilenas et leticiam. Si Martis opus armorum et instrumentorum // Si Iovis divinum cultum et scientiam in lege. Si Saturni scientiam alkamie // Si Solis providentiam in quadrupedibus // Si in cancro domo sua, scientiam dabit omnium que exeunt de aqua //* Cum Neapolitani virtutem in recensendis libris V.—VIII. experti essemus, etiam per libros I.—IV. totum excutiendum esse censuimus. Transmissum igitur Vratislaviam per hanc partem contulit Ziegler (1910); partem posteriorem iam Kroll (libros VI.—VIII.) et Hölk (lib. V.) contulerant. Atque etiam in libris I.—IV., quos vetustis libris habemus traditos, **N** multas lectiones memorabiles praestitit, multas emendationes et nostras et aliorum confirmavit, compluria supplementa suppeditavit. Quorum quae viderentur gravioris momenti, in addendis (p. 546 sqq.) protulimus. Sed nec ceteras utilissimi codicis lectiones, ex quibus fortasse etiam plura ad emendandum auctorem expiscari posse quispiam sibi videatur, in scriniorum latebris servandas esse arbitrati in calce huius praefationis addidimus, praetermissis nimirum orthographicis aliisque eius generis erroribus. Aliquot paginarum etiam Foersteri et Wünschii collationes olim in usum nostrum benevolenter confectae nobis praesto fuerunt. — Lectiones postea a manu recentiore Neapolitano $\mathbf{N}^2$
illatas ex α fluxisse infra apparebit.

Libro aliquo Neapolitani gemello (sed neque fonte neque apographo) usus est is vir doctus, qui cum Firmicum auctum et emendatum edere in animo haberet, exemplari suo, quod nunc est

W 24. **Aldina Guelferbytana**, et multas notas marginales adspersit et supplementa librorum VI. et VII. inseruit, quae clarissimus bibliothecariorum Guelferbytanorum G. E. Lessing ex eo libro anno 1773 edidit (Zur Geschichte der Litteratur. Zweyter Beytrag. Braunschweig 1773. XIX. Ergänzungen des Iulius Firmicus = sämmtliche Schriften herausgeg. von Lachmann-Maltzahn[3] IX p. 272). Petentibus nobis liber Guelferbytanus Vratislaviam transmissus est; examinavit et contulit Ziegler.

Supplementa libri VI., quorum partes primam et extremam in Aldina Guelferbytana exstare ad 121 14 adnotavimus, leguntur in tribus schedulis, quarum prima post f. 126 libri impressi inserta et 126^{a} signata est et 121 10—122 16 *collocati ac in eodem signorum* (extrema scilicet ie. l. 15/16 ex Aldina descripta sunt, cum exemplum **W** l. 14 desiisset) continet, secunda et tertia post f. 128 insertae et 128^{a-b} signatae 133 6 *Si Luna* (lemma deest, nisi quod in margine adscriptum *Servi*) — 140 10 *sydus* exhibent [1]). f. 126 in margine Aldinae scriptum est: *textus falsus*; sunt sane capita interpolata XXVII—XXX (v. p. 557). f. 127^{v} in margine legitur adnotatum ad genituram Oedipodis illic in Aldina inventum: *haec figura posita est inferius ad locum suum. deficiebant enim quaedam in hoc libro quae addita sunt ut inferius videri potest.* Et addidit qui supplementa scripsit Oedipodis genituram in fine tertiae schedulae. Supplementa libri VII. quattuor folia explent post f. 159 (in fine libri VII.) inserta et 159^{a}—159^{d} signata; continent sub hoc titulo *Capitula hec sequuntur decimumnonum caplm huius 7^{mi} libri* textum, qui p. 245 16—261 6 *radiatione respiciat.* Deest igitur initium supplementi **N** = 245 6—14, sed huius versus 3 ultimi *ante enim — dissentiunt* post caput XIX. Aldinae (nobis XVI., v. p. 558) in-

1) ipsius additamenti pars extrema in **W** servata continet 167 versus; qui numerus ita convenit cum numero versuum totius additamenti 459 (v. p. XII), ut tria folia extrema quaternionis ceterum deperditi in **W** servata esse veri simile sit. Initium in **W** obvium 20 versuum ad lacinias folii primi redire videntur; nam consulto aliquem mediam additamenti partem suppressisse vix credamus.

veniuntur adscripti. De ipso textu W in editione et apparatu critico rettulimus neglecto Lessingii apographo. Nec sane, quod attinet ad Firmicum, plura de eo proferri interest, sed Lessingii gratia operae pretium videtur esse, ut, quibus locis is in transcribendo erraverit, hic exponamus: 121 20 *gloria* Lessing, re vera *glorias* W (recte!), sed *s* deleta. 122 2 *referuntur* Lessing, *cōferuntur* W 133 14 *fuerint* Lessing, *fu͠it* (= *fuerit*) recte W 133 26 *constitutos* Lessing, *constitutas* recte W 134 3 *Mars* Lessing: consulto igitur errorem W *Mar.* reticuit 134 4 *superarit* Lessing, *sup(er)arīt* W (=N, vero propius) 134 5 *prosperus* Lessing, *prosperus* recte W 134 9 *horosc* Lessing, *horosco* W 134 11 *ingressis* Lessing, *ingressis* corr. ras. ex *-ssus* W 134 13 *Venus* Lessing, *Venus* corr. ras. ex *venerit* W 134 17 *et* Lessing, *ad* habuit, sed delevit et *et* supra scripsit W 134 19 *commodaverit* Lessing, *cōmodarīt* W 134 27 *et* Lessing, *i.* (= *idest*) recte W 134 28 *horoscopumque* Lessing, *horamqȝ* corr. in *horoscoqȝ* W 135 3 *seu* Lessing, *.i.* (= *idest*) recte W 135 11 *minuta* W, sed ante *m* hasta inferior litterae *p* vocis *ꝓtilis* (v. 9) ita deducta est, ut minus acrius intuenti possit *ī* videri esse; unde Lessingii *imminuta* ortum est 135 15 *minis* Lessing, *ruinis* recte W 135 16 *destinatus* Lessing (recte), sed *destinatum* W 135 25 *prosequitur* Lessing, sed clare *ꝓsequitur* recte W 135 26 *plectitur* Lessing, *plectūtur* recte W 136 1 *fuerint* Lessing, *fu͠it* (= *fuerit* W 136 11 *aut* Lessing, *&* habuit sed delevit et *aut* supra scripsit W 136 12 *trastantis* Lessing, *tractantis* W 136 21 *fuit* Lessing, *fu͠it* (= *fuerit*) W 137 5 *ad* Lessing, *ab* recte W 137 8 *epilepticos* Lessing *epilēticos* W 138 3 *copulatos* Lessing, *copulatus* W 138 6 *constituta* Lessing, *constituto* W 138 21 *illicitis* Lessing, *in citis* corr. in *illicitis* W (quod et in mg. repetitum) 138 24 *latenter* Lessing, *latentes* W 138 25 *stupra* Lessing, *stupru* W 139 20 *primus* Lessing, *primus* in ras. W (videtur fuisse *primos*) 139 20 *coniunctionem* Lessing, *coniunctionum* W in textu, *-onem* in mg. 139 23 *et* Lessing *ī* W 139 24 *ii* Lessing, *si* corr. in *hii* W 139 25 *sortiantur* Lessing, *sortiantur* corr. in *-untur* W 248 8 *publico* Lessing, *publice* recte W 248 13 *aut* Lessing *uł* (= *vel*) recte W 249 30 *seu* Lessing, *sȝ* (= *sed*) recte W 251 4 *dextros* Lessing, *dextro* recte W 251 12 *huius* recte Lessing, *huus* W 251 16 *fuerit* Lessing, *sit* recte W 252 2 *iungetur* Lessing, *iungatur* recte W 252 14 *epilepticos* Lessing, *epilēticos* W 252 19 *hos* Lessing, *hos* corr. ex *his* W 252 28 *debilitabuntur* Lessing, *debilitabūt* W 253 10 *emocarios* Lessing, *emoroycos* W sed ita, ut Lessingii error facile intellegatur, quod singillatim describere longum 253 22 *constitutis* Lessing, *constitutus* recte W 254 11 *epilepticos* Lessing, *epilenticos* W 254 15 *valetudinis* Lessing, *valitudinis* W 254 18 *iis-*

dem Lessing, *hisdem* W 255 4 *valetudinibus* Lessing, *valitudinibus* W 255 19 *loco* habet W, om. Lessing 255 21 *epilepticos* Lessing, *epilēticos* W 255 30 *epileptialis* Lessing, *epilētialis* W 256 1 *hydropen* Lessing, *hydropem* recte W 256 1 *phthisin* Lessing, *pthisī* W 256 4 *hac* Lessing, *hec* recte W 256 10 *malevola* Lessing, *malivola* W 256 17 *consequuntur* Lessing, *conseq̄t(ur)* = *consequetur* W 256 22 *se* om. Lessing, habet W 257 2 *epilepticos* Lessing, *-lēticos* W 257 5 *Mercurium* Lessing, *Mercurij* corr. in *Mercurium* W 257 8 *aegritudinis* Lessing, *aegritudines* W 257 14 *inter* Lessing, *int˜* W 257 27 *constituta* Lessing, *constitutae* recte W 258 1 *et* Lessing, *ẽt* (= *etiam*) W 258 2 *ceteras* Lessing, *exteras* recte W 258 8 *per* Lessing, *post* W 258 21 *imus* Lessing; W utrum *imus* an *unus* habeat non dinoscendum 259 20 *infertur* Lessing, *inferetur* W 259 30 *phthisi* Lessing, *pthisi* W 260 14 *in 14mo* Lessing, *ī 4to* W; Lessingium *ī* pro *1* legisse apparet 260 24 *excepit* Lessing, *exceperit* W

His perlustratis etsi compluribus locis Lessingium ea quae in W errata essent quaeve errata putaret tacito correxisse apparet — leviora orthographica nos quoque omisimus, velut quod W plerumque *epichataphora* sim. praebet —, tamen haud paucis locis summum virum parum diligenter munere suo functum esse non videtur negari posse.

Sed non solum supplementis insertis, sed etiam variis lectionibus margini adscriptis partim ab eo, qui supplementa exaravit, partim ab alia manu aequali (scilicet saeculi XVI.) Aldina Guelferbytana insignis. Quae et ipsae codicem, quo eius libri possessor utebatur, gemellum Neapolitani fuisse comprobant. Documento sint haec:

33 23 *Hinc* a *Hanc* W = N ϰσ 42 16 *Vides quam apte quam absconsum et* a; ad *et* adnotat W: *alr quam secretum secundum naturam* eqs. = N 44 1 *beatos splendidos et potentes* W, cf. N (p. 547) 54 3 supplet W verba *omnes* — (6) *fuerint* in a omissa et scribit 5 *exercent* = N 95 14 nobile a] *alr mobile* W = Nϰ 112 6 *exercere* = N 113 22 *musivarios*] *usu uarios* a *numismarios* W = N 124 17 *honestate*] *potestate* W = N 124 29 *amores*] *honores* W = N 125 23 ⟨*infortuniorum*⟩ *genere* W = N 129 3 *partiliter* W = Nϰ 140 18 *MC.*] *alr IMC.* W, utrumque habet N (*medio imo*) 140 22 *ab horoscopo* W = N 141 11 *ornatos* W = N Sittl 153 15 *foelicitate* a] *alr foeditate* W recte, cf. N (*falsitate*) 158 25 *mobilium* habet W = VN 159 5 *albu* et supra scr. *alr albis* W *albis* N, *albis* corr. ex *aluum* V 161 4 *pseudenedros* a] *alr prophetas* supra scr. W = N et in mg. addit: *alr psephopectas* = v 175 9 *regionum* W = NV (rec-

tene ?) 184 12 *colorum*] *al'r lanarum* **W** = **N** 186 22 *faciet* (*-ent* **a**)] *patientur* **W** *patietur vel faciet* **N** 202 28 *vulnera*] *al'r ulcera* **W** = **N** 209 27 *partium* **W** = **N** σ 251 6 *faciet* — 251 7 *nobilitat* in **a** omissa supplet **W** et habet *nobilitat* = **N** 266 5 *vita, virtute animi et qualitate* **W** (cf. **N** ϰ) II 29 21 sq. supplet **W** = **N**, sed *consequentur* pro *consequuntur* 31 8 *simultates* ⟨*aegritudines*⟩ **W** cf. **N** 51 10 *per accidens* **a**] *al'r adoptione* **W** *per adoptionem* **N** (*perpetrationem* cet. codd.) 63 28 *latronibus* **W** = **N** 141 14 *in Mercurii* (per siglum) *parte* **a** (= *Γ*)] *MC* supra scr. **W** = **N** 144 22—24 additamentum **N** praebet et **W**, sed *positos* pro *collocatos* et 23 *si* om. 150 10 sq. supplet **W** = **N** (sed 12 *teneant* pro *calcent*) 157 6 *collocati* **W** *collocatis* **N D²** (*collocatus* cet. 214 21 supplet **W** ita: *in horos. anaphora constituta* ⟨*et eam Saturnus in VIII ab hor. constitutus loco*⟩ *diametra*. Cf. **N** 216 6 habet **W** = **N** 224 23 *apocopi* **W** = *Δ* 226 18—20 suppl. **W** = **N**, sed *facit* pro *faciet* 273 24 *tympana pulsantes* **W** = **N** 286 5 suppl. **W** = **N** 318 10 sq. suppl. **W** = **N**, sed *interibit* et *morietur* locum mutaverunt 328 18 *mymologos* (*faciet*) **W**, cf. **N** 343 21 *cautos ductores* **W**, cf. *Δ* 346 4 *punctu spine faciet interire* **W**, cf. **N** 356 1—3 suppl. **W** = **N**

Ceterarum in **W** adnotationum, quarum plurimae depravatum Aldinae textum ad codicis fidem castigant lacunasve explent quasque enumerari nihil interest, hae commemoratione dignae sunt: 67 14 *nocet diurnis* **a**] *al'r nocturnis* **W** = σ 110 25 *hos eosdem* **W** = **v** 140 22 *al'r octavo* **W** = **A** 161 3 in *socio* **a** litteram *o* delevit **W**, ut *scio* = σ praebeat 180 18 *fiscalium* corr. **W** = **v** 196 25 *antiscii* **a**] *antistites* **W** rectius quam *scii* Sittelii 210 3 *fluentibus*] *fluxibus* **a** *al'r fluctibus* **W**, quod desiderabant ϰσ 251 6 *poetas* habet **W** = **v** II 10 21 *inscius tñ* **a**] *scius et* corr. **W** 28 15 *aut Venus eum vel Mercurius vel Iuppiter de quadrato viderit* **W** 53 24 *proderunt* **a** (= *Δ*)] *al'r probae erunt* **W** (= *Γ*) 77 10 *venustatis* habet **W** = ϰσ 97 11 *praesideant* **a**] *possideant* **W**, cf. **G v** 119 16 *timoris*] *mortis* **a** *al'r mentis* **W** = ϰ rectius uv. 153 22 *laboribus* **a**, *bo* del. **W** = ϰ 172 4 *Cancris* **a**] *al'r generis* **W** = **v** 183 8 *mores* **W** = σ (*mortes* **a** = *Γ*) 183 8 *definiente* **W** pro *deficiente* **a**, cf. ϰσ 221 13 *Marti* **W** = ϰζ pro *Mars in* **a** = *Γ* 271 3/4 *quidquid* (pro *quidem mali potest dici* 274 26 *absit* **W** = ζ pro *adsit* **a**.

Haec denique tacere nolumus, quippe quae correctoris **W** ingenium doctrinamque illustrent: ad caput Aldinae I 2 *Obiectorum dissolutio* (p. 10 3 sqq.) in margine adnotavit: *Forte in lactantium arguit qui contra astrologos scripsit et sub constantino pariter floruit.* Initio capitis II 15 *Duodecatemoria* (p. 55 22 sqq.) legitur: *Vide pth͞o*[m] (= *Ptolemaeum*) *et Alchabitium in capitulo De duodenatiis* (sic) *qui addunt gradus quos planeta perambulavit in signo suo.* De capite II 29 *Chronocrator* (p. 75 1 sqq.)

adnotat: *De hoc cronocratore multum diversus est ab aliis auctoribus.* Ad 242 6 idem monuit atque nos (242 11): *Credo quod ibi sit error quia sic accipitur pars fortunae. Sed debes contrarium dicere vel accipere.* Aliquotiens adscribit *Expertum* (ad 103 1. 111 1. 146 12); ad 101 1—7: *Hoc expertum est. totum.* Unde de vita correctoris anonymi, si quis velit, aliqua conicere possit.

L **25. Laurentianus** XXIX 31 chart. foll. 149 cm. 28, 5:21 saec. XV. (anni 1479) neglegentissime exaratus vile archetypi *Δ* apographum est; hic illic cum **D**² vel **N** facit, sed in vitiis potius quam in virtutibus. Fluxit fortasse ex eodem atque **N** fonte, sed nondum correcto et suppleto. Satis multas lectiones ex libris I., II., IV., V., VI. enotaverunt Kroll (1896) et Ziegler (1908). Aliquotiens cum nota **L** in apparatu critico commemoravimus. Etiam multo dignior qui abiciatur, est huius Laurentiani contubernalis

26. Laurentianus XXIX 14 chart. foll. 119 cm. 21, 5:15 saec. XV., liber spurcissimus notae pessimae. Firmicus incipit f. 30, desinit I 212 14 *facit* in folio 119r nondum scriptura completo. De

27. Escorialensi N III 1 chart. foll. 220 saec. XV. nihil compertum habemus, nisi integros eum libros VIII continere. Idem de

28. Canoniciano Lat. 275 chart. in fol., foll. 148, saec. XV. testatur Coxe, Catalogi codd. Mss. bibl. Bodleian. III. Codd. Gr. et Lat. Canoniciani (1854), p. 226. Plura non novimus.

29. Harleianus 2766 continet secundum Catalogum libr. Mss. bibl. Harleianae II (1808), p. 711 *Iulii Firmici Materni, Matheseos, sive Astronomicorum librorum partem. In cuius fine, 'Nil deficit secundum exemplar Monticasinen.'* Cetera nescimus. Nec de

30. Cheltenhamico nobis adhuc contigit, ut plura comperiremus, quam quod Gundermannus anno 1896 Skutschio scripsit esse Cheltenhami codicem nr. 3374 membr. saec. XV., in quo inesset 'Materni Iunioris liber matheseos'. Exstetne codex adhuc in bibliotheca Phillippsiana, cuius libros aliquos divenditos esse Sandys scribit, quantamque Firmici Matheseos partem contineat, nescimus.

Pauca excerpta ex Firmici libris continent hi codices:

31. Monacensis 500 praefixas habet aliquot schedulas, in quibus excerpta ex libris II. III. IV. V. VIII. leguntur ab Hartmanno Schedel scripta. Cf. Sittl p. XIII; supra p. XIII.

32. Monacensis 954 folia 26—28 excerpta exhibent ex libris IV. V. VIII. ab Hieronymo Vallensi exarata et Hartmanno Schedel donata; cf. Sittl p. XIII.

33. Bernensis 189 chart. fol. saec. XVI. miscellaneus, nr. 29, in 2 foliis exhibet coniecturas Brissonii, Puteani, Nicolai Fabii, Delbenii aliorum in Firmicum.

34. Amplonianus Quart. 354 membr. saec. XIV. f. 59—60 praeter alia astronomica pauca excerpta exhibet ex Firmico de decanis (IV 22).

Perierunt hi codices, nisi forte unus alterve eorum mutata sede servatus et a nobis nescientibus supra commemoratus est.

35. Brixiensis medici Baptistae, cf. p. XVII.

36. Brixiensis Marci Antonii de Auroldis, qui fortasse idem est ac nr. 35; cf. p. XVII. Consulentibus nobis praefectus bibliothecae Querinianae Brixiensis Philippus Garbelli benigne respondit neque in ea bibliotheca neque in archio privato familiae de Averoldis (adhuc Brixiae florentis) ullum vestigium libri Firmiciani inveniri; ac ne de personis quidem Baptistae medici aut Marci Antonii Averoldi quicquam comperiri posse, quamquam multorum eius nobilis familiae virorum, qui litteris vel armis vel in re publica praestitissent, insignis memoria remaneret.

37. Bononiensis membranaceus Iohannis Barbatoris viri nobilis Florentini, cf. p. XVIII.

38. Bononiensis, quem anonymus Monacensis (cf. p. XVIII) ex praecedenti (nr. 37) descripsit et Ludovico de Paucris commodavit nec recuperavit.

39. Carnutensis, quem Haenel p. 125 commemorat quemque perisse custodes bibliothecae Carnutensis Sittelio interroganti rescripserunt, cf. Sittl p. XIII.

40. Casinensis, quem Poggius anno 1429 invenit, cf. Epist. (ed. Tonellis) III 37 p. 284, IV 2 p. 295, IV 4 p. 303; Sittl p. V et X; supra p VIII et XXVI.

41. Exemplar magistri Pauli, de quo in cod. Pal. 1418 in mg. ad II 4 8 legitur: *In exemplari magistri Pauli aliter invenitur velut infra notatur.* Cf. Sittl p. XII. Num huic aliquid cum magistro Paucro, de quo anonymus Monacensis dicit? Cf. p. XVIII.

Ex M. Manitius, Philologisches aus alten Bibliothekskatalogen, Rhein. Mus. XLVII, Ergänzungsheft p. 83 nobis innotuerunt

42. Reisbacensis 'liber mathesis Iulii Firmici' (Catalogus saec. XII.).

43. Bambergensis 'Liber Iulii Firmi mateseos' (Catalogus saec. XIII.).

Transeuntibus ad enumerandas editiones et commentationes de Firmico conscriptas primo loco is liber[1]) com-
α memorandus est, cuius in fine legitur: *Opus Astrolabij plani in tabulis: a Iohāne Angeli artium liberaliū magistro a nouo elaboratū: explicit feliciter. Erhardi ratdolt Augustēsis viri solertis: eximia industria: & mira imprimendi arte: qua nup venecijs: nunc Auguste vindelicorū excellet nominatissimus. Vigesimoseptimo kalendas Novembris. M. CCCC. LXXXVIII. Laus deo.* Huius libri satis nitidi (qui iterum 1494 et postea saepius editus est) quaterniones *t v x y* et senio *z* (= 44 folia) continent Firmici librum tertium fere integrum, quarti partum maiorem, quinti fere tertiam partem. Titulus deest, sed in folio primo verso binionis *s* haec praedicta: *Insequitur has tabulas tractatus quidam in natiuitatibus multum vtilis. ex libris subtilissimi astrologi Iulij firmici: extractus. In quo: quid planete in signis: ac duodecim domibus celi. quid etiam signa queqz in quatuor angulis celi nato tribuant: copiose ac ornato stilo pertractatur.* Capitum ordo mutatus est hoc modo. Singulis capitibus III 2. 3 1—23. 4 1—39.

1) de quo A. Warburg nos monuit.

5 1—39. 6 1—34. 7 (usque ad p. 165 8 *decernit*) inscriptis *Significatio Saturni* (*Iouis*, *martis*, *Solis*, *veneris*, *mercurij*) *in. XII. domibus siue locis* praemittuntur cum titulis *Significatio Saturni* (*Iouis, martis, Solis, veneris, Mercurij*) *in signis* haec: IV 19 5—8. 9—12. 13—16 med. (p. 249 14 *perficitur*). 32 (a p. 254 16 *facit*) — 33. 17—23. 24—30. Sequuntur capita III 8—12. IV 19 34 (a p. 255 10)—35. III 13. 14 (ad p. 194 14 *turbari*). IV 2—15. 16 1—11. V 1 1—36 (ad p. 18 2 *substantia*). 2 2—21. Insunt igitur in Angeli libello III 2—14. IV 2—16 11 et 19 5—30. 32—35. V 1 et 2 paucis omissis. Codicem, ex quo haec expressa sunt, recentiorum fuisse et in libris III. et IV. apparet, ubi plerumque textus Angeli cum **A′** consentit, et in libro V. ex stirpe ***Γ*** eum derivatum esse maximeque ad Venetum **G** accedere facile cognoscitur; nec tamen (quod facile fieri potuit, quoniam Venetiis Erhardus Ratdolt typographus Augustam Vindelicorum venit) ipse codex **G** fons huius editionis fuit. Eo enim exemplar Angeli praeter ceteros stirpis ***Γ*** asseclas insigne fuit, quod haud paucis locis lectiones et supplementa, quibus codex **N** stirpis *Δ* praecellit, et ipsum exhibebat. Videtur igitur is codex, quo Angeli utebatur, fluxisse quidem ex ***Γ***, sed ad eundem librum vel similem ac **N** obiter correctus et auctus esse. Inter supplementa est etiam spurium (post I 189 16), de quo p. XXI diximus. Hoc igitur, qui editionem principem curavit (cui plane nihil est cum **N**), ex Angeli libro deprompsit, qui ei etiam haud paucas emendationes, quas ex **v** attulimus, suppeditavit. Nec sprevit Angelum Pescennius Niger Aldinae editor, quod paulo post apparebit. Lectiones Angeli appendici huius praefationis, quae collationem codices **N** praebet, inseruimus.

Novem annis postquam haec frustula desiderium totius operis hominibus artis mathematicae studiosissimis iniecerant, integer Firmicus typis mandatus est in e d i t i o n e **v**
p r i n c i p e, cuius in calce legitur: *Impressum Venetiis per Symonem papiensem dictum biuilaqua 1497. die 13 Iunii.* Quae instar est codicis stirpis ***Γ***, ex quo diligenter expressa est. Qui editionem curavit (nomen tacetur), haud paucis

locis textum corruptum feliciter emendavit, interpolationibus abstinuit; nam supplementum spurium, quo in libro IV. (189 16) lacunam in omnibus fere ceteris codicibus obviam explevit, non ipse finxit, sed in libro Angeli invenit, cui et aliquot emendationes debet. Quarum aliae quaedam **v** cum **N** communes sunt, qui cum editori principi praesto non fuerit illas eum codici suo debere manifestum fit. In fasciculo secundo paginarum et columnarum editionis **v** initia margini adscripsimus, cum praesertim in Thesauro linguae Latinae ad has paginas loci Firmiciani adferantur. Consensum **A** et **v** nota **A′** nobis significari iam p. XVI et vol. I p. VII diximus.

a Quae editionem principem subsequebatur editio Aldina, cui subscribitur: *Venetiis cura, & diligentia Aldi Ro. Mense octob. M. ID. Cui concessum est ab Ill. S. V. ne hos quoqȝ libros alii cuiquam impune formis excudere liceat,* Firmici Astronomicorum libros octo '*integros, & emendatos, ex Scythicis oris ad nos nuper allatos*' se praebere gloriatur; et in epistulis nuncupatoriis, quibus ipsi libro praemissis Aldus typographus Guido Pheretrio Urbini duci et Pescennius Franciscus Niger editor Hippolyto Estensi cardinali Firmicum commendare student[1]), etiam acrius in editionem principem invehuntur his verbis: *Nam qui vagabatur prius valde quam depravatus erat, ac mutilus et fere dimidius. — Reliqui, quo nihil sane detestabilius, barbaram mathesim, novis quibusdam appendicibus, audaculisque nuper interpretationibus maculosam, infoelix veluti inter fruges lolium, sancta caracterum impressione disseminant.* Et suum laborem his laudibus tollunt: *Iulium Maternum . . . publicare voluimus, tibique dono mittere Guide princeps doctissime, rati fore tibi gratissimum, quod integer, et absolutus abusque Getis in Italiam redeat, suosque revisat, et patriam. — Hinc lucidissimum ab orientali horoscopo tuum sidus emersit, Hippolyte faustissime, quod sicut olim lucifer Aeneam, in horas*

1) huic subscriptum *Ex ferrariano municipio . . . M. CCCC XCVII.*, illi *Venetiis . . . M. ID.*

hesperias . . . ita me barbaros spoliaturum, ad extremam scytharum fecem devexit. ubi detrusus in carcerem gottica feritate Firmicus latitabat. veni. vidi. et vici. mecumque tam praeclarum comitem, tuis radiis tutus, in patriam deduxi . . . non parvo labore. opera. industria, vaframento. periculo. lucubratione, ad superos deductum ab inferis Firmicum integrum. emendatum. tersum, politum . . . in sacram litterarii ordinis aram . . . communi utilitati, platonicoque usui dedico. Discimus Pescennium Franciscum Nigrum Ravennatem ab Hippolyto Estensi ad conquirendos codices in Europam septentrionalem[1]) missum librum aliquem Firmici adeptum esse, qui editionis Aldinae exemplar factus est. Quo loco eum codicem adquisierit, difficile dictu. Sed qualis fuerit, ex ipsa Aldina satis apparet: fuit stirpis *Γ* exemplar minime insigne, quod his locis probetur (quoniam ceterum ex a nisi emendationes nihil attulerimus):

54 3 *Omnes* — 6 *fuerint* om. (3—8 om. **V**) II 33 7 *Saturnum — genituram*] *Lunam* = *Γ* 35 18 *si*] *nisi* = *Γ* 38 13 *ipse*] *ipsum signum* = *Δ* 40 23 *fuerint inventi* = *Δ* 53 24 *proderunt* = *Δ* 76 11 *Sed* — 12 *decernit* om. = *Γ* 89 12 *causationum* = **AB** 162 15 *Luna*] *Venus* **a**, om. *Γ* 167 3 partiliter = *Γ* 170 18 *cardinum* = **BG** 173 21 *in Tauro ditropico signo* = *Γ* 211 30 *coniungentur* = **AB** 212 17 *Lunam*] *stellam* = **AB** 218 12 *tempus*] *conceptus* = **AB** 219 10 *in femininis* — 12 *horoscopo* om. = **A′B** 220 22 *infelix* — 24 *inventus* om. = *Γ* 221 13 *Mars in* = *Γ* 224 23 *aprocoti* **a** *apocropi* *Γ* (*apocopi* *Δ*) 227 28 *servos — collocatis* inserit = **A′B** 273 24 *cyppahapis* = *Γ* 276 15 *in* — 16 *et* om. **a**, 15 *cinaedos* — 16 *constitutos* om. **A** 314 16 *partus*] *pars* = **A′** 316 27 *impuros* = *Γ* 317 13 *et cui — insignia* om. = **A′** 318 9 *araneo*] *terraneo* **a**, *traneo* **A** 324 25 *popularia*] *pulchra* = **AD²** 327 1 *cauculosis* = **G** 336 23 *pistores* = **GN** 342 1 *confingent* = **A** 346 18 *mediocritatis* = **A′**.

Sed exempla facile multiplicari possunt. Tulit igitur secum in patriam egregius ille Pescennius Niger unum ex iis codicibus, quos circa annum 1470 in ʻextrema Scytharum faece’ ipsi barbari Gotici si forte non conscripserant at certe

---

1) Fenniam eum et Scandinaviam adisse docet Tiraboschi, Storia della letteratura Italiana, edit. Mutin. VIII 93 (Sittl ALL IV 611³).

conlegerant, quibusque usi ductu Iohannis Regiomontani Nurembergae Firmicum edituri erant (cf. Sittl p. XI adn. 3); quorum duo libri exemplaris Aldinae gemelli Norimbergensis et Monacensis in ea regione adhuc exstant. Ipsum igitur exemplar perisse vix dolendum est. At 'emendavit, tersit, polivit' Pescennius textum depravatum. Liberavit eum sane multis mendis suo ingenio usus, sed etiam magis deformavit colorem ferreae Latinitatis detergendo et fucum quendam Ciceronianum adlinendo, quo factum est, ut usque ad nostram aetatem verus Firmicus latitaret, cum praesertim editio princeps rarissima sit et ceterae editiones Aldinam expresserint. Maxime autem in Firmico curando Pescennius eo peccavit, quod lacunas, quas in codice suo invenerat, impudentissime spuriis verbis explevit, inter quae multa vocabula lexicographos, multa argumenta morum historiae indagatores fefellerunt. Foliorum enim 174, quibus in Aldina Firmicus continetur, 20 fere vel plura textum praebent, cui nihil est cum Firmico; cf. vol. II p. 556 sqq., ubi ex comparatione capitum Aldinae et editionis nostrae, quot capita tota Pescennius intruserit, facile cognosces, sed accedunt innumera fere supplementa minora, quibus vix unum caput caret.

Quibus ex fontibus Pescennius supplementa conquisierit — quoniam omnia eum ex ingenio suo hausisse vix est credibile —, fortasse aliquis doctrinae astronomicae saeculi XV. peritus magna ex parte explorare potest. Nos nisi de quibusdam interpolationibus libri VIII. nihil habemus, quod proferamus. Communicavit enim nobiscum A. Warburg, cum Firmico ad verbum consentire haud paucas adnotationum, quas Petrus de Abano imaginibus astrologicis 'Astrolabii' adiecit, quaeque in editionibus ipsius Astrolabii ab Angelo curatis (cf. p. XXVIII) supra imagines impressae leguntur. Collatis his adnotationibus cum Firmico statim apparuit, haudquaquam Firmici, sed Aldinae tantum verba cum verbis Abani consentire, supplementa scilicet, quae Pescennius capitibus XXII. XXIII. XXIV. XXVI. XXVIII. XXIX. mutilatis inseruit. Haec ita instituit, ut Petri de Abano brevem

notam Firmici orationem non male imitatus amplificaret. Quod his exemplis illustretur:

	Petrus de Abano	Pescennius Niger
Canc. p. XI.	*Piscator erit*	*homines faciet piscatores, et qui in aquis continue versentur.*
Canc. p. XIII.	*Homo studiosus erit*	*studiosos faciet, et semper in libris, assidua lucubratione, versantes.*
Canc. p. XVI.	*Homo nobilem se existimans*	*superbos faciet, et elatos, et qui se nobilitate illustres existiment.*

Haec breviter monuisse satis habemus; solvendam quaestionem, ipsumne Astrolabium Pescennius exscripserit an ex eodem uterque fonte hauserit — quod Warburgius suspicatur — aliis eius aetatis peritioribus relinquimus; nobis quidem ipsum Angeli Astrolabium expressisse Pescennius videtur, quoniam et imagines quasdam eius astrologicas ligno incisas inde mutuatus est.

Aldinam expresserunt omnes quae eam secutae sunt editiones; sunt tres, quarum prima *Rhegii Lingobardiae expensis et labore Francisci Mazalis calchographi diligentissimi M. D. III. Cal. Augusti* prodiit, secunda et tertia *per Nicolaum Prucknerum Astrologum* curatae et *Basileae per Ioannem Hervagium* 1533 et 1551 typis mandatae adhuc non ita raro in bibliothecis publicis nec non apud venditores antiquorum librorum inveniuntur. Prucknerus gloriatur se Firmici libros ab innumeris mendis vindicasse; re vera hoc unum eius est in Firmicum meritum, quod errores aliquos Aldinae manifestos sustulit; nullum codicem adhibuit, nusquam acrius arte critica usus est, audacia Pescennii emblemeta propagavit.

Harum editionum vilitatem viros doctos eius saeculi non fugisse et coniecturae eorum, quae in codice Bernensi servatae sunt (cf. p. XXVII), docent et Aldina Guelferbytana. Nec tamen quicquam ex iis studiis natum est, sed ultra trecentos annos Firmici Mathesis plane neglecta iacuit, nisi quod Salmasius (De annis climactericis, Lugd. Bat. 1648)

Seldenus (De synedriis veterum Ebraeorum, editionis Amstelodamensis II 291) Lessingius eam attigerunt.[1]) His demum triginta annis, cum viri docti in historia et artis astrologicae et linguae Latinae perspicienda haud exiguum esse Firmici pretium cognovissent, studia in eo ponere coeperunt. Hae commentationes commemorandae sunt:

Chr. Kelber, Zu Iul. Firm. Mat. dem Astrologen, Progr. Erlangen 1881.
Chr. Kelber, Anfang eines Wörterverzeichnisses zu den libri matheseos des Iul. Firm. Mat., Progr. Erlangen 1883.
H. Dressel, Lexikalische Bemerkungen zu Firm. Mat., Progr. Zwickau 1882.
M. Bonnet, Revue de philologie VIII 187—190.
K. Sittl, Firmicus Maternus, Arch. f. lat. Lexicogr. IV (1887), 607—611.
G. Némethy, Quaestiones de Firmico astrologo, Budapestini 1889.
H. Usener apud B. Maurenbrecherum, C. Sallustii Crispi historiarum reliquiae II (1893), p. XIV—XXI.
P. v. Winterfeld, Deutsche Litt.-Ztg. 1896 69 sqq.
W. Kroll et Fr. Skutsch, Hermes XXIX 517 sqq.
Th. Mommsen, Hermes XXIX 618 sq.
W. Kroll, Mus. Rhen. LII 582 sqq.
Cl. H. Moore, Iul. Firm. Mat., der Heide und der Christ, Diss. München 1897.
G. Némethy, Egyetemes Philologiai Közlöny XIX 1—15. 353—366. XXII 1—19.
Fr. Boll, Sphaera, Leipzig 1903, passim.
A. Becker, Philologus LXI 476—478.
Fr. Skutsch, Mus. Rhen. LX 262—272 et LXV 627—634. Arch. f. Rel.-Wiss. XIII 291 sqq.
K. Ziegler, Mus. Rhen. LX 273—297. 417—424. LXVIII 'Zum Zeushymnus des Kallimachos' (de II 30); in editione libelli 'De errore profanarum religionum' Lipsiae 1908. Arch. f. Rel.-Wiss. XIII 247—269.
Fr. Boll, Firmicus, Pauly-Wissowa, Realencycl. VI 2365—2379.
J. Heeg, Hermes XLV 315 sqq.

---

1) Hic adferatur Index to the Sloane manuscripts in the British Museum by Edward J. L. Scott, London 1904, p. 192: 'Firmicus Maternus (Iulius). Iudgments upon nativities according to, 166$\frac{5}{7}$. 1734, ff. 268—282; 3856, ff. 121[b]—128.'

Nuperrime, cum 'addenda et corrigenda' iam impressa essent, prodiit W. A. Baehrens, Beiträge zur lateinischen Syntax = Philologus Suppl. Bd. XII 2, p. 233—556. Qua in commentatione auctor permultis Firmici locis textum libris traditum, a nobis emendatum, defendere conatur. Sunt sane haud pauci, quibus iure librorum patronus existit, plurimorum autem natura haec est, ut miremur ullo omnino loco Baehrensium librariorum errores admittere. Nam quicquid in codicibus erratum est, eius quidem rationem secuti ipsi Firmico imputare possumus. Locorum, quibus scripturas codicum vel omnium contra editores vel vetustiorum contra recentiores restituit, aut deletis quae nos addidimus, aut adprobatis quae nos eiecimus, conspectus hic est: I 18 23 25 8 46 25 95 2 107 14 109 12 28 120 7 122 3 138 20 153 23 (*cum* del.) 159 13 160 21 et 29 (*si* tenet) 164 26 (*decernitur*) 168 12 177 16 183 20 188 9 191 12 (*quo* tenet) 199 23 203 1 (*possint* del.) 203 9/10 (*in his scilicet [et] quibus* male intellecto apparatu) 203 14 205 17 (*concitatur* tenet) 208 17 209 14 210 6 13 25 213 15 215 24 (*sollicitet* tenet) 222 6 224 20 227 10 (*cernuntur* tenet) 228 2 (*cerebrorum* [?] notitiam *rumore perveniant*) 230 24 231 22 237 21 (*debemus* del.) 239 4 (*monstrat* tenet) 239 28 243 30 (*discutere* tenet) 245 24 (*deperdat* tenet) 248 26 253 24 256 16 (= σζ, v. add.) 257 14 (*ex* del.) 260 11 23 266 26 275 28 (*cernuntur* tenet).

Editionem tamquam principem curandam susceperat Carolus Sittl. Sed cum publicata parte I (Lipsiae 1894 apud Teubnerum) statim cum alii tum nos eam nulla ex parte ea praestare, quae praestanda erant, cognovissemus, nos opus aggressi sumus, et B. G. Teubnerus bibliopola honestissimus admirabili liberalitate eiusdem auctoris iterum imprimendi impensas facere non veritus est. Opus tunc inchoatum nunc confectum tenes.

De orthographicis cf. vol. I p. VII. In secundo ubique formas non adsimilatas restituimus (itemque in indicibus), quoniam has formas archetypum omnium librorum praebuisse ex scriptura codicum vestustorum apparet; codices recentes in hac re et in aliis valde fluctuare vix est quod moneamus.

Elaborandi huius fasciculi ratio haec fuit. Anno 1908 Skutschius, cui eius praeparandi munus obtigerat, omnia praesidia sua, quae ipse et Krollius collegerant, Zieglero tradidit. Qui ex his aliisque, quae accesserunt, textum et apparatum constituit, quem Krollius et Skutschius per-

legerunt suisque inventis auxerunt nec non plagulas correxerunt. Indices composuit et praefationem conscripsit Ziegler, perlegit et auxit Kroll; nam indices vix imprimi coepti erant, cum SKVTSCHIVS praematura morte abreptus est, quem virum singularem ut lugent viri docti totius orbis terrarum ita dolent piaque semper memoria colent amici et discipuli, qui soli animam eius vere candidam promptamque quoquo tempore auxiliandi et adiuvandi facilitatem experti penitus norunt.

Indices, qui in paucis paginis nitide impressis biennii laborem et sudorem nec non impatientiam taediosam complectuntur, per se satis intellegi confidimus. Omnia cuiusque vocis exempla allata esse, nisi vocula *al.* contrarium significatur, persuasum habeto; diligentia quam maxima nos usos esse conscii sumus; nihilo minus, ut in tali re consentaneum est, multa errata vel omissa esse scimus. Quod ante indicem III. notavimus, et hic monemus, ut quisquis aliquid vel in indice III. vel in IV. non invenit, et alterum adeat. Nam in multis verbis, utri inserenda essent, minime patebat, aliumque haud raro aliter ac nos iudicaturum fuisse intellegimus; nec pauca verba erant, quae in utroque indice ponenda essent. Permultas sane voces a lexicis Firmico attributas frustra apud nos quaeres, interpolatas scilicet ab editore Aldinae.

Indicem capitulorum si quis in hoc fasciculo desiderabit, cum priori praefixus sit, monemus esse eum quidem in compluribus codicibus (velut **DEG**) sed brevissimum ac neglegentissime confectum, ut plane nullus ex eo fructus percipiatur.

Qui viri docti nos adiuverint, suo loco diximus; bibliothecarum quoque nonnullarum praefectos et in hoc fasciculo curando nobis auxilio fuisse grato animo profitemur.

Monasterii
W. Kroll

mense Februario 1913

Vratislaviae
K. Ziegler

APPENDIX PRAEFATIONIS.

Lectiones variae codicis **N** et editionis *α*.

De adnotationibus manus 2. codicis **N** nihil afferimus, nisi cum aliquid utile praebeat. Ubi de dis vel de rebus caelestibus similibus agitur, crucem in margine adpinxit; eadem, ut animae suae saluti caveret, persaepe *deus*, *di*, sim. in *sanctus*, *sancti* correxit. Multas eam lectiones aut ex *α* aut ex fonte eius hausisse infra apparebit. Ubi siglum non adscribitur, **N** significari scito.

IULII FIRMICI MATERNI. IVNIORIS. V. C. LIBRORVM. MATHESEOS. LIBER PRIMVS. AD MAVORTIVM LOLLIANUM incip[t] **1** 4 diurnae constantia 10 merita — nobilitant (*cf.* **A'**) 18 de *alt. om.* 20 de tot. Sic. situ (= **V**) 21 oriundus **2** 4 soporata 5 undarum] horarum 6 etnae 8 anhelen 9 simethini (= **V**) 12 obarescit | conuitio 15 de *om.* | ammirabilibus (= **V**) 16 spaeram 17 sermonem 22 quotidiani **3** 6 compositam 12 aliquit 13 Aegyptii 19 permitteretur 22 totius] postea **4** 2 suptilis 3 mathesis 4 turbaren agressi 11 his] iis 16 ⟨in⟩ ipsis 17 contradicendi] contemnendi 18 solicitant 21 resistitur | Hi] ii *et sic semper fere* nanque ac] et suptilibus 24 irrepere 30 sit ipsa d. naturae **5** 3 non *om.* 6 ⟨et⟩ longum 7 aggressi 8 ⟨et⟩ alii (= **V**) 9 assignant 13 ab *om.* 14 asseruntque (= **Vv**) 15 quidam 16 de imm. an. (= **V**) 18 contraria ac sibi rep. 26 cuntis 27 recensere 28 omnium **6** 3 dicentes *om.* misturis 11 germaniam ac traciam 14 Iupiter (= **V**) 16 honestos 20 praevalentes] preliantes 22 immanis | crassantur 25 luxuriosis s. As. volupt. 26 et *hab.* 27 mitigabit iupiter **7** 3 syriorum 8 mercurius | exacutet 9 interea 13 scribuntur 17 secure 18 ascribat 19 irreligiosus *talia non iam adnoto* 21 sullimique 27 comprimus **8** 5 delectum (= **V**) 8 praestitit 9 sanctas] sc͞ias 12 sulcus] cultus (= **V**) 13 olivam in aciem 18 refringe (= **V**) 23 iam *om.* 29 PR.] pretorem **9** 9 sillogisimorum (*cf.* **V**) 11 constrictius 16 que *om.* 18 alia 21 minutarumque 27 cum] tamen debemus **10** 1 omnibus refutationibus 4 mathem. veh. 6 coepit 16 mathesim 17 promissionibus 21 obumbrentur 24 eius *om.* 28 habent **11** 1 proferuntur 7 inscitia 9 vendicat 14 eius scientiae | deterrent *om.* 15 verae 17 sit ignea 23 dissolutione ⟨temeritate⟩ 31 constantiam **12** 1 putantur] sunt curantur 21 ex-

agitat 22 agitationi quicquam | potestem 24 rursus] cursus 27 ipsa *om.* 28 fulgurum **13** 3 quotidiana 5 sequuntur 9 radiis 10 nobis 11 solemn. 12 luminis 21 impeditus] perditus 26 terrenorum halituum 28 providimus 29 colligit 30 solerti div. disputationis **14** 1 putas 2 quia 4 aquilionis 6 retrogradando 7 substituunt 10 mistura 11 radiationis 12 hos] horum assidua comput. observ. 13 oportet *hab.* 17 facile 26 undarum elapsus (= V) 30 concepit **15** 3 quam 12 inquid 14 commistione 19 freti *om.* 25 similique 26 eum hoc (= V) 27 dissimilis **16** 3 coniunctionibus 9 sanguinis tamen] tum 11 alteri *om.* 13 et] ac 14 quatuor (= MV) | commistione *et saepius* 21 ad] ac (= MV) 24 temeritate **17** 7 procuranda 8 perpetua 9 defatigatione 18 confidentiam 19 et *om.* 22 perpetuae 29 prophano (= V) **18** 9 suscipiat 10 suppliter 13 Hoc — facere *om.* 19 prudentia 22 intelligi 23 et *hab.* incensuris 26 coerctione 28 vis] ius **19** 2 quid 6 quod fatorum *om.* 8 debemus *om.* 15 vis] ius perficit 20 peribent | tanquam (= V) **20** 4 fragilia 5 cerni 7 errore *om.* 16 quae scitum 17 atqui (= Q) 20 cursus 21 stellarum quae operatione 24 maiorum 26 irrogatas (= P) **21** 3 et] est delationis] latiotionis 5 succubuit (= V) 7 dicemus (= v) 9 et *prius*] ut 12 enim *om.* 14 vis. Vis ergo aliud 15 coarcteris 19 Si] sed 28 positus] post **22** 2 Is] ipse 4 Crotonem 9 crassante 11 contemnis *om.* 12 nocentium *om.* 14 iniquissimus si 16 repugnabis 19 innocens *om.* damnatus 20 severae 25 propriae virt. ostenderet 26 adito 30 se *om.* **23** 6 etiam] et 7 et *om.* 11 civitatis — 12 moderatio *om.* 13 neque] nec 14 flagrantis nec 18 primo 22 has] haec 25 aggreditur (= M) 26 immetuens 29 esse *om.* 31 sorte **24** 6 in *om.* (= V) 8 frigido (= V) 9 aciem splendoremque 10 perdidit ⟨et⟩ 11 magnis | putre] preter 13 tabescere 17 discedebat 20 veris 21 sensisset 24 dicis | eum] enim 27 iste itaque vim 28 decreverunt et 30 ⟨vim⟩ potestatem⟨que⟩ 31 Scis] Sic | rursus ut **25** 2 sustinuerit *om.* 3 post trium; post quiescentia erumnarum 7 induxit (= Q[a]) 8 ut *hab.* 11 percurrerent 12 dominantur 14 infamia maculationeque 15 Sillam 16 nundinati] venundati 17 et *om.* uttotiens diceretur felix 21 parricidiali collocatione 25 foro] sinu 27 nullorum **26** 3 senex *om.* 5 gubernare imperia sciebamus in pretura a preturae petitione 6 cuius 10 his *om.* 13 Sillanorum 18 parricidialis praefecti 21 et *om.* **27** 2 fuerunt 4 a] ac 6 spiritu 9 etiam *om.* nomen 11 ⟨quoniam⟩ nec cr. cupiditate 13 post peragratum orbem atque possessum 17 miserrima honoris 20 suae *om.* **28** 3 publicatae 4 nihil fortitudini *om.* 7 grassatur imperio *om.* 9 refutas 11 et] ac semper *om.* 12 instituti 14 ultricum dearum 15 imperia ne qui 16 ⟨enim⟩ per | etiam *om.* 17 non *hab.* 19 nuntiari diris ultr. 20 his *om.* 22 hoc] haec 24 cumulatus 28 quiete

29 1 Romani *om.*, nomine *add.* (= **A'**) 4 perfidus (= **A'**) 5 crassatum (= **P**) 6 Marium 10 auratasque 11 nec si minturnensibus 15 paulus | militi Mario *om.* 16 Romum deferebat 19 potestatem 20 [ad] isto sermone (= **A'**) 23 syriam bithyniamque **30** 2 miseram (= **A'**) 7 romani protegebant 17 exitum 29 atque] ac **31** 1 comprobamus 4 ac *geminat* 5 *et* 8 himarmenem 6 lic. tribuunt | quaedam contra hominem lex 9 ceterorumque 10 coniugi ut 13 temporis referantur 16 fatalis sciti lege 13 voluntate esse pos. ac pot. 22 confiteatur aliquid | dicat 24 suis *om.* praeiudicaret **32** 9 statuit] tradit 10 alius 14 inmatura *om.* 16. 20. 25 etiam 19 ille puer ille 21 dicebas (= **A'**) 25 voluptate 26 longa ac taediosa 27 illum *om.* 28 paulum **33** 2 undique | est *om.* 7 confidentem 8 periniquum (= **Q**) 9 refutetur] vitetur | praecedentis 12 Quid] Quaedam 16 percipitia 22 illaesus] ille iussus 23 ictus venas] omnibus venena | varietatem nobis 25 Hinc] Huic **34** 1 rationis 8 De diversitate coloris in corporibus hominum secundum diversitatem provinciarum 9 explicitis | fatis 13 omnifaria mixta 19 causas requirit 21 cum *om.* 23 ceterasque **35** 3 letusque 4 acribus semper nivibus 5 concreta glatie 13 obliquus 15 errant 16 et] ut ad (= **A'**) 18 succedat (= **A'**) 19 iactura 20 progenerat, tamen 24 ignibus 25 ex] est 26 est *om.* **36** 4 nitores faciunt homines 10 sese singuli (= **A'**) 11 lineatione cognoscant 14 potestates asscribant 17 aequa 18 sororum 20 contracti inpudicitia alieni uxoris uxorem 21 erratici cont. conflutione 24 obstinati 25 nisi] Atsi 27 composita | rationibus 29 adumbratione sordescet, illius **37** 6 obesa *om.* 11 immo] uno 12 ⟨ore⟩ omnes | proferentes 14 et *om.* quacumque] quandoque 18 pluribus 19 non] nec 23 dominus] Divus 26 ac] et 27 i(n)moderationibus 28 propiciae 29 ipsum] spiritum 31 que *om.* **38** 1 res *om.* 5 argumentum | moderatione gubernationis 8 atque] ac 9 flammiferarum 11 regionibus caeli 12 recta 14 livedinem] ibidem 15 proveheris 18 sed fecundi 19 in *om.* 20 retineris | fili comites solis 20 eius 23 cesareos 24 obsequente | decernentes 25 posteros nostros *postea transpos.* 26 poteris 28 ac perpetuae *om.* 30 substantiae **39** 2 sapientum 3 sentiarum 4 Nec] Haec 5 discutias 7 LIBER PRIMVS EXPLICIT **40** 1 liber. II. Institutio astronomica. LIBER SECVNDVS INCIPIT 2 *om.* 3 eadem 8 Fronte enim nostre 10 profectis 14 mutuatus (= **A'**) 16 intentatum 17 ipse etiam 20 sermone 21 pedetentim **41** 1 divinationis 11 Ptolemaeus posterior 15 mittit | et *om.* 16 monimentis 17 interim itaque 18 deposita 19 De Zodiaco 22 torquentur (= **V**) 25 Scorpio | et *om.* **42** 3 Queq3 habent signa haec vel domicilia 10 Phenon 11 Phaetontem (*cf.* **V**) 13 phosphoros 14 Solis Leo 16 quam apte quam absconsum quam secretum secundum naturam ut

19 vendicaret 20 planetae *om.* bina *ponit post* diximus 21 exercent **43** 1 ⟨et⟩ aliud | intelligi 6 unum *om.* 9 Scorpio 10 signum *om.* (= **V**) 14 Dexaltationibus planetarum eorumque depressionibus 16 humilitatem 21 itaque] atque 30 ⟨vel⟩ in **44** 1 faciunt ⟨beatos felices splendidos potentes divites. In ipsorum vero humilitatibus faciunt⟩ miseros pauperes ignobiles et in⟨opes⟩ quos infelicitas . . . conterat 3 babilonii 6 domiciliis suis ⟨esse collocatas⟩ 7 Libra 8 in parte tert. Tauri 10 Libra (= **V**) parte XIX, in Ariete rursus XIX 11 XVI 12 Capricorno (= **V**) in parte XVI 13 Capricorno (= **V**) Cancro 14 Piscibus 15 *et* 16 Virgine 16 vero *om.* 17 Piscibus 23 De faciebus planetarum in signis **45** 1 et qui] eo qnod (= **V**) 3 et *om.* et si cum ipso 5 domicilio sit 6 in *om.* 8 et *om.* 9 et *om.* 11 est *om.* 12 est *om.* 13 et *om.* 15. 16. 17 est *om.* 17 secundo 19 est *om.* 20 et *om.* 21 est *om.* 22 in *om.* Piscis 25 alterna 26 applicandos **46** 5 discerni 7 monstrosos 8 necessarie (= **R**ᵃ **V**) 10 disputationibus 11 constitutionis 14 De signi diuisione in partes et minuta 19 De finibus seu terminis planetarum 21 stellae *om.* 25 in *hab.* 27 intelligi 28 ut ⟨est⟩ **47** 1 noscantur. ⟨De finibus Arietis⟩ *similiter v.* 7. 12. 17. 23 *etc.* 3 Iovis ♃ 4 Veneris 6 haec (= **V**) 8 fines signi (= **V**) 9 possidet *om.* 13 Mercurius dominus (= **V**) 14 VII 15 VIII 16 XVII | XVIII **48** 12 et *hab.* 13 possidet *om.* (= **V**) Martis 16 fines signi 19 Veneris 20 XXVIII | XXVIIII 28 Mercurius *om.* 30 Saturnus] (Mercurius) **49** 3 possidet Venus | fines *om.* 9 vero *om.* 11 Saturnus *om.* 12 sequuntur | non *hab.* 13 locis *om.* positi ⟨vel pisces⟩ *versus sequens vacuus relictus; in mg. notavit m. 1:* hic defic| nōdum| *cf. add.* 15 malaque decernunt *om.* deficiens *om.* 17 deficiens Luna *om.* decernunt 18 Luna *om.* 19 se aliqua] ijsque alia **50** 2 Lunae] lumini 8/9 Quando planetae dicuntur matutini vel vespertini 11 Venus ⟨et⟩ 12 aphinisse (= **D**) 13 synodiche (*cf.* **D**) acronitae (= **D**) 14 tales fiant *om.* (= **F**) 15 ortum 17 Solis *om.* 18 acronitae **51** 6 enim ⟨et⟩ protegunt (= **D**) 7 Sole ⟨et⟩ 8 in *om.* 14 praecesserunt (= **D**) 15 mistura | sentiente superatur (*cf.* **C**) 16 efficiuntur (= **DF** [**C**]) 17 Solis 19/20 Qua ratione stellae fiant matutinae aut vespertinae 21 Explicauimus 22 XV] 12 (15 *m. 2*) **52** 2 Est simili | Iovem | 12 *m. 1* 15 *m. 2* partibus *om.* 3 ortum *om.* praecedentem *hab.* 4 et *om.* octo partibus 6 decima nona (18 *m. 2*) 9 De duodecim signorum formis et qualitatibus ect 10 de *om.* formae qualitates substantiae anaphorae 14 in caelo signum (= **D**) 15 ⟨aptum⟩ ad 18 partes decima nona (s *add. m. 2*) *similiter multis aliis locis numeralium casus nominativi perperam positi aliaque multa vitia ipsum librarium codicis* **N** *plane indoctum fuisse comprobant* 19 partes vigesima (s *add. m. 2*) 21 quod hoc signum (= **F**) horae **53** 1 componuntur (= **D**) 3 ⟨et⟩ noc-

turnas horas (= D) componit aequaliter *om.* 6 in *hab.* 7 criminum indicitur 9 indicetur 13 dominum (= F) omnia — 26 eorum *om. spatio vacuo* $1^1/_2$ *paginarum relicto* 26 prescripta **54** 3 monstrabimus 5 exercent 8 hac] ac (h *add. m. 2*) 10 babilonis (= V) 12 20 anno (= V) 14 XXXVI] 33 16 XXIV] 29 | est *om.* (= V) 20 similiter *om.* 22 XIX] 20 24 XVII] 27 27 XXVII] 37 29 XVIII] 19 32 XXIII] 22 **55** 1 anchonis 4 XXXVIII] 39 XLIV] 41 *bis* 5 XXXVIII] 36 XXXII] 33 7 subiacent climati (= V^a) 9 XXXVII] 27 14 Quibus ventis signa subiacent 19 apheliote 20 lipe 22 De duodecatemoriis inueniendis 23 a *om.* **56** 2 docetur , 4 computa | quantae ⟨partes⟩ | divide eas triginta ⟨partes⟩ 5 reddes 8 intelligas 9 etiam] in 10 arietem esse partibus 11 et duodecies quinque ⟨minuta⟩ faciunt 12 minuta 60. minuta ⟨60⟩ 14 30 partes T. 30 invenietur 15 prima parte 17 idest] idem in] ne Saturnus 20 conditionis, prosint 21 potestate 26 provocata 31 enim tamen **57** 3 decedente 9 Quae sunt necessaria iudicare volenti 10 explicationem 11 fuerint a nobis 13 ⟨exequi⟩per 14 invenire *om.* (= V) 17 inquesitionibus (*sic saepius*) collegi 23 dominus ⟨signi in quo loco sit vel in quibus finibus⟩ loci 24 in quo 25 qualibus] quibus 26 inquirenda 28 diffinitionem 31 Sollicite legendum] De significatione domorum **58** 1 eo (= V) in quo] ubi (= V) 3 ⟨patrum vel⟩ parentum 8 superius *om.* 12 et *om.* 15 De inventione et nominibus quatuor cardinum 17 MC. IMC.] Medium Imum 18 Manatole disis mesuranim (= RV) ayregeon vel ypogeon 19 exposita (*cf.* V) | diametro nditicon 21 partes 180. idest sex signorum: et in 23 signo ⟨scilicet septimo partiliter invenitur. Quod ut manifestius intelligas in ipso signo⟩ vel 25 caelum etiam medium in XI. signo ab horoscopo partiliter **59** 1 [a] partes cetera] certa 4 quod Graeci mesuranim dicitur 6 ab horoscopo (= A′) 7 ordinem ⟨trium signorum⟩ 90 partes 8 imus caeli locus ⟨idest angulus terrae⟩ 10 quod 13 De quatuor cadentibus domibus 15 medium et imum alia sunt 17 ac] et 19 thea — daemon *om. in spat. vac.; in fonte igitur codicis* N *haec Graece scripta erant* 22 theos (= P) 23 diametrum 26 agate **60** 2 agatos demen 3 De aliis quatuor domibus 4 dicuntur esse 5 societate] loci aetate 7 constituuntur 9 qui] si 11 vero ⟨loca⟩ | fortunae ⟨in sexto et in duodecimo⟩ mali 12 constituitur ab horoscopo loco 14 mala | cacen tychen *om. in spat. vac.* 15 id est — cacodaemonem *om.* 17 De dignitate seu prioritate domorum 18 ex] de 20 possumus 21 caelum — praeponitur] et imum 23 fortunae ⟨idest quinto loco⟩ 24 praeponitur, epycataphora idest octavus ab horoscopo locus anaphorae idest secundo ab horoscopo loco praeponitur, mala (*cf.* v) **61** 2 autem haec 3 cunctas 5 De significatione duodecim domorum 16 ostendit 17 *sqq. lemmata*

addita De secunda domo De 3ª domo *etc.* 18 signo] loco 21 signo] loco 26 horoscopi 27 incipiens 28 discemus **62** 1 peregrinationis 4 in imo celo 6 partes 11 MC.] medii scilicet celi 16 quia 17 partes 18 equalitas 19 qui 22 MC.] medii 23 horoscopum — et *om.* 26 quia 27 ad] in 29 ob] ex **63** 13 quaerimus 18 partes 21 ⟨et⟩ ex hoc 27 de *om.* 28 in *om.* aut — Mercurii *om.* 29 in *sec. om.* quas **64** 2 ccL *m. 1.* ccIL *m. 2.* parte *om.* 3 *post* CCLXX *aliquid delevit m. 2., item v. 9. 10. 22. 23. 65 1. 2* | Solus 12 caelum *om.* 14 vita et spes 19 enim *om.* 21 in *om.* ab horoscopo XI. 25 agathos daemon *om. in spat. vac.* caelum *om.* 28 et *om.* **65** 1 parte *om.* 3 cacos daemon *om. in spat. vac.* 12 De significatione locorum seu dictorum Domorum *m. 2.* 21 caelum *om.* 24 conceperis] coeperis (= **V**) **66** 1 qua] quae 5 fcełr perveniunt 11 ratione 21 in *posterius om.* (= **V**) 25 mutuatur *hab.* (= **Q**) **67** 1 gratia hospitii (= **V**) 3 hospitis 7 stellas 10 eum *hab.* 14 nocturnis] nocent 15 per *om.* 21 inducunt (= **M**) 28 geniturae *om.* **68** 9 diffinitionis (= **Q**) | designans 13 demonstratione signantes (= **V**) 15 *lemma om.* 17 est *om.* 21 ac] et (= **V**) **69** 1. 2 *lemma om.* 5 hexagonum **N**^{2} abiectum 6 quod *prius*] quid 11 dicemus (= **Q**) 14 est *om.* 15 docemur 17 in signo 24 est aries sinistrum est Leo **70** 3 quid 4 quod] et 7 Arietis — Capricornus] Capricorni sinistrum Libra dextrum Aries 9 ante 11 Hexagona 14 exagoni 16 demus 17 Arieti 19 dextrum et quod sinistrum est ab ante 23. 24 *lemma om.* **71** 3 signa diximus habere 30 partes (= **V**) 5 in *om.* 9 iuncta 10 aequata] aequalitatis | ac s. radiatione 11 cum] cur 12 radiationibus 13 particulariter 14 a *hab.* 16 integre 18 ⟨a⟩ ceteris 19 dextr. sive sin. trig. 22 perfecti parte] p̃ 24 primum *hab.* partium] p. 25 *et* 27 *et* 30 radiatione (-nem) **72** 1 perfecti 10 radiationem | profecti in *om.* 16 *et* 17 *et* 21 radiatio(ne) 21 signo ⟨quod sic ceciderit⟩ 22 iungunto **N**, *corr. m. 2* 23 abiectum 24. 25 *om.* **73** 1 perficit 3 humeri 5 et *om.* 6 genicula 9 *om.* 12 vero] ve 15 partibus *hab.* (= **A′**) sed et] sectae 18 Solem *om.* Lunam quoque 21 et — signo *hab.* (= **A′**) 24 genitura *om.* 26 in *om.* (= **A′**) decrevit | LVI **74** 3 LXXIIII 6 decrevitit, *corr. m. 2.* XV annos (*cf.* v) 7 aut *om.* 9 LXXXIII (= **V**) 10 annos VIIII (= **V**) 12 LXXVIII (= **V**) 23 ortu sui 24 libris **75** 1 *om.* 2 Phronocatorem (*cf.* **V**) 13 intelligas 16 *bis et* 20 *et* 25 — cunque 22 stella 23 post se 24 per] in (= **V**) **76** 1 *om.* 2 ostendamus breviter 6 distributione] ne *del. m. 2.* 8 *ad* quid *m. 1 im.*: ał quid qı *cetera abscisa* 10 etiam] enim 15 horoscopus est (= **V**) 18 a *hab.* (= v) 19 *om. sine interstitio* 20 etiam] enim (= **V**) 21 quat. aut. divid. *om.* accipiant] sumant (= **V**) 22 habeto 26 nos (= **A′**) **77** 1 — cunque *et porro* 2 principium *om.* 6 Mars XXXVI 7 spatio] numero 11 sit] si 15 verissimae 17 *om.*

23 iste 24 et] si Ptolemeus 78 9 instituentes *ponit post* Cancro 10 Cancrum] Cancro 16 initium *om.* | Sagit | Capric 26 mittant 29 p(artem) Cancri 79 9 ⟨et⟩ rursus XV (= **MV**) 10 et *om.* (*cf.* **V**) 14 et *om.* (= **QV**) 16 V rursus 17 IV rursus 19 I rursus 21 sic (= **A′**) 22 semetipsos 25 intelligi | scilicet] cum scias iam 27 quacunque 80 7—21 *desunt spatio relicto* 22—27 *pro accusativis* Leonem, Taurum *eqs. ablativos habet* 27 se *om.* 28 ⟨se⟩ non 30 trigoni ea saepe per 31 coniungantur 32 sic *om.* 81 1 misturarum radiatione 3 facile 9 subicio *omisso verbo* curabimus (*cf.* **V**) 13 ijsdem (*et* 21) 14 Scorpio 22 inde] ibi Iovis *om.* 24 pronuntiatur 82 6 atque] et (= **V**) 9 radius est ex 11 fuisset *hab.* 15 de *hab.* diametri 18 et *om.* 19 libra fuerit 20 *im. m. 1.* ał amplissimos | decrevit. et *fortasse aliqua abscisa* decreta 21 saturni *hab.* 23 fecerit 83 2 lumen *om.* 4 scorpio 6 parte 7 in *om.* (*cf.* **V**) IMC.] immo (*corr. m. 2*) caeli *hab.* 8 luna | eius *hab.* 15 pisces 17 nisi *hab.* in *om.* altitudinem 18 ut *om.* interisset (= **A′**) 21 se] suo 24 radiatio (= **V**) 16 scorpium 84 1 rursus si (= **MV**) 3 IMC.] imum caelum | respexit *hab.* 5 ratione (= **QV**) 7 et] aut 8 rationibus (*corr. m. 2*) 13 antiscium 14 domo 15 imperator 16 Honores — 23 conferatur *extant post* 85 2 18 decernit | quia] que 26 si quis (= **A′**) 85 2 fallet 3. 4 *om. in spat. vac. in quo m. 2 scripsit*: liber. III est hic. medio iudicio. 13 Quaere | exquire 15 quis (= **V**) 16 integer] inter 17 sobrius *hab.* (?) 18 scientiae *et* ignobilis *hab.* 26 quod *om.* 86 4 dicamus 7 poteris 9 interrogati a privatis 11 ordines 19 etiam] et 20 quos] quem 23 est *om.* 24 enim *om.* 87 11 nociva] noxia 17 stringendam. Da operam ut 20 nec 88 3 exerce 8 exprobare (= **V**) 11 a *om.* 27 qui] quae 28 consueuerunt 89 4 tibi *hab.* (= **A**) 5 *Subscriptio et titulus et vox* 90 3 Matheseos *desunt in spatio vacuo. Abhinc errores manifesti tacentur.* 90 3 qui pertinebat sermo tiuis 5 prefatis 17 exposuit 91 4 et *om.* 5 etiam] et 10 comitibus 11 *om. sine spatio, quod cst post* 15 commisit 14 mercurium 16 cancro *et* capricorno (= **V**) 17 *suppl.* **A′** *hab.* sagittario *et porro* 19 horoscopum 23 istas *hab.* 92 11 qua | conditionem *hab.* 17 coniungeret et ob 21 more 24 radiatione 27 transitum faciens mascul. 93 2 vetum — 5 perhibet *om.* 8 perhibet 13 debere (= **v**) 24 formarus est] ał creatus est *m. 2 im.* 29 ecpyrosin = **A′** (diluuium *ss. m. 1*) 94 3 cyrosi ita *et im. m. 1*: ał ecpyrosi 11 divinae] humanae 12 coniecturae *hab.* 13 L. ⟨ita⟩] itaque L. 14 et quae 18 positae 21 in *om.* qualitas 28 ei] ut | traderet 95 1 artius hac fabricatione 2 et] ut 14 mobile *hab.* 17 daciae *m. 1 im. abscisis quae praecedebant* hominum *om.* (= **V**) 21 inventa | plenam *hab.* 25 et] ut 27 et *hab.* 31 ecpyrosin 96 11 sanguis] ignis 16 id *hab.* 17 explicavimus *hab.*

97 1 signo (= **V**) 6 dispositionem (= **PRV**) 12 singulae *hab.*

Incipit textus in Astrolabio plano (α).

14 *om.* **N** Significatio Saturni in. XII. domibus siue locis α 16 idest in ea parte in qua inest hor. α 22 fuerint ⟨precedunt⟩ **N** ⟨recedunt⟩ α 28 se *om.* **N**α 29 si *hab.* **N**α (= **A′**) **98** 16 per *om.* **N** (= **V**) **99** 4 IMC.] imo **N** medio celi α (= **M**) 9 infirma **N**α 10 Lunam *hab.* α (= **A**)] Luna **N** 11 constitutus **N**α 12 facit α (*cf. claus.*) 16 est (*hab.* α)] fuerit **N** mulieribus **N**α (= **V**) 17 irrogabit **N**α (= **A′**) 25 sic *hab.* **N** (= **A′**)] sit α **100** 4 parte α 9 disperdere α 13 eum *hab.* **N** (= **v**)] cum α 17 constitutum *hab.* **N**α (= **A′**) 19 latentis **N**α (= **PR**) 20 dissent. **N** (= **V**) disynt. α (= **R**) 23 ab α (= **A′**)] cum **N** 24 in *om.* 25 et *hab.* **N**α (= **A′**) 29 emorroicos **N** emoroicos α **101** 3 = 100 29 4 radiatione α (= **a**) 7 conficiant **N**α (= **A′**) 11 si in hoc l. **N** (= **a**) simili hoc l. α 15 eum α (= **v**)] cum **N** radiatione *hab.* α 16 si *hab.* α (= **A′**) male sic c. **N** 20 sit] similiter α 21 sic *om.* **N** *hab.* α collocatos *hab.* **N** (-cati α) 22 respexerint α 25 exagonica **N** (= **V**) 26 loco *hab.* α (= **A′**) *om.* **N** 27 magnos α ac *om.* α (= **v**) *hab.* **N** **102** 4 cultu α (= **A′**)] cultus **N** 15 si α (= **A′**)] sed **N** 16 coniunxerit α (= **A′**)] coniunxit **N** 19 praetorios **N**α in his locis *om.* **N**α 21 si ut **N** *et* si *ante* per diem *inserit* α 24 stagnis *hab.* **N**] silvis α 26 a *hab.* α (= **A′**) maiorum personarum **N** 27 Mars *om.* α, *post* se *inserit* ei Mars **N** **103** 4 saltem *hab.* **N**α respexerit *hab.* **N** (= **A′**)] respexit α 5 Veneris *hab.* **N**α (= **v**) 6 paulo *om.* **N** (= **V**) 8 maxima *hab.* **N**α (= **A′**) 10 orbitatis *hab.* α (= **A′**) orbitatesque *omisso* semper **N** positus *hab.* **N**α 12 erit *om.* **N**α 16 inaequabilitatem **N** (= **V**) 18 unus *hab.* **N**α (= **v**) 25 potiora **N**α **104** 2 nanos *hab.* **N** (= **A′**) gnanos α 6 scilicet *hab.* **N**α (= **A′**) 8 deficienti **N** -tis α (= **RA′**) 12 malignum **N**α 13 collocabit *hab.* **N**α (= **A′**) 17 transiuerint α 19 tumultus *hab.* α sermonis **N**α 20 servitia **N**α 23 si *om.* **N** (= **V**) *hab.* α 24 nulla] Luna cum **N** *om.* α 30 vehementiora ⟨fiunt⟩ α **105** 6 *om.* **N** Significatio Iouis in. XII. domibus siue locis α 7 id est] si **N** idest si α 9 vel in *hab.* N^{b}] etiam in N^{a} vel α 12 decernit **N**α 13 venustos *hab.* **N**α (= **A′**) 14 parte α 15 posito *hab.* **N**α (= **A**) 16 respexerit **N**α 17 malivole stelle... respexerint α 21 separabit **N**α (= **A′**) 22 constituet α 27 dissipat ut **N** dissipat α **106** 7 Iup. ab hor. const. **N** ab hor. const. Iupp. α 9 magnorum N^{2} *im.* α] agrorum N^{1} nobilium **N**α et *om.* **N**α maximarum *hab.* α (= **v**)] maximorum **N** 11 ipse bene positus bona *hab.* **N** (= **a**)] ipsi bene posito bone α radiatione *hab.* **N** (= **A′**)] radiationi α 12 cum *om.* **N**α societatem **N** (= **MPR**) 15 Iovem] Saturnum **N**α 20 equabili N^{2} *im.* α 22 insperatae *hab.* **N**α (= **A′**) 24 part. ab hor. **N** (= **V**)

Aquario fuerit inventus, quodcunque consecutus fuerit qualicunque rursus laceratione dilapidat, et quidquid habuerit vel quaesierit rursus amittit, sed quod amissum fuerit facili ratione plerumque colligitur; multos suscipiet fovens, et multis vitae alimenta praestabit, et erunt circa ipsum ingrati quibuscunque ab ipso aliquid fuerit forte collatum, et in gravi periculo constitutus, et ab hominibus desperatus, deorum praesidio liberatur. A multis invido stridore pulsabitur. Divinarum litterarum autem aut sacrorum aut religionum officia tractabit, et magnis viris erit bonis actibus

1 ex Γ] et Δ (et ex **ADE**) 2 aut ex quib. *om.* **DE** | et periculis Δ 4 *add.* **a** 5 et **A**] ei (*del.* **a**) 7 fuerit occasus ζ | ab aff. hab. et mol. **DE** 9 in IMC. fuerit Aries Δ | erit in erroribus maximis ζ 10 sortitur **DE** 11 actu Γ actuum ϰ 13 deiectione ϰ] reiectione Δ reiectio Γ 14 potentum *corr.* ζ *cum* **DE** | offert Δ 15 fuerit filius **DE** filius *del.* ϰ 17 *lemma om.* Δ 22 suscipiens fovebit **A** (susc. filios σ) 23 ingrati σ] inquanti **AO** inquantum **BN** inquinati **Gv** in **DE** (ingratitudinis vitio inquinati **a**) 24 forte *om.* **A** | collatum σ] collocatum, *cf. 36, 15* 25 omnibus **v** 26 divinarum **a**] deorum 27 religiosorum Δ**G** 28 artibus **DE**

notus. Si in Scorpione MC. fuerit inventum, erit fortis,
30 sed dura vita et dura conversatione quassabitur. De
loco ad locum transitum faciet, et si fuerit ingenuus,
servilia exsequetur officia, sed postea eum in omnibus
prospere sequetur eventus. Sed et circa uxorem et
filios inter initia miseris infortuniis laborabit, et postea
ei ex maiorum virorum notitia felicitas conferetur. Si
in Leone fuerit occasus, cum uxore varia simultate
dissentiet. Cum indigna enim aut cum anu matrimo-
nium copulat, aut quae variis amorum [excipiatur vel]
capiatur ardoribus, et a suis patietur insidias, et con-
tra illum inimici repentinis actionibus eriguntur, et suis
viribus ac sua virtute tollit ***** alieni iuris uxorem,
fol. 57v II aut alienam sponsam, aut certe cum vidua matrimo-
31 nium contrahit. Si IMC. in Tauro fuerit, ⟨erit⟩ magnus
et cum multis potentibus versabitur, et in omnibus rebus
habebit gloriam, et multorum substantiam gubernabit,
ut ei res plurimae credantur propter disciplinae suae
veritatem, et morietur post multum temporis spatium
longo pondere senectutis oppressus, si dominus geniturae
condicionis suae secutus potestatem, et in principali-
bus [suis] geniturae locis positus, ornatus signo pariter
et parte, integrum temporis sui decreverit numerum.

[Horoscopus in Piscibus.] Si horoscopus in
32 Piscibus fuerit inventus, ⟨erit⟩ ingeniosus cordatus fidus
amicus ac necessarius, et ex quibusdam negotiis pro-
movebitur, ita tamen ut potestati eius et honoribus
potestas alia praeferatur. Habebit inimicos sed ex his
facillimis rationibus vindicabitur, et ex longis quibus-

1 inventum *om.* **Γ** 4 exsequetur **Γ**] exercebit **Δ** 5 prosper **a** 7 malorum **Γ** | et felicitas **Γ** 10 *del.* **a** (experiatur vel **Δ**) 12 seditionibus ϰ | et] sed ζ 13 *lac. stat.* ζ 15 in IMC. Taurus **Δ** | *add.* **a** 18 disciplinam sive **Δ** 19 varietatem **Δ O** (discipl. severitatem σ) 20 longo tempore pondere **Δ** | senectutisque **Γ** (-teque **A**) | oppressus v] pressus 22 *del.* **DE a** | ⟨suo⟩ orn. ζ | ordinatus **Δ** 24 *lemma om.* **Δ** 25 *add.* **a** 26 amicis ac necessariis ϰ 27 et *om.* **EN** 28 ex] de **a**; *an* ab? ζ | his **Γ**] illis **Δ** 29 longinquis σ

dam negotiis gloriam consequetur, sed processu tem-
poris maioris dignitatis ornamenta consequitur, et
magnae habebit felicitatis augmentum, et ⟨erit⟩ assi-
due cum multorum notitia peregrinationibus notus. Si 33
MC. in Sagittario fuerit, multis erroribus inplicabitur,
et periculorum varia discrimina accedit. Erit agilis
in omnibus conversationibus, et cum potentioribus
personis habebit non modica certamina, et propter
personam quandam incurrit insidias, et totum quic-
quid primum possederit perdit, et alienarum rerum
rursus dominia consequitur, amicis fidam amicitiae ne-
cessitudinem exhibens semper. Sed hunc ad venereos
coitus collectum per oculos desiderium semper inpellit.
Si occasus in Virgine fuerit, erit cordatus et alienis 34
hominibus alimenta praestabit. Erit talis cui fidelia
secreta credantur. Multos amicos suis alimentis aut
suis praesidiis sublevabit, et grandis ei divitiarum cu-
mulus accedit, et amici existunt frequenter ingrati, et
circa uxorem blandis erit amorum affectibus obligatus.
Sed et ipsa circa eum erit frequenter ingrata. Ex
uxoris aut filiorum infortunîs gravia doloris tormenta
patietur. Si in Geminis IMC. fuerit, multis aegritu- 35
dinibus fatigabitur, et multis laboribus applicabitur,
dolorem aliquem aut vitium habebit absconsum, et
post infelicitatis incommoda maxima ei felicitas con-
feretur, ita ut et aliis vitae alimenta suppeditet, et *fol. 58r I*
amissis prioribus omnibus ei repentino casu divitiae
conferentur. Possidebit et habebit subsidia quae ei
omnia subministrent, et cum fuerit onere senectutis
oppressus, in peregrinis locis repentina morte morie-
tur. Sed et in hoc genituræ dominus requiratur.

3 *add.* ζ 5 in MC. Sagittarius Δ 8 personis *om.* Δ 13 collectum σ] collecta (collctm̃ A) 17 ei σ] et **BOG** *om.* **A**Δ 18 amici ⟨ei⟩ ζ 20 et ex uxoris **A** 22 gemini in imo celi fuerit Δ 23 inplicab. ζ 25 felicitatis *corr.* **AD**² | eis **DN** 26 aliis **a**] alii | suppeditet **a**] suspendi **AO**Δ stipendii **GB** 27 prioribus ⟨bonis⟩ ζ 28 poss et hab.] *aut supple obiectum aut dele alterum verbum* σ | ⟨vitae⟩ subsidia ζ *cf.* 24, 25 30 locis peregrinis Δ 31 requiretur Δ

36 Putabunt quidam haec generaliter esse dicta; sed
est eorum vera substantia. Haec enim omnia singula
signa propria potestate decernunt. Nam si Myrio-
genesim Aesculapii legeris, quam sibi venerabilem
Mercurii stellam intimasse professus est, invenies ex
singulis minutis sine aliquo stellarum additamento om-
nium geniturarum ordines explicatos. Nam in singulis
minutis horoscopum statuens, omnem ordinem vitae,
omnes actus pariter ac formas et ultimum diem vitae,
periculorum etiam genera verissimis ac manifestissimis
rationibus explicat. Nam in singulis signis cum sint
XXX partes et sint minuta MDCCC, horoscopum in
uno minuto constituens sic integra hominum fata de-
37 scripsit. Sed ille divino genere ortus ac divini ge-
neris propagatione conceptus, et venerandi numinis
magisteriis imbutus, praeclaram reliquit huius operis
disciplinam. In nobis quia fragilis et caduca sub-
stantia est, non meremur talibus magisteriis institui.
Divinorum itaque virorum vestigia sectemur, et quic-
quid ab illis traditum est, *** interpretationibus trans-
38 feramus. Sed nolo Lolliane decus nostrum ⟨in⟩ istis li-
bris Myriogenesis requiratur. Cum enim hoc opus cum
favore propitii numinis mediocritas nostra conple-
verit, tunc tibi aliis XII libris illius operis intimabo
secreta. Sed nunc pedetentim discenda sunt omnia:
aliter enim ad Myriogenesim venire non possumus,
nisi mens nostra primae institutionis secreta cognoverit.

1 generaliter ϰσ] genitura (geniturae Δ) aliter, *cf. 4, 5. 19, 2;* 2 vera] una **a** | signa singula Δ 4 quas ibi Γ 5 processus Γ 7 ordinationes explicatas Δ | minutis ϰσ] omnium | horoscopis *corr.* ϰσ 9 ac **AB**Δ] et | et σζ] sed 10 verisimilibus Δ**G** 11 explicavit ζ 12 minutae Δ | MACCC. **A** MVCCC. **BOG** MVIIIC **DE** 1800 **N** 13 una minuta *corr.* **v** | constitutus Γ | describit Δ 14 ille **Na**] illo *ceteri* (illi **E**) 17 disciplinam in nobis *corr.* ϰ 19 sectamur Δ**BOG**, *corr.* **A′** 20 ⟨fidis⟩ interpret. ϰ manifestis ζ 21 *add.* ζ 23 pavore **GO** 24 illius operis *om.* Δ 25 pedetentim **A′**Δ] pedete **BGO** | discenda sunt σ] descendas (detentas **B** dicendis **G**). Sunt 27 primae **a**] aprime Γ apprime Δ

II.

Quia itaque generaliter diximus, quid ***** ha- 1
bentia horoscopus ⟨in⟩ stellarum finibus faciat. Tu
intento animo ea quae dicimus accipias et assidua
lectione memoriae manda. Aliter enim fata hominum
explicare non poteris, nisi haec omnia tenax memoria *fol. 58r II*
crebra exercitatione possederit.

[Horoscopus in finibus Saturni.] Si horosco- 2
pus in finibus Saturni fuerit inventus, faciet pigros
semper ac tardos, et alta taciturnitate mentis obscuros,
malos malitiosos, et qui sint ab omni bonitatis gratia
separati, et quorum consilia tardos habeant semper
effectus, et qui omnes vario odiorum genere perse-
quantur, et quorum irae perpetua se indignatione con-
tinuent. Quodsi in finibus Saturni horoscopo con-
stituto ipse Saturnus in iisdem partibus partiliter fu-
erit inventus, denegabit fratres, aut quicumque primi
nati fuerint, misera eos morte prosternit, aut infortu-
nium perpetuae decernit orbitatis, ut semper his filio-
rum soboles denegetur. Si Iuppiter in Saturni finibus 3
fuerit inventus, id est in quibus est horoscopus con-
stitutus, faciet strictos avaros sordidos, et qui in
omni vita laetitiae gratiam vitent, servilibus semper
studiis et moribus inplicati, et qui omnem substantiam
suam ad alios donationis titulo transferant. Quodsi
Mars in ipsis partibus fuerit inventus, faciet sceleratos
crudeles, et totius malitiae acerbitate possessos, et qui
se variis generibus ad varios actus aut locent semper
aut vendant. Sed malitia eorum et facinus nunquam

2 Quia *Γ*] quae *Δ* | itaque] utique **A′** | *Ita supplet* **a** *ad sensum recte:* quid coeli cardines significent, nunc magis particulariter, quid horoscopus in stellarum finibus constitutus faciat, explicemus. 3 horoscopi *Δ* **O** (*abbrev.* **ABG**) | *add.* a | faciant **BG** 4 accipias ζ] accipies *Γ* accipe *Δ* 8 *lemma om.* *Δ* | Si in finibus horoscopi Saturnus *Δ* 16 ipsemet **B**²**v** 19 *sive* iis 22 adstrictos ϰ tricones ζ | qui *om.* *Δ* 23 omni quidem vita *Δ*

poterit abscondi, sed facinus eorum malumque propo-
4 situm proprio temeritatis ardore detegitur. Si Sol in
ipsis partibus fuerit inventus, faciet moribus tempe-
ratos, sed ad omne malitiae virus armatos, et qui
semper inperfecta [ei] et inconpleta sua consilia dere-
linquant. Si Venus in ipsis partibus fuerit inventa,
circa venereos coitus sordidos faciet, et qui res alienas
invida semper cupiditate desiderent. Si Mercurius in
ipsis partibus fuerit inventus, faciet in omnibus con-
fol. 58v I versationibus sordidos, et qui frequenter carceri et
custodiae publicae tradantur, et qui facinoris causa
miseris discriminibus inplicentur. Si Luna in ipsis
partibus crescens fuerit ⟨inventa⟩, vel plena luminibus,
* * * * * reddit animo et corpore. Si vero fuerit mi-
nuta luminibus, omne corpus malignis humoribus vi-
tiat, et aut hydropicos facit, aut livido pallore de-
formes, aut certe decernit insanias.
5 [Horoscopus in finibus Iovis.] Si in finibus
Iovis horoscopus fuerit inventus, ⟨omnia virtutis ac
sapientiae ornamenta decernit. Quodsi Iuppiter in ipsis
finibus fuerit inventus,⟩ faciet magnanimos sed ardore
crudelitatis armatos. Si Saturnus ⟨aut Mars⟩ in ipsis par-
tibus fuerit inventus, et sit diurna genitura, faciet perfidos
et qui numquam promissorum suorum fidem conpleant,
fingentes sapientiam et ipsi se putantes esse sapientes,
humiles in vita et misero tristitiae squalore depressos.
Quodsi per diem in his finibus fuerit inventus, haec
6 omnia ex aliqua parte mitigantur. Si Venus in his
partibus fuerit inventa, faciet aptos ad omnia boni-
tatis officia, sed in nuptiis eos numquam prospere se-

4 ad — virus *Γ*] omni malitia viros *Δ* 5 inperfecta *om.* *Δ* | *del.* **a** 9 ipsis partibus **a**] ipsa parte 11 facinoris **Nv**] fenoris 12 criminibus *Δ* 13 inventa *add. ex* **N** *qui habet* fuerit inv. crescens 14 vanos *suppl.* **B**[2]**Nv** 16 ydropicos *Δ* 18 *lemma om.* *Δ* | Si in finibus suis Iuppiter in horoscopo fuerit *Δ* 19 *add.* **GNa** 22 *add.* **Nv** 25 sapientes esse *Δ* 29 facit *Δ*

quitur eventus. Erunt benigni, fructum omnium bonorum ex assidua felicitate capientes. Si Mercurius in his finibus fuerit inventus, faciet ⟨bonis⟩ moribus semper ornatos, et ab omni malitia sepositos, et qui omnia simpliciter intellegant, et qui ⟨de⟩ plurimis rebus deliberare videantur. Si Luna in his finibus fuerit inventa, omnia felicitatis ornamenta decernit, et bonam corporis substantiam reddit, et sanitatem exclusis valitudinum vitiis tribuit. Si Sol in ipsis partibus fuerit inventus, haec eadem quae Luna simili ratione decernit.

[Horoscopus in finibus Martis.] Horoscopus 7 in finibus Martis si fuerit inventus, faciet acuto spiritu semper ornatos. Si Saturnus in ipsis finibus fuerit, faciet similiter acutos, sed quorum irae perpetuis indignationibus perseverent. Si Iuppiter in ipsis finibus fuerit, faciet similiter acutos sed qui omnibus omnia praestare desiderent. Si Mars in suis finibus fuerit in horoscopo inventus, et sit diurna genitura, facit ad omnia scelerum flagitia prava cupiditate furoris accedere, *fol. 58v II* facit temerarios sed crebris infortuniorum casibus inplicatos, et qui assidui laboris onere deterantur. Si vero fuerit nocturna genitura, faciet fortes crudeles inreligiosos rapaces, et qui res alienas varia laceratione disperdant. Si Sol in ipsis partibus fuerit inventus, 8 faciet callidos sed qui insidiis et appetantur pariter et opprimantur. Si Venus in ipsis partibus fuerit inventa, adulteriorum cupiditatem semper indicit, et facit haec eadem adulteria perpetrari, et reddit ta-

1 erunt **N**v] fuerunt 3 *add.* κσ 4 ornatos κζ *cl. 24, 11 et 27*] amatos (armatos v) 5 *add.* κσ 8 boni *corr.* κ *cl. 22, 16* 12 *lemma om.* Δ 13 facit Δ 14 ornatos **B**² *cf. 25, 4*] amatos Γ armatos Δ | Saturnus si **N** Mars si **D** si Mars **G** 15 similiter facit Δ 16 perseverant *corr.* σ 18 in hor. fuerit **G** 20 prava Δ**G**] plaga Γ 22 onere κσ] opere Γ opera Δ | deterreantur Δ 23. fuerit in **AG** 24 dilaceratione Δ 26 facit Δ

les qui se ad omne genus excolant pulchritudinis, ut dicantur esse formosi, et quibus fructus omnis ex virorum affectibus conferatur. Si Mercurius in ipsis partibus fuerit inventus, faciet homicidas fortes, et qui inlicitos puerorum concubitus nefaria libidinum cupiditate desiderent, sumptuosos profusos, et apud quos numquam inveniatur aliquod veritatis indicium, ingeniosos lasciva semper cum ebrietate saltantes, et qui sine consilio aut dispositione sumptus suos erogare
9 contendant. Si Luna in ipsis partibus fuerit inventa, faciet tales qui adversarios suos varia ratione † conspiciant, et qui rursus ab iisdem adversariis suis similibus rationibus † conferantur; assidui etiam operis laboribus opprimuntur, et quibus ex igni vel ex ferro acerbi dolor vulneris inferatur. Quodsi diurna genitura sit, et Luna fuerit plena luminibus, fortem corporis substantiam reddit. Quodsi sit nocturna genitura, et Luna fuerit minuta luminibus, faciet fortes et quorum corpus idoneis sit viribus roboratum, et qui variis ac sempiternis profectionum commotionibus transferantur. Sed his semper mors violenta decernitur.

10 [Horoscopus in finibus Veneris.] Si horoscopus in finibus Veneris fuerit inventus, faciet musicos aut amatores eorundem, bonos benignos benivolos mansuetos, et qui omnibus hominibus prodesse desiderent. Quodsi fuerit diurna genitura, et ⟨in ipsis

1 pulchritudinis excolant Δ G 2 omnes a omnis substantia Δ 3 conferatur A] conferantur 4 facit Δ 8 cum *del.* a | saltantes Δ] salutantes Γ 9 sine — erogare Γ] sumptus suos sine consilio erogare Δ | disputatione *corr.* κ 11 facit Δ | conspiciant *et* 13 conferantur] *videtur utroque loco idem verbum fuisse velut* confundo; *an* conficiant (*sic et* κ) — conterantur ? ζ conficiantur κ conservantur D observentur a 14 opprimantur ζ et ⟨erunt tales⟩ σ 16 Luna *om.* Δ 18 fuerit] sit AN 20 variis a] avaris (a variis D) | profectionibus *corr.* ζ profectionibus ac commotionibus a | transferant *corr.* a 22 *lemma om.* Δ 23 facit Δ 25 et *om.* Δ | desiderent D] desiderant 26 *add.* a ⟨in suis finibus⟩ κ

partibus⟩ ipsa Venus fuerit inventa, magnarum digni-
tatum decernit insignia, ⟨et⟩ potentibus viris aut im-
peratoribus amicitiae merito coniungit, prosperae etiam
sobolis incrementa decernit. Si Saturnus in ipsis fini- 11
bus fuerit inventus, et sit diurna genitura, osores et-
iam mulierum faciet, et qui coniugales execrentur af- *fol. 59r I*
fectus. Si vero fuerit nocturna genitura, faciet inpuros
inpudicos sordidos et miserae libidinis vitiis inplicatos,
et qui ad naturales coitus venire non possint, sed qui
contra naturam praepostero libidinis furore rapiantur.
Variis consiliis mutabilibusque semper errabunt, et
⟨erunt tales⟩ qui omnes bonos acerbis semper odiis
execrentur. Si Iuppiter in ipsis finibus fuerit inventus,
faciet teneros libidinosos luxuriosos sed ab omni cru-
delitatis invidia sepositos, et qui ad omne officium
†moderationis adfectent, artificiosos claros et qui in
templis honorum consequantur insignia. Si Mars in 12
ipsis finibus fuerit inventus, et sit diurna genitura,
repentinae turbationis decernit incommoda, et vitae
conpositos ordines turbat, et populari seditione sem-
per insequitur, aut propter feminas varia periculorum
decernit incommoda. Faciet sane musicos organis dul-
cibus semper applicitos, aut poeticis artibus deditos, aut
certe sculptores vel ornatores efficiet aut mechanicos
†earum artis subtile decernit [incommoda. Faciet
sane musicos] ingenium. Si vero fuerit nocturna ge-

1 Venus *om.* **Δ** 2 ⟨et⟩ ζ, ac cum **a**, *cf. 24, 7* 5 /////osores **A** rosores **G** risores **B** *om. in spat. vac.* **O** rixores **N** *om.* **D** 8 vitio **Δ** | inplicatos **A′N**] *om. cet.* 12 *add.* ζ (errent **a**) 13 exercentur **Δ** | finibus fuerit **Δ**] fuerit partibus **Γ** 16 varia ratione κ mundae artis ζ *cf. 24, 20* | adfectent κ] affectu 19 repentinis turbationibus **Δ** 20 propopulari **Γ** (*ante* populari *litt.* p *del.* **N**) 21 feminea **Γ** 22 organi **Δ** 23 applicitos **D**[2]] applicatos (semper *om.* **A**, *ut* applicatos *stare possit*) 24 oratores **BD** | efficiet *om.* **Δ** 25 earum **Γ**] eorum **Δ G** mechanicorum σ (*pro* mech. eorum) earum artium **a** | subtile **Γ**] subtilia **Δ G** | incomm. — musicos *e l. 22 illata del.* σ | facit **Δ** 26 ingenio **N a**

nitura, et Mars in ipsis finibus fuerit inventus, dabit potentissimae ac nobilissimae mulieris nuptias, ut per ipsam illi magnifica divitiarum affluentia conferatur. Sed is ex nimio zelo sollicitudinis dolore cruciabitur.

13 Si Sol in ipsis finibus fuerit inventus, prosperos actus assidua ratione decernit. Sed ex nuptiis miserae dabit dissensionis incommoda. Lucra dabit et potentibus viris amicitiarum merito coniungit, ut potentissimorum virorum prosperis conmendationibus enitescat. Si Mercurius in ipsis finibus fuerit inventus, faciet libidinosos et bonitate morum semper ornatos, sapientes et qui omnibus prodesse contendant, grammaticos astrologos ⟨divinos poetas⟩, et quorum fabulae gratia venustatis ornentur, gratos amabiles et totius doctrinae splendoribus adornatos, et qui multa ingenii sui potestate progenerent, oratores sed nobili affluentia sermonis ornatos, aut poetas divini carminis splendore fulgentes, quorum orationes vel carmina posteritatis iudicio memoriae mandentur.
fol. 59r II Si Luna in ipsis partibus fuerit inventa, facit artifi-
14 ciosos, et qui ad munda artificia semper affectent, facit sculptores sed quos operis sui gratia conmendet. Sed haec tunc decernit ⟨si fuerit diurna genitura. Quod⟩si fuerit nocturna genitura et sic fuerit inventa, ex aquosis actibus vel ex negotiationibus vel ex piscationibus dabit vitae subsidia, sed facit ab omni societatis officio separatos. Reddit zelotypos sed bonitate mentis ornatos, et qui omnia ⟨aequata⟩ moderatione conponant.

1 finibus *Δ*] partibus *Γ* 2 ut *Γ*] et *Δ* 3 magnifica *κσ*] magnificata **N** significandi *cet.* | divitiarum **AN**] vitiorum *cet.* | affluentia **AN**] influentia **DG** fluentia **BO** 4 telo *vel* celo *Γ* 5 in ipsis finibus Sol *Δ* 11 et] sed **a** *cf. l. 26* 12 *add.* **Nv** 13 et] sed *σ* 14 splendore *Δ* 18 mandentur *σ*] pandentur *ω* (pandantur **a**) 19 ipsis *Γ*] illis *Δ* 20 ad *om.* *Δ* | faciet *Δ* 21 quos **A**] quod **NOG** qui **BDv** | sui **A**] huius *Γ* istius *Δ* | commendet **A**] commendent 22 *suppl.* *ζ* 23 et sic fuerit inventa *om.* *Γ* (*sed* si fuerit in nocturna gen. sic inventa **G**) 27 *add.* *ζ* | cum moderatione **a** 28 conponant *ζ*] conplcant

[Horoscopus in finibus Mercurii.] Si horo- 15
scopus in finibus Mercurii fuerit inventus, faciet litte-
ratos, et qui creditos sibi actus fidelissimis officiis
exequantur, doctos recto iudicio semper ornatos, cura-
tores vel principales civitatum publicis rationibus prae-
positos, rationales et qui fiscales praestationes exigant
fideli semper officio. Si vero Mercurius in ipsis par-
tibus, in quibus est horoscopus, fuerit inventus, astro-
logos mathematicos haruspices faciet, et qui futura
omnia aliqua ratione perdiscant, sed semper omni of-
ficio virtutis ornatos, et quibus honor ab hominibus
ex ista notitia conferatur. Si Saturnus in ipsis fini- 16
bus fuerit inventus, faciet infelices amaros, tacitos et
qui verborum ordinem cum quadam sermonis semper
moderatione suspendant, et qui secreta fideli taciturni-
tate contineant, tarde in omnibus proficientes, labo-
rantes fortiter, et qui populo malam famam semper
insinuent. Erunt enim venenarii, et quorum malitia
ad omne veneni virus accedat, iras suas perpetuis in-
dignationibus perseverantes, quamdiu fuerint aut casu
aut suo merito vindicati, vigilantes sufficientes mode-
ratione necessaria, et qui omnia quae futura sunt omi-
nare consueverint, ut illis et status futuri et prae-
sentes per somnia manifestis revelationibus intimentur,
sed qui consiliis suis ad omnem impetum temeritatis
accedant. Si Iuppiter in ipsis partibus fuerit inventus, 17
faciet iuris peritos medicos * * * * * ut res potentium

1 *lemma om.* Δ 2 facit Δ 4 exequantur a] obsequantur *vel* -quentur (prosequuntur A) | rectos Δ 6 exigat ΔO 9 auruspices Δ | facit Γ 10 perdiscant Γ] praediscant Δ (praedi^{s}cant N) praedicant ζ | sed semper o. o. ζ] semper omni officio Δ sed ad omnia officia Γ 11 omnibus κ 15 suspendent *corr.* a 16 perficientes Δ 17 mala fama se κ 18 venenarii D] venenati 19 viribus BOG | ⟨in⟩ ira sua? ζ 21 sufficienter κ 22 ominare consueverint A] omina cons. B et omni re cons. G recons. O obire cons. Δ 23 statuae futurae praesentia *corr.* a 24 intimentur Γ] continentur Δ 27 *lac.*

hominum sua intercessione dependant. Erunt sane popularibus noti, sed circa adulteria semper appliciti, ut et desiderent adulteria semper et conpleant. Per noctem vero natos actores faciet, alios tabelliones sed gloriosos et bono testimonio semper ornatos, ut illis *fol. 59v I* usque ad ultimum vitae diem huius testimonii gratia
18 perseveret. Si vero Mars in ipsis partibus fuerit inventus, et sit diurna genitura, faciet malos malitiosos malignos, et qui assiduis contentionibus certent, crudeles temerarios, et qui nullis humanitatis rationibus mitigentur, clamosos inpudentes insano furore praeposteros, et qui omnia vitio satietatis respuant, leves et qui ab omnibus facillimis persuasionibus transferantur, circumscriptores carnifices, ⟨et⟩ qui omne facinus nefario mentis ardore concipiant. Si vero fuerit nocturna genitura, haec omnia ex aliqua parte mi-
19 tescunt. Si vero Sol in ipsis partibus fuerit inventus, faciet claros nobiles, et qui[a] populari notitia semper ornentur, et quorum nobilitas per totius civitatis spatia discurrat, et quos intercessionis suae defensione populus agnoscat. Erunt sane multorum actuum officia tractantes. Quodsi cum Sole in finibus Mercurii in horoscopo sicut diximus ipse Mercurius fuerit inventus, erunt tales qui omnia recti consilii ratione perficiant, et qui incorruptae sapientiae gratia omnibus
20 praeferantur. Si Venus in ipsis partibus fuerit inventa, haec facit quae Mercurium in partibus Veneris facere monstravimus. Faciet magnos felices gratos, et qui omnia facile consequantur, et qui multitudini omnia quae volunt populari oratione persuadeant, lae-

stat. a (*quae add.* patronos advocatos et in rebus forensibus adeo expertos) | ut *Γ*] et *Δ* || 1 deprehendant *Δ* dispensent *κ* 2 applicati *corr.* *ζ* 3 ut *om.* *Δ* 5 ut illis *ζκ*] utilis *Δ* utiles *Γ* 12 respuant satietatis *ζ* 14 *add.* a 18 *del.* A′B 20 intercessionibus suis *corr.* a 21 agnoscat *Δ* G] cognoscat *Γ* 24 oratione *Δ* 27 quae Mercurium D²] quae Mercurius *Γ* Mercurius quae *Δ* 29 consequentur *Δ* 30 volent *Δ*

tos doctos mundos amatores musicae, poetas sed quo-
rum carmina splendore nobilitatis ornentur, et quibus
ex alienis casibus felicitatis substantia conferatur. Si 21
vero Luna in finibus Mercurii [in horoscopo] fuerit
inventa, et sit diurna genitura, faciet artifices, sed qui
omnibus artificibus praeferantur. Si vero nocturna
genitura fuerit, omnium artium decernit officia, et qui
exercitationibus omnibus delectentur, ingeniosos et qui
negotia peregrinarum mercium tractent, scientes omnia,
et qui huc et illuc variis rationibus transferantur, et
qui omnes dolores cum quadam dissimulatione con-
temnant.

III.

Quia horoscopi decreta partiliter diximus, nunc ex- 1
plicemus quid stellae ⟨in⟩ signis singulis constitutae
* * * * * in quolibet loco partiliter intimabo, ne cum
libros nostros malignus lector acceperit, aliquid nos
dicat tibi invidiae stridoribus denegasse.

[Saturnus in Ariete.] In cuiuscumque genitura *fol. 59v II*
Saturnus in Ariete fuerit inventus, in prima aetate 2
faciet malis et infelicibus actibus inplicari, et in om-
nibus semper inpediet. Sed et cum primum circulum
cursus sui Saturnus inpleverit, id est primos XXX an-
nos, paternam et maternam substantiam minuit, et
quicquid ex his facultatis acceperit, aut minuet sem-
per aut perdet, et assiduis amissionibus et damnis
frequentibus fatigabitur, sed posteaquam prioris sub-

4 *del.* ζ (*in mg. habuit* Δ, *nam om.* **D** *et post* Luna *ponit* **N**) 7 *excidit velut* et ⟨facit tales⟩ σ 11 contendant *corr.* **a** 14 Quia ⟨itaque⟩ ζ *cl.* 19, 2 15 *add.* **B**²**G**Δ 16 *excidit velut* decernant. Quod *vel plura.* 19 *lemma om.* Δ | Si in — inventus (si *del.* **G**) Γ] Si in Ariete Saturnus fuerit inventus in horoscopi signo in diurna genitura Δ 21 omnibus ⟨actibus⟩ σ 22 circum *corr.* κζ 23 id est v] det 25 facultatibus *corr.* ζ | minuet **AN**] minuit 27 frequentibus κ] requirentibus | priori Γ

stantiae abstulerit facultatem, processu temporis aliam
3 illi patrimonii substantiam conferri faciet. Erunt sane
languidi et periculosi, in ėbdomaticis vel in enneaticis
annis incurrentes periculorum gravia discrimina, et
opprimentur ab his periculis, si nullo benivolae stellae
ipso tempore fuerint praesidio liberati, et si ipse fuerit
dominus geniturae. In prima aetate cum uxore †dis-
cordabitur dissentient iurgiis. Virginales sane nuptias
vitent. †Num enim uxorem cito ab eo aut repen-
tina morte aut discidio separatur. Dabit tarde vel
corruptam uxorem Saturnus sic positus aut viduam
aut ab alio stupratam, aut quae ab alio marito sus-
ceperit filios, et quam macula turpitudinis alicuius
infamet. Sed tunc decernit uxorem, cum parodicus
Saturnus (id est temporalis) aut Lunam de quadrato
viderit, aut Sol ipsum de Leone vel Sagittario trigo-
nica radiatione respexerit. Sic enim Saturno consti-
tuto quamcumque fuerit sortitus uxorem, ipsa ei erit
morigera, et usque ad ultimum vitae spatium integro
4 cum eo perseverabit affectu. Sed et filios tunc con-
sequetur, quotienscumque eadem qua diximus Saturnus
ratione fuerit inventus, et tunc prospere suscipiet so-
bolem, si in Ariete Saturno constituto Iuppiter Lu-
nam aliqua radiatione respexerit. Quodsi non fuerit,
aut ⟨sus⟩ceptam sobolem perdet, aut certe nunquam

2 illis *Γ* | facit *σ* 3 eneaticis *Γ* 5 ab his peric. op-prim. *ζ* 7 discordabilibus *σ* 8 dissentient *ϰζ*] dissentiet **A** dissentietur **BG** dissentientur *Δ* **O** 9 vitent *Δ*] vitabunt *Γ* Num] virginem *σ* hanc *ζ cl. 45, 5* 10 dissidio **BGN** | separe-tur *Γ* separat *ϰσ* | tarde vel corruptam *om. Γ* 11 Saturnus *om. Δ* | impositus *Δ* 15 Saturnus *om. Δ* | Lunam *ϰ*] Luna eius *Γ* Venus eius vel Merc. vel Iupp. *Δ* 16 Sol *ϰ*] se | resp. trig. rad. *Δ* 17 Saturno constituto *ϰζ*] Saturnus con-stitutus (Sat. *om. Δ*) 18 ipsa *om. Γ* 19 integer — affectus **BOG** (*qui* integrum) 20 perseveraverit *Γ* | consequitur *Δ* 21 Saturnus *om. Δ* 22 radiatione *Δ* | suscipit *ζ* 23 Saturno *om. Δ* | constituta *Δ* | Iuppiter Lunam *om. Δ* (Iupp. et Luna **D**[2] Iupp. et Luna aliqua eum **a**) 25 *add. ζ* (coeptam **A′D** re-

ei decernitur soboles. Quodsi ad Arietem Saturnus
fuerit reversus ex alio loco, grave periculorum de-
cernit exitium, et fratres acerbis inimicitiarum odiis
exasperat.

[S a t u r n u s in T a u r o.] Si in Tauro Saturnus fu- 5
erit inventus, hi qui sic habuerint ad omnes actus pro-
priis viribus crescunt, sed quicquid in prima aetate *fol. 60r I*
acceperint minuent, et per semet ipsos magnam sibi
quaerunt substantiae facultatem, sed in prima iuven-
tute variis inaequalitatibus deprimuntur, et aliis sub-
iacebunt, et viris potentioribus necessitatis causa blan-
dientur. Habebunt in prima aetate difficilia tempora,
et ipsis temporibus gravibus languoribus fatigantur,
et necessariorum penuria vitae patientur angustias. In
prima etiam aetate ex fervescentium vulnerum exulce-
rationibus laborabunt, et vitiis quibusdam sed maximis
obligantur, et magnis aegritudinibus oppressi, et ab
his incommodorum discriminibus liberati, longae vitae
spatia consequuntur. Paterna eorum substantia omnis 6
dissipabitur, et nihil neque ex paterna neque ex ma-
terna substantia ⟨consequuntur, sed per semet ipsos
et alias facultates et maternae substantiae⟩ reliquias
propriis laboribus recipiunt semper. Sed sic positus
Saturnus matrem facit ex amissione patrimonii pau-
pertatis angustiis deprimi, et facit ad angustias men-
dicitatis accedere, nisi stella Veneris testimonium Sa-
turno bonis radiationibus conmodans materna infeli-
citatis incommoda sublevarit. Nec ⟨ad⟩ hoc solum

ceptam **a**, *cf. 11, 5*) | perditam facit Δ | nunquam decernit sobolem Δ || 1 Saturnus *om.* Δ 2 alio ϰ] alto 3 odiis Γ] modis Δ 4 exasperet Γ 5 *lemma om.* Δ 6 hi Γ] si Δ | sic ⟨eum⟩ ζ 8 minuet Δ | magnae Γ 10 variis et inaequabiliter depr. Δ 11 blandietur Δ 19 consequentur Δ | paterna eorum Γ] patrum Δ 20 neque ex Δ] vel Γ 21 substantiae Γ | *add.* **N** 23 suscipiunt Δ 25 angustia Δ | et Γ] eam Δ | mendacitatis **BGO** 26 est testimonium Γ | Saturno **N**] Saturnus 28 *add.* σ

Veneris testimonium sufficit, nisi in genitura etiam Luna Venerem prospera radiatione respexerit. Sane ipsi propriis viribus et suo merito maxima felicitatis insignia consequuntur, sed tamdiu infelicitatis onere deprimuntur, quamdiu primum cursus sui circulum
7 Saturnus inpleverit. Pericula autem illis aut ex causis aut ex aegritudinibus aut ex peregrinationibus inferentur. Habebunt autem grave periculum aut IX. anno aut XIV. aut XXV. aut XXXII. anno, sed periculorum tempore si benivolarum stellarum fuerint praesidio sublevati, instantis exitii discrimen evadunt, et accipiunt spatium usque ad XLIII. vel usque ad LIII. annum. Erunt enim ipsis temporibus ⟨in⟩ insidiis et damnis et in causis. Sed si tempora tunc benivolae stellae habuerint, periculorum tempore ab istis omni-
8 bus periculis liberantur. Sed ante XXXII annos numquam eos Saturnus ducere patitur uxores, nec virgines illis uxores dabuntur. Quae si datae fuerint, suscipient ab his filios perditos, et alienos ⟨ab⟩ amoribus suis. Peregrinas vero aut ab aliis stupratas uxores feliciter sortientur. Sed tunc uxores dabuntur, cum post XXX annos Saturnus intrat in Cancrum, aut in
fol. 60r II Virgine fuerit aut in Capricorno constitutus.

9 [Saturnus in Geminis.] Saturnus in Geminis si fuerit inventus, primam aetatem periculis et aegritudinibus quatiet[ur], et faciet ab omnibus discriminibus

1 perficit ζ | nisi **a**] nisi si *Δ* si *Γ* 2 Luna Venerem *Γ*] Luna et Venus **N** Iupiter **D** 3 ipsi — viribus *Γ*] in propriis locis *Δ* 4 conferuntur *Δ* 6 Saturnus *om.* *Δ* 9 XIV.] XIII. **N** | XIV. anno *Γ* | XXXII. annis *Γ* | sed si per. temp. ben. *Δ* 11 crimen **AN** 12 XLIII—LIII] LII **N** 13 annum **a**] annis **N**, *om. cet.* | *add.* **GN** 16 XXXII] XXXIII *Δ* | annum ? ζ | numquam *Γ*] numerum *Δ* 17 Saturnus *om.* *Δ* | patitur ducere *Δ* 19 *add.* ζ 21 feliciter] frequenter **a** *sed optime opponuntur infelicibus virginum nuptiis felices peregrinarum et stupratarum* 22 annos *Γ*] annum **D** annorum **N** | Cancro ω 24 *lemma om.* *Δ* | Sat. si in Gem. f. *Δ* 26 quatiet ϰ] quatietur **A** patietur *Γ* pati faciet *Δ* | et facit **ABN**

difficile liberari. Illa erunt sane periculosiora discri-
mina, quae ebdomaticis et enneaticis annis fuerint in-
rogata. Habebit autem periculosa tempora in cuius-
cumque genitura Saturnus sic fuerit inventus, usque
ad XXIII annos. Caveat autem ab aegritudinibus his
annis, praesertim cum in huius signi quadratis lateri-
bus Mars fuerit. Habebit enim turbationes simultates
⟨aegritudines contrarietates⟩, et in magnis laboribus
saepe versabitur. Nihil magnum etiam nec de pa- 10
terna nec de materna substantia consequetur, ⟨sed ipse
propriis viribus omnia dignitatis augmenta et patri-
monii consequetur⟩. Sed tamdiu laboris et infelici-
tatis oneribus deprimetur, quamdiu Saturnus Cancrum
Libram Arietem et eorum quadrata transiverit. Tum
vero in omnibus proficiet, cum Saturnus primam sta-
tionem in Leone vel in Capricorno solverit. Faciet
etiam vitia Saturnus in Geminis constitutus, et in
causis ⟨et in⟩ certaminibus decernit maximos adver-
sarios. Facit etiam et citas et frequentes iacturas
patrimonii, ut frequenter in vita varia conflictatione
iactetur, et cum ad extrema venerit vitae discrimina,
postea eum in magnis negotiis facit potestatis ali-
cuius iussione constitui, et cum claris ac potentibus
viris honoris causa versabitur. Erit sane in omnibus
actibus clarus ac nobilis, et assidue peregrinabitur, et
ad regiones varias transferetur. Sed huic uxor virgo 11
non dabitur. Quodsi testimonium Iovis virginem forte

1 sane erunt Δ 3 autem Δ] vitae Γ 5 XXIII. Δ] XXXIII. Γ *cf.* 33, 4 | his ζ] in A ab *cet.* illis a 7 Mars Δ] Saturnus Γ 8 *add.* N 10 consequentur Δ | *add.* N, *sed* ipse σt*pro* in se N 13 deprimentur Δ 14 et Arietem Γ | transierit Δ 15 prima statione Δ 16 absolverit σ 17 in Geminis Saturnus Δ 18 *add.* N (certaminum A) | adversarios maximos ζ 19 et citas] rixas κ 20 ut Δ] et Γ | conflictione Γ 21 et — discrimina *om.* Δ 22 eum κζ] cum (*del.* a) | potestatis D²N] potestates 23 constitutus *corr.* κζ, -tutum Da 25 ac Δ]et Γ 27 quodsi fuerit Δ

.dederit uxorem, aut repudio ab ea aut mortis discrimine dividetur. Erit sane sine filiis aut unum filium suscipiet. Sed cum Saturnus ad signum Scorpionis accesserit, tunc et felix et gloriosus et pecuniosus erit. Sed et tunc viduam sortietur uxorem, cum qua sine aliquo dissensionis iurgio usque ad diem ultimum per- 12 severabit. Multae etiam res ei credentur et multas ⟨e⟩rogabit, et multas cum viris potentioribus habebit simultates, et ex ipsis simultatibus periclitabitur, nisi Iovis stella bene tunc in genitura currens periculorum *fol. 60v1* istorum discrimina mitigarit. Erunt enim qui sic habuerint Saturnum, semper magnis ac potentibus viris contrarii, inferiorum sibi praesidia semper applicantes, et frequenter erunt in libera custodia constituti. Nutrient capillos propter amicitiae alicuius incommodum vel propter infortunium mortis aut damni alicuius misera tormenta. Sed cum variis periculorum discriminibus conquassati fuerint, tunc prosperae felicitatis sublevantur augmento, ut et laudes et patrimonia consequantur, et ut hereditas eis repentina proveniat. Tunc enim divitias et maximorum fundamentorum dominia consequentur.

13 [Saturnus in Cancro.] Saturnus in Cancro si fuerit inventus, in seditionibus in causis et in multis contrarietatibus inplicabuntur, qui sic eum habuerint, et quicquid a patre vel a matre fuerint consecuti, misera laceratione semper amittunt, sed suis viribus et sua virtute maximam substantiam consequentur, et

1 dabit Δ A 2 dividitur *corr.* v 3 suscipit ζ | Scorpionis signum Δ 7 multas] multa ϰ 8 *add.* ϰσ 9 nisi si Δ 11 erit Δ 12 Saturnum habuerit non semper Δ 13 contra Δ | praesidia sibi Δ 15 amici ϰ tristitiae σ *cl. 43, 10* 18 quassati Γ | prospere AN] prospera 19 augmento N] augmenta | laudem Γ | et *om.* Δ 20 eis] ei ϰζ (etiam σ) 21 fundorum a | et dominia Δ 23 *lemma om.* D | si fuerit inventus *om.* D Quicunque habuerint Saturnum in Cancro N 24 et in G] in Γ et Δ 25 in contrarietatibus Δ contrariationibus Γ | qui — habuerint *om.* Γ

talis eorum erit vita, ut et quaerant semper et perdant. Sed pericula ex turbatione aliqua aut ex aegritudinibus habebunt, sed in ebdomaticis et in enneaticis annis, quamdiu XXIII. aetatis annum transierint. Usque 14 ad hanc enim aetatem maximis periculis fatigabuntur. Quodsi periculorum tempore benivolae stellae habuerint temporum dominatum vel Saturnum vel dominum geniturae prospera radiatione respexerint, vel si benivola stella fuerit geniturae domina et bene sit collocata, venientium periculorum discrimina mitigantur. Quodsi tempore periculorum sicut diximus a benivolis stellis genitura fuerit adiuta, erunt amissiones parentum aut fratrum aut ex causarum conflictationibus [aut ex] damna, sed ipse ex omnibus periculis liberabitur. Sed cum in domibus suis Saturnus fuerit ⟨constitutus⟩, tunc damna tunc tempestates tunc pericula tunc aegritudines tunc causas assidua ratione decernit. Sed in diametris domorum suarum si fuerit inventus, haec eadem simili ratione decernit. In Geminis vero 15 cum fuerit, exagitabit eos et repentinis sollicitudinibus et periculis inplicabit. Tunc enim et infortunia indicit, et tamdiu malorum istorum continuatione quassabit, quamdiu Cancri transeat signum. Cum enim in tropicas Cancri venerit partes Saturnus, tunc iacturam patrimonii faciet et in tantis angustiis consti- *fol. 60v II* tuet, ut eos humanitas aliena sustentet. Tunc turbae tunc seditiones tunc erunt varia vitae discrimina. Sed cum tropicas partes Cancri Saturnus transierit, praecedentia mala leviter sopientur, ut et a sollicitudinibus et a periculis separentur. Sed et numquam prima 16

1 et (*post* ut) *om.* Δ 2 ex *prius om.* Δ 3 in *poster. om.* Γ 4 annum **BD**] anni **A** ann **G** *om.* **ON** 7 Saturnum — geniturae Δ] Lunam Γ 10 venientium] adven. **A** imminentium ζ *cl. 39, 18* 13 conflictatibus Γ 14 aut ex damnis *corr.* **a** 15 *add.* **Nv** 16 *lege* pericla 17 *et* 19 ratione Δ] radiatione | Sed si i. d. d. si fuerit Δ 24 tropicas **N**] tropicis (tropici **A**) | partes **N**] partem (partibus **G**) | Saturnus *del.* ζ 25 constituit Δ 29 et ut Δ 30 et *sec. om.* Δ ei κ

perseverabit uxor, nec aliquando eos in primis contractibus prosper sequitur eventus. In prima enim vita inferioribus mulieribus aut degeneribus quolibet genere copulantur, sed has easdem postea constanti iudicio mentis excludunt. Quodsi in hoc signo Saturnus positus aut secum habuerit Lunam, aut eam forti radiatione respexerit, filios denegabit, et erunt aliqua coloris foeditate deformes, nigri fellis abundantia colorati, et a nigro felle assidua contrahentes incommoda. Desperabuntur sane in aegritudinibus, et
17 post aegritudines difficile convalescunt. Erunt animo simplices humani misericordes, alienas angustias sublevantes, suscipientes aliena patrimonia, ⟨et⟩ ex his habentes vitae subsidia. Erunt etiam alienorum filiorum patres, habebunt absconsa vitia, et tali erunt praediti dignitate, ut et fratrum suorum domini esse videantur. Erunt sane locupletes et pecuniosi, multis ac potentibus viris noti, tardi in omnibus actibus et qui nolint cito publicis occupationibus applicari, ab omni servitio separati, et honesti ac divini animi splendoribus adornati vitam suam prosperis semper rationibus degant.

18 [Saturnus in Leone.] Quicumque in genitura Saturnum in Leone habuerint, assidua pulsabuntur invidia. In primis aetatis annis vires habebunt. Interdum claris et gloriosis actibus destinati, [et] ex ipsis actibus maxima consequentur insignia, et maximae felicitatis ornamenta percipiunt. Interdum ex his actibus separati erunt, quin etiam ab omni administratione

1 perseveraverit *Γ* | aliquando *Γ*] aliquo modo *Δ* 2 sequetur *Δ* 3 quilibet **DOG** 4 constanti postea *Δ* 6 secum v] secundum 8 felicitate *Δ* 9 assidue *Γ* (*corr.* κς)] continua *Δ* 11 postea *Δ* 13 *add.* ς | ab his *Γ* 20 et] ut σ | divini ς] divinis *Δ* divitiis *Γ* (divitis **A**) | animis *Δ* 21 adornati *Γ*] occupati *Δ* 22 degant ς (degunt κ)] negant *Γ* regant *Δ* 23 *lemma om. Δ* 25 vires *suspectum* ‖ habebit *Δ* 26 et **AON**] ac **BGD** | gloriosis **N**] religiosis | actibus **AD**] artibus | *del.* κ 29 erunt *ante* vacui *propter clausulam trans-*

vacui. Sed a parentibus aut nihil accipiunt, aut si
quid acceperint perdunt. Sed in prima aetate et in
prima iuventute erunt languidi periculosi et multis
occupationibus inplicati, corporis etiam quaedam tor-
menta patientur, et extremorum corporum fatigabuntur
doloribus. Habebunt autem latentia vitia aut latentes *fol. 61r I*
dolores. Virgines vero uxores ducere numquam pote- 19
runt. Quas violenter si consecuti fuerint, ab iisdem
quolibet genere separantur. Verum illis uxores sortiri
proderit, quae iam aliquando susceperint filios. Sed quam-
diu primum cursus sui circulum Saturnus inpleverit,
neque nuptias neque patrimonium neque gloriam con-
sequentur. Nam quicquid ante hoc tempus consecuti
fuerint amittunt. Et in hoc signo Saturnus positus
duarum nuptias decernit uxorum; nam et ultra hunc
numerum quascumque aliqua consuetudinis ratione
cognoverint, aut proiciunt semper aut efferunt. Sed 20
habebunt dolores ex casibus filiorum, et si Luna aut
cum ipso fuerit aut ad ipsum feratur, filios difficile
consequentur. Sed et quotienscumque tropica signa
fuerit ingressus, tunc decernit incommoda. Sed et in
Pisces et in Geminos cum circumiens venerit, haec
eadem decernit quae in tropicis. In ceteris vero sig-
nis maximis utilitatibus proderit. Tunc enim integra
etiam gloriae decernit insignia. Sane in negotiis et
actibus et in omni vita assidua ratione mutantur, na-
vigabunt fluvios grandes et maria, et per deserta loca
iter facient, et quicquid parentes nunquam ausi sunt

ponit ζ | quin ϰσ] qui | etiam et Δ || 3 prima *om.* Γ (et in pr. iuvent. *del.* σ) | *lege* periclosi 5 extremis a extremarum corporis partium ϰ | doloribus fatigantur 6 autem] etiam ζ 8 fuerint consecuti ζ 9 quolibet ϰζ] quovis **A** quo sit **BODN** quo fit **G** | in genere Δ | verum illis *om.* **AO** vero Δ 10 susceperit Δ | sed ϰ] et 11 Sat. sui circ. **N** Sat. *om.* Δ 15 et *del.* ϰ | ultra *om.* Δ 18 nisi Γ | aut *om.* Δ 21 et *om.* Δ 22 Piscibus ... Geminis *corr.* σ *nisi* fuerit *mavis cl. 48, 24* | in *om.* Δ | circuiens Δ 23 quae *om.* Δ 24 integra ϰ] in cetera Γ et ceteris **N** in ceteris **D**

21 facere, ipsi facillimis rationibus conplent. Habebunt
etiam plurimos fratres aut ex alio patre aut ex alia
matre, sed erunt ab omni affinitate meliores, poten-
tissimae dignitatis gratia sublevati. Erunt sane cor-
datissimi peregrinorum inimici iracundi boni benivoli
docti, et qui incorruptam fidem in omnibus contractibus
servent, boni consilii, integri et incorrupti animi, mul-
torum amici, et qui omnia validissimis viribus con-
pleant. Habebunt sane in quadam parte corporis ci-
catricem, et sustinebunt assidue iacturas dignitatum,
ut frequenter ex alto dignitatis gradu aliqua humili-
tatis deiectione labantur ***** fuerit ingressus, in
22 quo eum diximus pericula decernere. Habebunt sane
substantiam ex aliena sibi largitione collatam, sed tan-
tam ut aliorum possint angustias sublevare. Erunt li-
berorum defensores, laborantibus hominibus semper
patrocinia commodantes. Sed cum haec omnia fuerint
adsecuti, longaevi morientur, et anima eorum ad cae-
lum diis applicata transibit. Saturnus enim in Leone
fol. 61r II positus animas eorum qui sic se habuerint in terra,
innumeris angustiis liberatas ad caelum et ad originis
suae primordia revocat.

23 [Saturnus in Virgine.] Quicunque in genitura
Saturnum in Virgine habuerint, in prima aetate aegri-
tudines et vitae patientur incommoda, sed tunc malis
fortioribus inplicantur, cum ad Capricornum vel ad
Taurum Saturnus transitum fecerit, vel cum duplicia

3 ab *del.* a *sed cf. Kroll Mus. Rhen. LII 588* | meliores Γ] mediocres Δ 5 ⟨suorum et⟩ peregr. ϰ 6 incorrupta fide ... servient *corr.* ζ (serviant **N** serventur **D**) 8 conpleant σ] contineant (-nent **N**) 11 ut Γ**D**] et **N** | et ex Γ 12 labuntur **A**Δ | *lac. stat.* ζ, *excidit velut* sed tunc haec mala fortius convalescunt, cum in tale signum Saturnus | in que *corr.* ζ 13 eum Δ (cum **N**)] enim Γ | *lege* pericla 19 applicat Δ | transibit *om.* Δ | Saturnum Δ 20 positum Δ 22 primordia originis suae ζ · 23 *lemma om.* Δ 24 habuerit Δ**GO** | aegritudinis *corr.* ζ 25 et *om.* Δ (vitaeque **N**) | patietur **BO** 26 Capricorni Δ 27 Tauri signum Δ | Saturnus *om.* Δ

signa fuerit ingressus. In his enim signis turbationes
damna sollicitudines dolores et periculorum repentina
decernit exitia. Per cetera vero signa pergens bonos
actus bonas occupationes et bonae felicitatis decernit
ornatum, ut ex his actibus et patrimonii augmentum
et gloriam consequantur, aut certe de incommoditati-
bus et laboribus et periculis liberati requiem con-
sequantur. Laetum et gloriosum habebit[ur] id tem-
pus. Sed si in genitura Saturnus [in Virginem vel] 24
ad Virginis venerit signum, nullam illis poterit decer-
nere felicitatem. Sane plus habebunt ex suis viribus
quam ex parentum facultatibus, et erunt nunc humiles
nunc sublevati. De locis et de negotiis assiduis ratio-
nibus transferuntur, et quicquid primum ab eis quae-
situm fuerit, miseris ac profusis lacerationibus dissi-
patur, et cum omnis substantiae facultas dissipata
fuerit, rursus aliam facultatis substantiam consequun-
tur; sed et ipsam pari rursus ratione dilapidant, nec
aliquando quaesitum poterunt patrimonium possidere.
Erunt sane circa mulieres in prima aetate semper in- 25
stabiles, sed et mulieres illis in prima aetate * * * * *
erunt legibus sortiti uxores, neque consentient cum
ipsis, neque per ipsas utilitatis aliqua commoda con-
sequentur. Sed nec virgines sortientur uxores, sed
aut ab aliis stupratas ducunt, aut quae iam suscepe-
rint filios. Quodsi virgines aliquo casu uxores sortiti
fuerint, velociter ab eorum consortio separantur. Sed
nec unius feminae habebunt notitiam, miscentur sane
ignobilibus et abiectis, et eas fido diligent semper

3 vero per cetera Δ | pergens Γ] pro genere 5 ut] et **N**v | augmenta Δ 6 consequentur **GO**v 7 *idem* **O**v 8 habebit **N**[a]] habebitur 9 *del.* ζ in Virgine Δ a Virgine ad Librae ven. κ 14 transferentur **A**′ 16 fuerit dissipata ζ 19 poterit Δ | possidere patrimonium Γ 21 *excidit velut* ⟨non perseverabunt, et quascunque fu⟩erint ζ (mulieres illae quas **a**) 23 consequentur **A**] persequentur 24 virginem sortientur uxorem Δ 29 et (sed **N**) eas fido diligent Δ] et assiduo diligentur Γ (et ab iis fido diligentur σ)

26 affectu. Erunt sane cordati doctrina ac sapientia pleni,
multis occupationibus dediti, et multa appetentes, ⟨sed⟩
et ex his quaecunque assecuti fuerint, ⟨et⟩ patrimonii
sui substantiam dissipabunt, et pro aliis damna assi-
fol. 61v I dua sustinebunt, et in his ipsis erunt captiosa falsi-
tate fallentes. Erunt etiam parati ac proiecti ad pe-
ricula, in publicis constituti locis. Erunt popularibus
studiis inplicati, noti omnibus et omnibus intimati.
Dolebunt ex infortuniis filiorum, et dissipabunt patri-
monium, cum ⟨in⟩ cardine geniturae vel cum in ne-
cessariis locis Saturnus fuerit inventus. Quidam et
affines suas sortientur uxores. Habebunt vitia et in
27 necessariis corporis locis assiduos dolores. Quodsi ipse
dominus temporum fuerit, sibi ceterisque stellis divi-
dens tempora, erunt in sollicitudinibus in iniuriis et
in peregrinationibus, sine causa peregrinationis susti-
nentes incommoda, et in talibus erunt periculis, ut ad
multa discrimina accedant. Quidam enim ex altis lo-
cis aut ex praecipitiis habebunt pericula, aut ex bestiis
aut ex quadrupede aut ex aqua, et sic ante oculos
suos mortis videbunt pericula posita, ut tunc se pu-
28 tent iterum renatos. Venient ad conspectum magnorum
ac potentum virorum, et cum apud ipsos fuerint ap-
petiti, [ab] eorum liberantur auxilio. Et cum ab his
omnibus fuerint periculis liberati, felicitatis gaudiis
sublevantur. Erunt sane contentiosi, et qui nunquam
possint pudoris verecundiam sustinere. Erunt humani

2 et *om.* **Ov** *ante* multis *pon.* | **D** *add.* ζ 3 allecti erunt *corr.* ζ (*an* consecuti? *cl. 39, 8. 21*) | *add.* ζ (collegerint una cum p. s. substantia **a**) sed ex his quamcunque *sine* ⟨et⟩ κ 4 sui *om.* Δ 5 his Γ] iis Δ 6 *lege* pericla *itemque l. 17. 19. 21 al.* 8 noti omnibus **a**] notionibus 10 *add.* a | cardine **a**] cardinem Γ cardines Δ cardinibus σ | necessaria loca Δ 11 et *om.* Γ 13 assiduos *om.* Γ | ipse Γ] ipsum signum Δ 14 divident *corr.* κ 16 sine] sive **A′ G** 18 multos discrimen accedat Γ accedat *et* **D** (mortis discrimen accedant σ) 23 potentium Δ 24 *del.* ζ | auxilio liberantur **A′** auxilio *om.* Δ (insidiis liberantur **N**) 25 gaudiis Γ] gradu Δ

longaevi, et quibus se tarde felicitas conferat. Sed
tunc †lucebit si Saturnus non fuerit geniturae dominus.
[Saturnus in Libra.] Quicunque in genitura Sa- 29
turnum habuerint in Libra benivolarum stellarum testi-
moniis adornatum, habebunt maxima subsidia facul-
tatum. Quodsi nudus Saturnus benivolarum stellarum
testimonio fuerit, nullum poterunt habere vitae subsi-
dium. Sed et quicquid consecuti fuerint vel a paren-
tibus vel ab aliis, facili ratione deperdent. Quodsi sic
positum Saturnum malivola stella minaci radiatione
respexerit, cum praecedentibus malis etiam gravia
discrimina decernuntur. Sed tunc erunt graviora peri-
cula, cum ebdomaticis vel enneaticis annis fuerint peri-
cula, ut ab his difficillime liberentur. Erunt tamen 30
in tantis angustiis, ut ab aliis quaerant cottidianae
vitae subsidia, et tunc ignominia tunc angustiae tunc
omnis infortuniorum calamitas infertur. Si vero ipso
tempore quo imminent pericula, oportuna geniturae
loca benivola stella possederit, [ut] ab omni infortu- *fol. 61v II*
niorum pondere sublevantur. Sed et quicquid in prima
aetate consecuti fuerint, miseris lacerationibus dissipa-
tur, praesertim cum Cancri signum Saturnus fuerit in-
gressus. Tunc enim in difficultatibus in damnis in
accusationibus in aegritudinibus in custodiis erunt.
Cum Saturnus in dextro quadrato fuerit inventus, sed 31
et cum principales geniturae cardines Saturnus fuerit
ingressus, tunc omnifariam omnium infortuniorum
decernit incommoda, tunc proscriptiones tunc lacera-
tiones patrimoniorum erunt, tunc mendicitatis onere
deprimuntur, tunc Saturnus parentibus dolores ex filio-

2 tunc ⟨eis substantiae facultatem acquirere⟩ licebit *κ* 3 *lemma om.* *Δ* 4 habuerint *om.* *Δ* 6 Saturnus *Γ*] ab his et nulla maligna *Δ* 10 malivola D²] benivola 12 Sed et *Γ* 13 pericula *del.* a 18 opportuna N] opportunae 19 *del.* *κ* | omnium *Δ* 20 subleventur *Δ* 21 dissipantur *Δ* 22 Cancrum *Δ* 24 *lege* custodîs *itemque v. 40, 1* infortunîs, *40, 12* consilî *al.* 27 omnifaria *Γ* 29 patrimonii *Δ*

rum infortuniis dabit, tunc paterna substantia dissipatur, tunc angustias, tunc sollicitudines tunc accusationes causasque decernit. Sed et cum domum suam rursus fuerit ingressus, haec eadem simili ratione de-
32 cernit. Hoc etiam tempore aut indignis aut peregrinis aut servilibus mulieribus copulabit. Sed haec tamdiu sustinebunt, quamdiu primum circulum cursus sui Saturnus id est XXX annos conpleat. Verum post hoc tempus quamcunque fuerint sortiti uxorem, obsequiis earum capti exhibebunt integros coniugales affectus.
33 Hoc idem et in mulierum genituris decernit. Erunt sane cordati semoti boni consilii, sapientes docti magni omnia desiderantes, imperiosi noti gloriosi, in magnis negotiis constituti, et cum maioribus viris vinculum amicitiae copulantes, et ⟨in⟩ magnis civitatibus aut in magnis populis habentes honoris insignia. Erunt sane tales qui nunquam capi fallique possint, contentiosi multa discentes et multa scientes, et qui cito a periculis liberentur. Sed ex nervis et ex nervorum
34 doloribus graviter fatigantur. Erunt praepositi publicis locis, alios adiuvantes, et ex aliis habentes hominum potestates. Erunt felices si in bonis geniturae locis * * * fuerit inventus, aliena patrimonia possidebunt, multa praestabunt. Erunt tales quibus dii futura praedicant, et qui animi sui instinctu futura praevideant. Mancipiorum ac possessionum dominium consequentur, tradentes substantiam suam filiis, et uxores et filios pro geniturae suae decreto consequuntur.

1 dabit infortuniis *Δ* 5 etiam] enim *κ* 6 cum servilibus *Δ* | copulabunt ***Γ*** (copulabuntur? *ζ*) | sed haec *ζ*] sed etiam *ω* (haec etiam **a** etiam *om.* **N**) sed vitia *cl. I 236, 16 σ*) 7 Saturnus ***Γ***] facit *Δ* 11 mulieris *corr. ζ* muliebribus *σ* 15 copulantes ***Γ***] habentes *Δ* | *add.* **A** | aut a magnis *Δ* 17 falli capique possunt *Δ* 20 graviter *om.* ***Γ*** 21 alios adiuvantes **a**] adiuvantes ex aliis | ex aliis *om.* ***Γ*** (aliorum? *ζ*) | dominium potestatis *κ* 23 *excidit stellae nomen σ* | fuerint inventi *Δ* 25 praevideant **a**] praebeant 26 dominia **A** *Δ*

Morientur sane filiis diviso patrimonio et ab omnibus
periculis ac sollicitudinibus liberati, si tamen illis in-
tegrum vitae spatium a domino geniturae fuerit de- *fol. 62r I*
cretum. Quam rem sicut frequenter diximus in om-
nibus genituris diligenti debes ratione colligere.
[Saturnus in Scorpione.] Qui Saturnum in Scor- 35
pione habuerint, multis turbis in prima iuventute et
multis periculis inpugnantur, et neque paternae nec
maternae substantiae habebunt potestatem. Sed et si
aliquid ex rebus paternis ac maternis nacti fuerint, id
totum variis dissipationibus minuunt. Sed nec vita
parentum aut clara erit aut nobilis. Ipsi vero in
prima aetate maximis deliciis nutrientur, postea vero
erunt in angustiis et in † exitu et in laboribus et in
aegritudinibus, et cum magna difficultate et cum mag-
nis angustiis et in magnis laboribus cottidianae vitae
habebunt alimenta. Decernuntur autem similia peri- 36
cula ebdomaticis et enneaticis annis ⟨us⟩que ad XLIII.
aetatis annum. Sed si periculorum tempore benivola-
rum stellarum fuerint praesidio sublevati, instantium
periculorum discrimen evadunt; nihilominus tamen
etiam sic eosdem assiduis erroribus turbant. Sed cum
locum suum Saturnus trigona radiatione respexerit,
specialiter tamen cum in Cancro fuerit, faciet tristitias
dolores peregrinationes angustias. Verum cum ad Leo- 37
nem venerit et stationem in eodem signo fecerit, tunc
initia felicitatis dabit; ⟨tunc⟩ eos facit omni ratione
proficere, tunc honestatis insignia conferuntur, et glo-

6 *lemma om.* **Δ** 7 habuerit *corr.* v 8 inpugnatur *corr.* v | nec v (neque)] ac 10 erunt **Δ** 11 minuit **Δ** minuent **A** minuitur ζ 13 postremo **Δ** 14 in angustiis — laboribus et *del.* a *geminatio manifesta, sed quid eiciendum difficile visu* | exitu] aestu ϰ | et lab. **Γ** 15 cum *sec.° om.* **Γ** 16 in *del.* ϰ | in exitu vel labor. **Γ** angustiis [et in exitu] vel magnis lab. σ 17 autem similia **A'N**] aut similis 18 usque a] que 22 terroribus **N** | turbat a 23 trigonica ζ 26 venerit Saturnus **Γ** 27 *add.* ϰ | radiatione **Γ**

riosorum negotiorum initiis honestantur. Statim enim ut in Leone primam stationem fecerit, omnis genitura ad felicitatis initia transfertur. Tunc enim dolores et tristitiae et sollicitudines omnifariam sopiuntur. Sed nec cum primis uxoribus qui in Scorpione Saturnum habuerint perseverant. Sed nec virgines sic positus decernit uxores, sed aut viduas aut aliis iunctas. Miscentur sane plurimis mulieribus, sed a quibusdam
38 morte ab aliis repudio separantur. Valitudines sane et vitia in Scorpione positus † si in extremis corporis partibus faciet, et absconsorum et latentium locorum assiduos dolores. Sed si Iuppiter in oportunis geniturae locis inventus Saturnum in Scorpione positum prospera radiatione respexerit, et dolores et valitudines et vitia mitigantur. Sed in loco filiorum in Scorpione
fol. 62r II positus Saturnus nocebit, et quicunque filii primi suscepti fuerint, vario genere dissipantur. Postea grata
39 sobole gaudebunt. Sed cum Saturnus ad hoc idem signum id est ad Scorpionem reversus fuerit, erunt fortiores, et in locis et in populis potentes efficiuntur et clari, et multi circa eos ipso tempore efficiuntur humani. Haec eadem et in mulierum genituris decernit. Nam sicut in institutionis libro diximus, quae in virorum genituris dicuntur, ipsa et in feminarum genituris operantur.

40 [Saturnus in Sagittario.] Quicunque in Sagittario Saturnum habuerint, periculis et multis aegritudinibus inplicantur, et neque de paternis ⟨neque de maternis⟩ substantiis aliquid consequuntur. In damnis vero et sollicitudinibus erunt maximis, et per semet ipsos maximam substantiam consecuti, hanc eandem

1 initiis] officiis σ | honestatur Δ 3 transferatur Δ 7 *lege* alîs 8 pluribus Δ 9 separentur **BOG** 10 si] si sit **N** sed ϰ Saturnus ζ *del.* σ 15 in *prius om.* Δ 21 ipsos Δ 22 et ζ] tibi (ibi v [0?]) 23 in *om.* Δ | *cf. I p. 58,11* 24 dicuntur] dicimus *cl. l. c.* ζ 25 operatur (*scil. Saturnus*) ϰ 26 *lemma om.* Δ | Qui Saturnum in Sagittario Δ 27 habuerit **AD** | ⟨multis⟩ peric. *vel sim.* σ 28 *add.* σ 30 et in **O**

rursus misera dissipatione deperdunt. Aegritudinibus vero et valitudinibus variis inplicantur, et tunc habebunt periculorum discrimina per omne vitae spatium, cum ad ebdomaticos vel ad enneaticos annos venerint. 41
Sed ex his periculis facillimis rationibus liberantur. Sed et cum quadrata geniturae intraverit loca, id est cum [ad] MC. aut IMC. partem fuerit ingressus, faciet quasdam animo vanitates, faciet turbas et domesticas dissensiones et incommoda, faciet damna custodias, causas amissiones incommoda tristitias. Cum vero in Piscibus fuerit, tunc initia felicitatis dabit, et cum in eodem signo stationem fecerit, vitae et gloriae decernit insignia, et patrimonii largitur augmentum. Cum 42
vero ad Geminos et Cancrum venerit, tunc erit ei ex omni ratione contrarius. Cum ad Sagittarium et Capricornum et Aquarium venerit, turbas seditionesque decernit. Cum secundo tempore ad Pisces venerit, rursus claros eos faciet, et totum quod perdiderunt, cum augmento facultatum maximo consequuntur. Sed 43
nunquam in horoscopo sic habentes Saturnum uxores virgines sortiuntur, et ternas semper sortiuntur uxores, et habebunt semper assiduas dolores ex infortuniis filiorum. Sed si Iuppiter in Sagittario Saturnum positum nulla radiatione respexerit, nec uxores dabit nec filios. Habebunt sane propter mulierem vel mulieris causa graves dolores, et in aqua vel prope aquam incurrunt gravia vitae discrimina.

fol. 62v I

[Saturnus in Capricorno.] In Capricorno Satur- 44

1 rursus *om.* Γ 4 ad *sec. om.* ΔBv 7 *del.* ζ | IMC. σζ] in (*ie.* imi *omisso* caeli) | partem ζ] parte Δ pari Γ 10 incommoda *om.* D tristitias incommoda N 12 in *om.* Δ 14 tunc erit ζ] interit Γ inerit Δ iterum erit a 15 et *om.* Δ 20 nunquam BOva] nusquam | in horoscopo σ] prospere | Saturnum Δ] signa Γ 21 ternas] peregrinas ζ 22 semper *om.* Δ 25 mulierem Γ] mulieres Δ | mulieris Γ] mulierum Δ 26 in aquam Δ | incurrunt gravia Γ] habebunt Δ 28 *lemma om.* Δ | Quicunque Saturnum in Capricorni partibus scilicet in tropicis habuerit Γ

num quicunque habuerint in partibus scilicet tropicis, omnis eorum substantia et omne fatum assidua deiectione mutabitur. Nam quotienscunque ad summum gradum felicitatis accesserint, totiens deceptiva quacunque ratione labuntur, et tamdiu infortuniorum inaequalitatibus tenebuntur, quamdiu ⟨primum⟩ cursus sui circulum Saturnus inpleverit, vel quamdiu potestatem
45 sui temporis erogaverit. Ibunt autem per haec vitae discrimina, quamdiu Saturnus Geminos Cancrumque transierit. Erunt sane tales ut sperentur habere maxima subsidia facultatum, sed nihil magnum in deposito *****, sed habentes divitiarum opinionem domesticis angustiis deteruntur; paterna etiam eorum et materna substantia dissipabitur. Sed et quicquid susceperint, hoc tempore varia ratione deperdunt, et omnem sub-
46 stantiam minuent. Erunt etiam in peregrinationibus ⟨et⟩ in aegritudinibus constituti, et habebunt vitae discrimina et V. et VII. et IX. aetatis annis, praesertim cum iste annorum numerus triplicatus fuerit. Tunc enim ⟨erunt⟩ in aegritudinibus in damnis in turbis in doloribus in iniuriis. Erunt etiam maximis infelicitatibus demersi, nisi fuerint benivolarum stellarum praesidio sublevati. Tunc enim erunt infortunia tunc egestates, ceteraque omnia quae diximus, si nullarum ⟨benivolarum stellarum⟩ praesidium istorum malorum impetum fregerit. Tamdiu autem erunt in his malis, quamdiu loca sua Saturnus ingressus ad dextrum ve-
47 nerit trigonum. Sed omnifariam in Capricorno constitutus cum ad Geminos et ad Cancrum venerit, om-

1 habuerint O] habuerit 4 accesserit Δ 5 labuntur a] laborabunt Δ laborant A laborantur BOG | tamdiu A′] tam divites 6 *add.* GΔ 11 deposit N 12 ⟨habeant⟩ κ ⟨servantes⟩ σ | sed] et κ 13 deteruntur Γ] decernuntur Δ 14 susceperit Δ 17 *add.* G 19 Tunc Γ] Nunc ΔG 20 *add.* ζ 21 etiam erunt Γ 22 nisi Δ] si Γ | benivolarum stellarum *om.* Γ 25 *suppl.* σ] ⟨stellarum⟩ a | istum κ | malorum Δ] malivolorum Γ 26 fregerit impetum Δ 29 et] vel ζ

nium contrarietatum decernit incommoda. Sed cum in Leone erit et in ea fuerit parte in qua est †Capricornus constitutus, tunc actus maximos et prosperae felicitatis augmenta decernit. Sed nec in hoc signo constitutus virginem dat uxorem, sed hanc eandem aut repudio separat semper aut morte. Sed et quaecunque illis primae desponsae fuerint, non easdem patitur * * * *, aut in matrimonio perseverare. Sortientur vero uxores ab aliis stupratas. Sed hi filios ex duabus mulieribus suscipiunt, habebunt tamen dolores ex assiduis mortibus filiorum, aut filii illis in perpetuum denegantur. 48 Dolores vero et valitudines aut in extremis partibus corporum, aut in absconsis et necessariis habebunt. Sed maximas incurrunt vitae tempestates et maxima pericula, cum Saturnus Cancrum *fol. 62^v II* fuerit ingressus. Sed cum ad Leonem transitum fecerit, ex istis tempestatibus liberati tranquillam serenitatis laetitiam cum maximo consequuntur felicitatis augmento. Tunc enim Saturnus requiem tunc pecuniarum augmenta, tunc substantiam tunc sanitatem tunc laetitiam tunc rectum ordinem vitae sopitis omnibus infortuniis largitur.

49 [Saturnus in Aquario.] Quicunque Saturnum in Aquario habuerint, erunt in prima aetate deiecti, et quicquid paternum susceperint perdunt. Sed et quicquid primum habuerint, eadem laceratione dilapidant, et tunc ipsi et per semet ipsos ex magnis actibus proficiunt. Habebunt autem ex aegritudinibus maximas vitae tempestates, sed ab his omnibus liberantur. Erunt autem periculorum discrimina in ebdomaticis et en-

2 in *om.* **BOG** | erit *del.* ζ fuerit **a** | Capricornus] Sol κ 7 primae **ΓD**[2]] me aut **N**, *ras. interiit* **D**[1] 8 *excidit velut* aut in matrimonium duci ζ | sortiuntur *Δ* 14 maximae *Γ* | incurrent **BO** 18 consequuntur **A**] sequuntur **G** consequentur *Δ* constituuntur **BOv** 19 Saturnus **ΓD**[2] (*om.* **A**)] significant *Δ***N** (*et* **D**[1]*?*) 22 *lege* infortunîs 23 *lemma om. Δ* 24 in *om.* **A′OD** 25 perdent *Δ* 27 et *sec. om.* **Ov**

50 neaticis annis usque ad XLIII. aetatis annum. Erunt
autem pericula maxima hoc tempore, erunt aegritudines
erunt causae, erunt terrores erunt peregrinationes, erunt
tales humilitates ut ad detrimentum captivitatis et ser-
vitutis veniant, erunt angustiae erunt labores. Sed
haec omnia talia erunt ut ad similitudinem miserae
mortis accedant. Sed post haec omnia discrimina si
Iuppiter et Venus in genitura bene fuerint collocati,
gloriam lucra et dignitatis consequuntur insignia. Habe-
bunt etiam aut vitium aut valitudinem, aut ex igni et
51 ferro insignem cicatricem. Sed et quascunque fuerint
uxores legibus sortiti, erunt inutiles et tales quae con-
tra iuris ordinem vivant. Sed tamdiu his incommodis
laborabunt, quamdiu Saturnus in Leonis venerit sig-
num. Ante enim quam ad Leonem venerit patrimo-
nium minuit. Tunc damna decernit, tunc iniurias tunc
vanitates, tunc domesticorum mortes tunc tanta de-
cernit infortunia, ut homines malorum continuationibus
quassati sibi vehementer ipsi mortem inferre conentur.
52 Sed et cum in quadratis lateribus fuerit, haec eadem
simili ratione decernit, ut haec malorum incommoda
per dies singulos crescant. Tunc ex morte affinium
dolores, tunc tempus frigidum, tunc erunt misera pau-
fol. 63r I pertatis incommoda, praesertim si in quadratis locis
Saturno constituto VII. vel IX. aetatis anni super-
venerint. Tunc enim erunt custodiae ignominiae men-
dicitates, intonsorum crinium inluvies, praesertim si in
Aquario Saturnus constitutus ipse fuerit temporum
53 dominus. Multos tamen * * * * * ut in ipsis templis

2 autem *ante* aetatis *pon.* Δ 4 ut *om.* Δ 5 veniant et servitutis σ 6 similitudines Γ 11 quicunque Γ (quaec. G) 13 Sed et Δ 18 homines] Γ hi omnes Δ omnibus ϰ omnium σ horum ζ 23 erunt N] gerunt 25 VII. vel IX] *solve* septeni vel noveni | IX (novem) N] VIII. | annus supervenerit Δ | -nerint A] -nerunt BOG 26 ignominia mendicitatis *corr.* a (mendacitatis Δ) 27 intonsarum *corr.* v | inluvies A′] inluvius Δ ingluvius N -viis D 29 multis A | *lac. stat.* ζ; *excidit praeter alia* et faciet (<ita deprimit> ϰ) | ut Γ] et Δ | templis]

laboriosis actibus inplicentur. Sed ex ipsis actibus variis discriminibus afficiuntur, ut non facile possint evadere, et sic constituti nullum iter felicitatis invenient, sed erogabuntur omnia, * * * * * causas autem publicas forte dicentes. Sed ⟨si⟩ sic posito ⟨Saturno⟩ Iuppiter in necessariis geniturae locis fuerit inventus, et his temporibus in quibus sunt pericula, aut fuga aut longis peregrinationibus subtrahuntur. Sed cum haec omnia Saturnus inpleverit, et cum per 54 haec mala maximum vitae cucurrerit tempus, tunc paulatim ab infortuniis liberati cervices erigunt, et omni sordium squalore deterso honesto dignitatis habitu vestiuntur, ipsi se consulentes, et vitam suam per gradus singulos erigentes, et tales se patrimonii dignitate constituunt, ut et hominum illis regimen et gubernacula committantur. Erunt autem gloriosi habentes maximae potestatis insignia, regionibus et populis potestatis licentia praepositi, ita ut in publicis locis et civitatibus dignitatis eorum sempiterna memoria relinquatur. Tunc potentibus viris, tunc regibus pro geni- 55 turae mensura amicitiae gratia iungentur, tunc dona, tunc in templis loca tunc sacerdotia consequentur, tunc laetitiae, tunc divitiarum fructus accipiunt, tunc servitium, tunc fundamentorum, tunc virorum ac mulierum dominia possidebunt, tunc mobilia, tunc pecuniae conferentur, et tantis erunt locupletes divitiis, ut et alios sua facultate sustentent. Tunc omnes affines defensionis eorum praesidio sublevantur. Sed cum istius

temporibus **N** || 1 implicentur *Δ* **G**] implicantur ***Γ*** 2 vanis ***Γ*** *praeter* **A′** 4 *lac. stat.* ζ erogabunt omnia *sine lac.* ϰ ⟨eruntque⟩ **a** 5 fortiter dicent ϰ | sed *om.* **N** | *add.* **N v** | sic *om.* **O** 6 *add.* **N** 7 et *del.* ζ 10 decucurrerit σ 11 erexerunt **A** exerunt **O B G** 12 omni **A′**] omne 13 se] sibi ϰ σ 17 maxima dignitatis insignia **N** 19 in civ. **G** 21 coniungentur **D** *clausulae aptius.* 23 laetitiam *Δ* | servitiorum **N** servitutum **D** 25 conferuntur *Δ* 26 tantum *Δ* | locupletes divitiis] locupletes et divites *Δ* locupleti divites **O B G** locupletati divitiis **A** (divitiis *et* **v**) | et *om.* *Δ*

felicitatis senserint commoda, et cum magnifica divitiarum fuerint affluentia copiosi, et earundem divitiarum ceperint fructus, cum bona fama longaevi morientur.

fol. 63r II [Saturnus in Piscibus.] Quicunque Saturnum
56 in Piscibus habuerint, neque paternam neque maternam substantiam possidebunt, et omnibus rebus perditis nudi relinquuntur. Sed et quicquid in prima aetate quolibet genere possederint, etiam hoc cum misera laceratione deperdunt. Sed per semet ipsos magnos actus agentes maximam quaerunt substantiae facultatem. Habebunt etiam maximas aegritudines et maxima discrimina, praesertim cum septenos vel novenos annos intraverint, ⟨id est⟩ ebdomaticos vel enneaticos, et periculorum continuatio usque ad XXXIII
57 annos aetatis extenditur. Sed in his periculis non solum erunt aegritudines, sed et causae et accusationes sine causa et sine ratione conceptae, erunt turbae et seditiones repentinae et assidua animi tormenta et insperata in aquis pericula, et cum mulieribus dissensiones. Sed nec proderunt eis quascumque uxores primas fuerint sortiti. Sed nec virgines in Piscibus positus Saturnus decernit uxores, et cum in omnibus geniturae cardinibus circumiens fuerit, maximis difficultatibus ⟨et⟩ maximis eos faciet contrarietatibus inplicari, praesertim in primo cursus sui circulo consti-
58 tutus. Sed quamdiu XXX annos conpleverit et spatia secundae aetatis intraverit, tamdiu Saturnus malorum decernit incommoda. Sed cum ad Cancrum venerit, tunc tempora illis meliora decernit. Cum vero in sig-

1 senserit Δ 2 fuerint *om.* Δ | earundem divitiarum Δ] earum Γ 5 *lemma om.* Δ 6 habuerit **A O** 7 perditi **N** (*et* **D**¹?) 8 et *om.* Γ 13 septem vel cum novem Δ 14 *add.* σ 15 XLIII ϰ 19 et *prius om.* Γ | assidue **B O G** 21 ei Γ 22 primo Δ | Saturnus in Pisc. positus Δ 25 *add.* **a** (ac) | in maximis Γ | eos **N**] eis **D** eius Γ 26 cursu sui circuli Γ 27 annum Δ 28 secundo Δ | Saturnus **v**] horoscopus 30 signum **a**] signo (in *del.* σ)

num Leonis intraverit, tunc negotia eorum corrigit,
tunc gloriam tunc patrimonium tunc honores maximos
consequentur, tunc omnes actus eorum prospere se-
quetur eventus, tunc illis fides tunc magnorum viro-
rum negotia credentur, ex qua administratione patri-
monii consequuntur augmenta. In extremis autem 59
partibus corporis aut in parte corporis ⟨absconsa⟩ * * *
habebunt etiam in ipsis partibus assiduos dolores, ha-
bebunt etiam ex ferro maximas cicatrices. Sed ex filio-
rum casibus habebunt assiduos dolores. Sed cum illos *fol. 63v I*
Saturnus prioris temporis tempestate quassaverit, tunc
illis laetitiam et ex filiis decernit et ex gratia con-
iugali, secundum geniturae mensuram atque substan-
tiam, quam ceterae stellae sua auctoritate decreverint.

IV.

Sed nunc explicatis Saturni decretis ad Iovis de- 1
creta veniamus.

[Iuppiter in Ariete.] Quicunque Iovem in Ariete 2
habuerint, in prima aetate in omni actu turbantur, quam-
diu conpleverint geniturae contraria. Sed cum haec
tempora conpleta fuerint, tunc honestates tunc felices
actus tunc bona tempora tunc proficiendi tempus tunc
maximorum negotiorum actus decernuntur, tunc po-
tentium et magnorum virorum amicitiis copulantur,
aut in magnis ac regiis domibus constitutis potentis
administrationis officia creduntur, tunc patrimonia ma-
xima consequuntur, et dominandi accipiunt potestatem,
et ex uxoribus et filiis laetitiae relevantur augmento.
Tunc enim conferuntur potentiae et honoris insignia,

3 prosper **AN** 6 consequentur **A′** | In *Δ*] an *Γ* 7 partibus **A**] artibus *cet.* *Γ*v artubus *Δ* | aut *Δ*] an *Γ* (*om.* **A**) | *add.* *κζ porro videtur excidisse* laborabunt*; nisi forte in sequentibus* etiam in ipsis partibus *delendum* *ζ* 8 in *om.* **AO** 9 sed] et *κ* sed ⟨et⟩ *ζ* 10 Sed *ζ*] et 12 laetitia *Δ* | filiis *κζ*] vitiis *Γ* vitio *Δ* | coniugalis *corr.* a 18 *lemma om.* *Δ* 20 contraria *susp.* 24 amicitiis *Δ*] amicis *Γ* 25 constituti *corr.* *κζ nisi Graeca est structura ut πολλὰ πιστεύονται* 27 capiunt *Γ* 28 ex *om.* *Δ*

tunc regimen potestatemque hominum sortiuntur, tunc
in omnibus causis et in omnibus ⟨actuum et⟩ causarum
certaminibus victores exsistunt, et quicquid tacita cogita-
3 tione tractaverint, id totum facillima ratione conpletur.
Iuppiter enim homines facit praeconio bonitatis ornatos.
Habebunt sane circa os quoddam signum. Erunt au-
tem alienorum patrimoniorum domini. Erunt religiosi
in deorum cultu et cum fide omnium secreta serva-
bunt, et a potentioribus viris vel a regibus ad ma-
gnae administrationis officia diriguntur, imperiosi in
omnibus actibus exsistentes et fortes. Sed erunt prima
eorum tempora difficilia, sed postea prospere conple-
bunt omnia, deorum adsidua monitione formati, prae-
sertim si in principalibus geniturae locis positum et
non in deiectis Saturnus vel Mars vel Sol vel Mercu-
rius vel Venus vel Luna trigonica radiatione respexerit.
4 [Iuppiter in Tauro.] Quicunque Iovem habue-
rint in Tauro, erunt in maxima gloria et in maximis
potestatibus, sed posteaquam * * * tempora inpleverit.
In primis enim temporibus gravi periculorum tempe-
state quassantur. In aegritudinibus enim et in ser-
vitiis et in causis versabuntur. Tunc cum potentiori-
fol. 63^v II bus contentiones tunc damna tunc labores tunc de-
cernuntur iniuriae. Sed postea quam fuerint oppressi,
prosperos omnium negotiorum habebunt eventus. Tunc
glorias tunc potentium amicitias sortiuntur, tunc eis
5 potentes viri vitae suae secreta conmittunt. Naviga-
bunt autem in magno mari aut in fluviis, versabuntur
etiam cum scelestis aut cum infamibus viris * * *
religionibus servientes. Sed his a mulieribus vitae

2 *add.* **N** 3 tacita *Γ*] a cita *Δ* 6 signum quoddam *Δ* 7 alienorum **N**] aliorum 14 si ⟨Iovem⟩ *σ* | positus *corr.* *κ* 17 *lemma om.* *Δ* | Qui *Δ***B** 19 *lac. stat.* *κ* | temp. Saturnus impleverit **AOD**² t. Iupiter impl. **GBv** 24 decernit iniurias *Δ* | posteaquam *κ*] postea cum 26 sortiuntur tunc eis sortiuntur potentes *Γ* 27 suae vitae **N** suae *om.* **D** 29 scelestis *σ*] scelestibus *Γ* sterilibus *Δ* | *excidit velut* nefandis *κ* 30 servientibus *corr.* *σ*

praesidia conferuntur, et per ipsas magnae dignitatis
et maximorum honorum insignia consequentur. Erunt
tamen iusti fortes, amicis exhibentes amorem. Erit
in ipsis liber sermo, pro amicis fortiter excusabunt.
Erunt sane temerarii, in omni certaminum contentione
fortes, et qui sibi numquam sed amicis semper pro-
desse desiderent. Sed existunt illis amici frequenter 6
ingrati, et frequenter lapsi iterum corriguntur. Erunt
duorum patrum filii, unius per naturam, alterius [damna
post] per adoptionem, aut duarum matrum. Sed inter
initia habebunt et ex uxoribus gaudia et postea do-
lores, et ex filiis similiter. Multis proderunt maxima
habentes felicitatis insignia. Sed haec omnia pro men-
sura geniturae decernit.

[Iuppiter in Geminis.] Quicumque Iovem in Ge- 7
minis habuerint, ⟨erunt⟩ in maximis gloriis et pote-
statibus, in amicitiis gratia †noti semper ornati, et
cum multa quaesierint, haec eadem rursus amittunt,
et vita eorum assidua conmutatione variatur. In
primo enim vitae tempore erunt in dissensionibus et
in multis negotiis et in damnis et in angustiis et in
aegritudinibus, et de uxore et de filiis habebunt assi-
duos dolores, quamdiu XLV annos aetatis inpleverint.
Intra enim hoc temporis spatium geniturae †de quo
minus decreverit, * * * quicquid habuerint dissipatur.

1 subsidia ζ | et] ut ζ | ipsas *Γ*] ipsum *Δ* 2 consequentur **A'N**] consequantur 3 ⟨fidum⟩ *vel* ⟨integrum⟩ amicis ζ 4 in *om. Δ* | excusabuntur *Δ* excubabunt ϰ 5 omnium **BGN** 6 qui sibi **a**] in quibus sibi *Δ* iniquis *Γ* | amicis **v**] amicitiis 7 illi *Δ* | amici *Γ*] amicitiae *Δ* 8 lapsis *corr.* **v** 9 *del.* **N** 10 per adoptionem **N**] perpetrationem 12 et *ante* ex filiis *om. Δ*ϰ 15 *lemma om. Δ* 16 habuerint in Geminis *Γ* | *add.* ζ 17 et in **O**(?)**v** | gratia *om. Δ* | gratiae testimonio *vel* notitia ϰ grati, noti⟨tia magnorum virorum⟩ σ 19 et vita ϰσ] et una *Γ* fortuna *Δ* | conversatione *Δ* continuatione **A** | variantur *Γ* 23 IL **N** 24 hoc enim *Δ* | tempus *corr.* **a** | de quo **DGv**] cum quo **N** de ego **O** ego **B** ergo **A** quae geniturae dominus ϰσ | de — decreverit *del.* **a** 25 *lac. stat.* ϰ

8 Verum cum hoc tempus fuerit emensum, tunc notitiam, tunc habebunt subsidia facultatum. Habebunt et in primo tempore cum uxoribus dissensiones, postea prospera matrimonia possidebunt, * * * in publicis locis et ex his accipient felicitatis insignia. Sed haec pro mensura geniturae decernuntur et pro ceterarum stellarum mixturis ac radiationibus, quod te in omnibus ⟨genituris⟩ servare et meminisse conveniet.

fol. 64r I [Iuppiter in Cancro.] Quicunque in Cancro Io-
9 vem habuerint, erunt potentium amici et cum his versabuntur, secreta eorum fideli taciturnitate servantes, et cum tempora eorum possidere coeperit Iuppiter, tunc illis patrimonia tunc honores tunc gloriae conferuntur insignia. Sed numquam illis nec felicitas nec fides amicitiae perseverat, sed erunt frequenter humiles, tunc peculiariter cum Saturnus principalia geniturae loca fuerit ingressus, vel cum ad Aquarium vel Piscium venerit signum. Tunc maximorum discriminum difficultatibus inplicantur, tunc pericula tunc turbae, tunc damna tunc aegritudines fiunt, tunc cum potentibus viris aut cum affinibus simultates, tunc falsas accusationes et publici sermonis invidiam subibunt.

10 Sed haec tunc mitigantur cum Saturnus et Iuppiter in quadratis huius signi lateribus fuerint inventi. Sed cum Saturnus ad hoc idem venerit signum et Iovis se applicaverit stellae, infinitum proderit, plus tamen cum ad signum Leonis transitum fecerit. Nam cum in Leone tempora secundae stationis intraverit, decernit

2 et] etiam ζ   4 *excidit* habitabunt κ | et in Δ   5 et ex his Γ] ex his **N** et his **D**   7 mixtura Δ | ac radiationibus κζ] sacratioribus (& rationibus radiationibusque **a**)   8 *add.* σ | convenit Δ**A**   9 *lemma om.* Δ | Iovem in Cancro quicunque habuerint Δ   13 illi Γ conferantur Δ   16 peculiariter cum **A**] peculia tergum | Saturnus *om.* Δ   17 fuerit Δ] quae erit Γ | Aquarii κ | vel Δ] et Γ   18 piscem Δ | signum *om.* Δ | maximis **A** maximum **BO**   22 subibunt Γ] sui vivunt **D** sibi vivunt **N**   23 tunc Γ] tamen Δ | et cum Iup. Δ   24 quadrati Δ   26 applicuerit Δ**G** | infinitum **D**] in finium **AO** etiam finium **BG** (in infinitum **N**)

felicitates, glorias et honoris alicuius insignia. Tunc
plurimis hominibus imperabunt, tunc omnium adver-
sariorum superatur inprobitas, tunc notitiam eorum
felix sublevat fama, tunc licentia erit ut et alios sus-
tentare possint. Sed cum felices fuerint, rursus par- 11
tem felicitatis amittunt, sed haec secundum decreti
differentiam decernuntur. Habebunt ex muliere vel
uxore laetitiam, laetabuntur etiam suscepta sobole, et
fundamentorum et mobilium dominia consequentur.
Post variam aetatem et inaequabilitatem vitae ad
prospera commoda felicitatis accedunt, ut sint admi-
ratione digni, ut et ipsi mirentur, qua ratione ad
tanta pervenerint felicitatis insignia.

[Iuppiter in Leone.] Quicunque in Leone Iovem 12
habuerint, erunt in multis laboribus et fatigationibus,
quamdiu Saturnus relictis Piscibus ad Arietis venerit
signum. Cum enim Iovem in Leone positum trigonica
Saturnus radiatione respexerit, tunc potestates tunc
glorias tunc notitias tunc potentium amicorum prae-
sidia consequuntur, et in disciplina constituti maximos
fructus accipiunt, tunc ad omnes actus prosperis pro-
vecti ⟨promotionibus veniunt. Tunc gratum tempus⟩
habentes procurationis officia tractabunt. Sed primae *fol. 64r II*
eis uxores non proderunt. Sed nec virgines sortiuntur 13
uxores, sed ab aliis stupratas. Erunt sane felices, per
semet ipsos felicitatis insignia consecuti, posteaquam
patrimonium paternum fuerit amissum. Erunt tamen
fortes animo profusi liberales, et qui res alienas prava
cupiditate desiderent.

1 Tunc in Δ 2 pluribus **NO** 4 tunc *** ϰ | licentia ζ] laetitia | erit ⟨potestatis⟩ ζ et ut Γ 5 partum **B**^{b} **GO** 6 secreti **ABO**^{b}**D**^{1}**N** 10 aetatem *displicet* | et *om.* Δ | inaequalitatem **A′** 11 accedent **A** | administratione Γ 12 ut *del.* ϰ 14 *lemma om.* Δ | Iovem in L. quic. hab. Δ 17 enim *om.* Δ 18 tunc glorias Δ] et glorias Γ 20 et in *** ϰ 21 prosperos *corr.* σ 22 *add.* **N** primo *litteras servarunt ceteri* 24 proderunt Δ] probae erunt Γ | sortientur **BOG** 25 alio stupratae Δ 26 ipsi Δ 28 et] sed ζ

14 [Iuppiter in Virgine.] Quicunque Iovem in Virgine habuerint, mundi honesti bene nutriti erunt et pudici, efficaces fideles, semper amicos bono diligentes affectu, ingenui moribus contentiosi potentes laboriosi, non habentes unum in vita cursum, quamdiu diametrum Saturnus transierit eius signi, in quo ipse Saturnus in genitura fuerit constitutus. Sed et cum in Piscibus fuerit, erunt in tempestatibus in damnis in aegritudinibus in doloribus in sollicitudinibus.
15 Sed cum de Piscibus Saturnus transierit, tunc gloria tunc potentia, tunc sortiuntur uxores pudicas et benivolas, maritorum commodis servientes. Habebunt de filiis dolores, quamdiu tempora Saturni conpleta fuerint. Erunt in magno honore et in magnis potestatibus, quae potestates pro genituraе substantia decernuntur.

16 [Iuppiter in Libra.] Quicunque Iovem habuerint in Libra, iactationes ⟨et⟩ turbas habebunt in prima semper aetate, praesertim si Saturnus in diametro Iovis vel in diametro Lunae fuerit inventus. Tunc enim damna, tunc domesticae dissensiones tunc tristitiae tunc iniuriae tunc ignominiae tunc causae tunc peregrinationes tunc offensae tunc patrimonii dilapidationes
17 decernuntur. Sed cum haec diametra Saturnus transierit, et per oportuna genituraе loca Iuppiter coeperit currere, tunc initia felicitatis accipient, tunc gloria laetitiaque decernitur, tunc consequentur idonea subsidia facultatum, quotienscunque Iuppiter post exces-

1 *lemma om.* Δ | in Virg. hab. Iovem Δ 2 et **N**] etiam 3 bono *om.* Γ 4 ingenui **AB**[b]] ingenii **OGv** ingenuis Δ 6 diametrum ϰ] Taurum 8 in *prim. om.* Δ 10 tunc ⟨erit⟩ *vel* ⟨datur⟩ *al. An* gloriam — potentiam? ζ 14 in Γ] tamen Δ (tamen in **va** tum in σ) 17 *lemma om.* Δ | Iovem in Libra habuerint Γ 18 habebunt *ante* iactationes *ponit* Δ | iactationem *corr.* **a** | *add.* σ 20 diametro eius vel Lunae fuerit **N** d. eius fuerit **D** 28 Iuppiter *om.* **D** *post* Saturni *inseruit* **N**

sum Saturni ad oportuna geniturae venerit loca. Tunc
iungit eos aut potentibus viris aut ducibus aut regi-
bus, tunc notitia tunc nobilitas decernitur secundum
geniturae substantiam, tunc illis potentium virorum
secreta creduntur, tunc res tunc patrimonia potentium
illis virorum conmittuntur. Erunt sane fabricatores 18
pastinatores, multorum mobilium dominia possidentes.
Habebunt ex uxore et filiis laetitiam, sed cum pri- *fol. 64v I*
mum fuerint infortuniis fatigati, et in omnibus cau-
sis ⟨pro⟩ ipsis sententiae proferuntur, sed si sine con-
sortibus litigarint. Tunc enim prosperos habebunt
eventus in omnibus, si ab omni †commutationis fuerint
consortio separati. Habebunt quoddam signum in cor-
pore. Erunt etiam aut duorum patrum aut duarum
matrum filii. Erunt alienorum patrimoniorum dominia
possidentes, religiosi deorum cultores, sed primum vi-
tae tempus eorum habebit maximas difficultates, postre-
mum vero honestis actibus honorabitur.

[Iuppiter in Scorpione.] Quicunque Iovem ha- 19
buerint in Scorpione, erunt gloriosi potentes, prae-
sertim cum ad aestiva tropica signa Saturnus venerit.
Nam in ceteris signis Saturno constituto et in primo
geniturae quadrato, erunt in aegritudinibus et turbis
et in accusationibus et commotionibus et causis et
dissensionibus et in negotiorum humilitatibus. Cum
vero Saturnus primum quadratum exierit, id est cum
ad Pisces transitum fecerit, ⟨erunt⟩ cum potentibus
cum ducibus cum regibus, secreta eorum fideli tacitur-
nitate servantes. Navigabunt grandes fluvios ac ma- 20

5 res vel patrimonium potentum Δ | illis virorum potentium ζ 8 et ex G 10 *add.* κ | si *om.* Δ 12 fuerint commutationis Δ | communionis κ consociationis σ 15 aliorum Γ 16 possidentes *om.* Δ 17 habebunt Δ 18 honorabuntur Δ 19 *lemma om.* Δ 20 in Scorp. habuerint Γ 24 in *om.* Δ 26 primum Saturni Δ | quadrata *corr.* κσ 27 *add.* D *possis similia multa* 28 cum regibus *om.* Δ 29 servantes Γ (*cf.* 57, 16)] tractantes Δ (tractantes vel servantes D)

ria, et per steriles et per infames homines aut mulieres maxima negotia perpetrabunt. Erunt propitii multitudini, in populo habentes insignia potestatis, fortes et animo pariter et corpore, et magnae substantiae dominia consequentur. Habebunt laetitiam ex uxoris affectibus et filiorum, sed priore dissensione sopita. Dirigentur etiam a potentioribus viris et regibus ad alicuius administrationis potestatem * * * constituti plurimis proderunt. Hi cum in prima aetate fatigati fuerint, felici senectute laetantur. Sed et hic observandum quod in signo Arietis diximus.

21 [Iuppiter in Sagittario.] Quicumque Iovem habuerint in Sagittario, erunt gloriosi potentes nobiles noti, duces potentes vel ducum aut potentium amici locupletes copiosi docti. Sed quicquid consecuti fuerint tamdiu perdent, quamdiu prima loca genituram Saturni stella transierit. Tunc enim erunt in turbationibus in doloribus in seditionibus, et quodcumque conplere voluerint, prosperos non habebunt eventus. Erunt autem in
22 ipsis temporibus in angustiis et in laboribus, quamdiu
fol. 64ᵛ II conpleto Iuppiter secundo cursus sui circulo locum suum prospera radiatione convenerit. Tunc enim gradatim omnia prospera pro locorum potestate decernit, tunc notitiam tunc gloriam tunc potentiam tunc potestatem, tunc patrimonii largitur augmenta, tunc hilaritatem tunc laetitiam dabit, tunc matrimonia filiosque decernit. Sed qui sic habuerint Iovem, aliena patrimonia possidebunt. Erunt sane boni apti ad omne

1 per *sec. om.* Δ **N**[a] 2 pertractabunt **N** 5 uxorum Δ 6 et ex filiorum Δ 7 Dirigentur ϰ] rigentur Γ regentur Δ | potentibus Δ 8 *excidit velut* et in ea potestate σ (⟨in qua⟩ ϰ) | pluribus Δ 10 felici senectute **ND**[2]] felices nec tute Γ**D**[1] | hic hoc servandum *corr.* ζ 12 *lemma om.* Δ | in Sag. habuerint Γ 14 potentes *om.* Δ**O** | vel — potentium *om.* Δ | locupletes amici *transpos.* **a** 16 perdunt Δ 19 in *om.* Γ 21 Iuppiter Γ] Iovis Δ | sui cursus Γ 22 convenerit ζ] coniunxerit 28 sane **AD**[2]] sani

humanitatis officium. In primo sane vitae suae tem- 23
pore in omnibus rebus erunt ⟨in⟩stabiles et cum
uxore dissentient. Sed in medio aetatis cursu constituti prospera felicitate laetantur. Sed si in genitura Saturnus Iovem in Sagittario constitutum aut quadrata aut diametra radiatione pulsaverit, aut uxores non habebunt aut filios, praesertim si in finibus Saturni Iuppiter fuerit inventus. Erunt sane homines magnae fortunae, liberales amabiles multorum amici omnibus noti mundi honesti omni genere bonitatis ornati, praesertim si in primis geniturae locis constitutus quamcumque de ceteris stellam trigonica radiatione ⟨respexerit⟩.

[Iuppiter in Capricorno.] Quicumque Iovem ha- 24
buerint in Capricorno, erunt gloriosi potentium amici amicorum secreta fideli taciturnitate servantes. Erunt felices sed cum Iuppiter spatia secundi cursus inpleverit. Nam ante hoc tempus in quocumque honore fuerit, ab eius honoris potentia deicitur, et erunt in angustiis et in difficillimis actibus notationibus humilitatibus, humillimis hominibus servientes, tamdiu quamdiu secundum trigonum signi eiusdem [loci] Sa-
turnus transierit. Ante hoc enim tempus in plurimis 25
doloribus et in damnis et in causis et in contrarietatibus versabuntur, et suorum mortes videbunt, et multis infortuniis inplicabuntur, et in tantis erunt infelicitatibus constituti, ut ab ista malorum continuatione morte cupiant liberari. Sed cum Saturnus transierit haec quae diximus loca, exclusis omnibus malis

2 stabiles *corr.* **N** (⟨semper⟩ instabiles) ζ 6 pulsaverint Δ 11 constitutum **N** 12 stellam ζ] stellis **N** stella *cet.* | trigonicam radiationem *corr.* **N** | *add.* **N** (-rint: -rit **a**) 14 *lemma om.* Δ 19 deicitur] *creticus est* 21 hominibus Γ] in omnibus Δ 22 *del.* ζ (signi *del.* ϰ vel loci **a**) 24 et in causis — 59, 6 plectuntur *om.* **A** *37 foliis vacuis relictis* | contradictionibus *corr.* ϰ 28 morte **Gv**] mortes Γ mortis Δ 29 exclusis omnibus **v**] exclusionibus

atque sopitis maxima felicitatis commoda consequentur, et plurimorum conversationibus sublevati magnis erunt praepositi facultatibus, secundum geniturae vires atque substantiam. *

V.

fol. 65r I Cum talibus si consortium iungas, nunquam illis
1 fidei tuae secreta conmittas, nunquam aliquid simplici ratione conmendes. * * * * * abnegabunt, et inpudentiam suam inreligiosa periurii defensione conmunient. Erunt ad omne perfidiae facinus armati, praesertim si sic Mercurio constituto rursus in Mercurii finibus Mars fuerit inventus, vel si in deiectis geniturae locis Mercurium positum Mars superior effectus quadrata radia-
2 tione pulsaverit. Tunc etiam propter haec criminum facinora aut diuturna carceris custodia aut perpetuis damnantur exsiliis, aut criminum † portione possedi, sed et metuentes inminentis sententiae severitatem, desertis patrîs laribus, ad semota et longinqua loca fugitivo errore ducuntur. Quodsi sic Mercurio et Marte

1 felicitate *Γ* 4 *post* substantiam *im. adscribunt* hic multum deest GOD^2 deficit N^2 *plura adnotat* B^2. *Exciderunt Iovis in Aquario Piscibusque et ceterarum stellarum ie. Martis Solis Veneris Mercurii Lunae in singulis zodiaci signis decreta, deinde Saturni Iovis Martis Solis Veneris in suis ceterarumve stellarum finibus constitutorum decreta nec non Mercurii in suis et in Saturni Iovisque finibus positi decreta. Verbis quae supra sequuntur* Cum talibus *etc. quid Mercurius in finibus vel in decano Martis decernat enarratur, nec plus quam exordium huius capitis excidisse videtur. Omnia haec Aldinae editor ex suo ingenio in viginti eiusdem editionis paginis supplevit convictus et libris mss. omnibus et lege clausularum nimirum ab eo neglecta.* 7 talibus consortium ne iungas *Δ* 9 *excidit velut* Quicquid enim illis simplici ratione commendes (*cf. 63, 12*) *ζ* 10 inreligiosam (-osi N) *corr.* a | communientur *corr.* N v 15 etiam] enim *ϰ* 16 custodia carceris *ζ* 17 possedi *Γ*] praescribi *Δ* possessi a pondere oppressi (*pro* port. poss.) *ζ* punctione possèssi (punctio = compunctio) *ϰ* 18 sed *Δ*] si *Γ* | imminenti *Δ* 19 patris *Γ*] patriis *Δ*

constitutis Luna plena luminibus per quadratum vel diametrum feratur ad Martem, nec eam benivolae stellae prospera radiatione conveniant, nec malitia Martis aut Mercurii testimonio Iovis aut Veneris fuerit mitigata, propter haec facinora severa animadversione plectuntur.

[Mercurius in domo vel in decano Solis.] Si 3 Mercurius in domo vel in decano Solis fuerit inventus, et fuerit diurna genitura, faciet mediocres animo pariter ac mente, † mediocri et audientes et excogitantes, sed et ipsos difficiles ac malitiosas litteras tractare perficiet, ac laboriosarum litterarum officia conmendat, aut publicis faciet officiis deputari, cordatos etiam cum quadam curiositate perficiet, secretis et illicitis actibus inefficacibus studiis inplicatos. Si vero fuerit noc- 4 turna genitura, aut mente captos faciet, aut aures linguamve debilitat, errores vitae decernit aut vitia, aut ⟨facit⟩ tales quos semper malae famae iudicia persequantur, et quos nunquam rectum iudicium boni sermonis insinuet.

[Mercurius in finibus Veneris.] Si Mercurius *fol. 65r II* in finibus Veneris vel in decano fuerit inventus, in 5 diurna nocturnaque genitura omnia simili ratione decernit. Tunc enim sermones hominum grato faciet splendore venustatis ornari, et potentibus ac regibus fido necessitudinis amore coniungit, et reddit tales qui omnia rectis soleant consiliorum rationibus invenire, et quorum omnes actus prospere sequatur eventus. Duplicibus litteris inbuentur, conputos omnes conse- 6 quentur et omnes sollertiae disciplinas, aut athletis

7 *lemma om.* Δ 10 mediocria ϰ (*pro* med. et) | et *sec. om.* Γ 12 ac Γ] et Δ | commendata ut Γ 13 facit Δ 14 actibus ⟨et⟩ ϰ 16 facit ζ 18 *add.* a 19 rectum N] certum D recte Γ *dativum in* recte *inesse putat* ϰ | iudicium insinuet boni sermonis Δ 21 *lemma om.* Δ 28 omnis Γ | prosperi sequantur Δ 29 difficilibus ϰ | imbuuntur Δ

hominibus potentiae alicuius erunt honore praepositi, aut musicae modos dulci modulatione conponunt, aut sequuntur certe poeticae disciplinam, aut erunt infectores colorum, aut per ipsos aromatum odor suavitatis adfertur, aut pretiosarum gemmarum merces, aut peregrinae negotiationis officia tractabunt, ut omnifariam ex istis actibus et patrimonium illis conferatur et dignitas. Erunt sane in venereo coitu libidinosi, et qui aliena matrimonia prava mentis cupiditate corrumpant. Erunt vitiosi et qui de istis vitiis crebra semper pulsentur infamia.

7 Quid autem Mercurius in domo Lunae decernat, in primis libri partibus dictum est.

VI.

1 [Luna in domo sua vel in decano suo.] Si Luna in domo sua vel in decano suo fuerit inventa, et sit nocturna genitura, magnam substantiam et magnae gloriae decernit insignia, et potentiae cuiusdam assignat officium, praesertim si in principalibus geniturae locis fuerit inventa. Faciet per semet ipsos idonea sibi quaerentes subsidia facultatum, efficaces populares artifices. Si vero fuerit diurna genitura, faciet laboriosos peregrinos, et quorum vita frequenti peri- *fol. 65v I* culorum continuatione quassetur, aut valitudines et vitia cum acerborum dolorum cruciatu semper indicit. Sane in nocturna genitura si in domo sua vel in decano posita IX. ab horoscopo tenuerit locum, felicitatem divitias gloriam principatum cum maxima potestate decernit.

1 potentiae *σ*] potentis 4 suavis *σ* 6 omnifariam *Δ*] ob nefariam *Γ* 9 matrimonia *ζ*] patrimonia | corrumpunt *Γ* concupiscant *ϰ* 10 qui de *Γ*] quidem *Δ* 13 *quem locum respiciat nescimus; videtur interisse* 15 *lemma om. Δ* 22 faciet *om. Δ* 23 frequenter *corr. ϰσ* 24 quassatur *Δ* 25 acerbo a | dolore *Δ* | cruciatu semper *σ*] cruciatus emergit. 27 felicitatum *Δ*

[Luna in finibus Saturni.] Si Luna in finibus 2
Saturni fuerit inventa aut in decano suo, et sit plena luminibus, facit languidos frigidos et animo pariter et corpore, et qui ab omni sint audacia separati, habentes tamen ingenium temeritatis ardore * * * * *, et quorum intestina frigidi humoris tormenta conficiant. Si vero fuerit minuta luminibus, facit tales quorum desideria et actus nunquam prospere sequatur eventus, et qui amissa patrimonii facultate misero paupertatis onere deprimantur, tardos in omnibus actibus et languidos animo pariter et corpore. Alios pthisicos alios spleneticos efficiet, aliorum renes acerbo dolore discruciat, alios inportuna sanguinis profusione debilitat.

[Luna in finibus Iovis.] Si Luna in finibus Io- 3
vis vel in decano fuerit inventa, et ⟨sit⟩ plena luminibus, faciet homines honestos efficaces, et qui omnes actus prosperis semper rationibus conpleant, patrimonia propria sibi virtute quaerentes. Alios mercandi gratia ad peregrina ducit loca. Si vero fuerit minuta luminibus, ex morte parentum infortunia decernit et orbitates et patrimonium minuet. Mediocrem vitam cum quadam humilitate decernit, aut nervorum dolores efficiet, si in malivolarum stellarum signis fuerit inventa.

[Luna in finibus Martis.] Si Luna in finibus *fol. 65v II*
Martis vel in decano suo per diem plena luminibus 4
fuerit inventa, expositos faciet aut ignobiles, aut vitium valitudinemque decernit, aut periculorum violentiis aut

1 *lemma om.* Δ 2 suo *om.* Δ 4 et qui Δ G] qui et O et B ut A 5 *excidit velut* possessum ζ ingenuum (ingenitum σ) tem. ardorem κ 6 intestina Δ (-nas G)] sententias Γ 8 prosper O v | sequantur Δ 10 deprimuntur Δ 11 pariter animo Γ | ptysicos N typsicos D tussicos Γ | spleneticos A′N] splenicos 12 efficit ζ 14 *lemma om.* Δ | Si Luna cum Iove vel in decano Iovis fuerit Δ 15 *add.* a 23 efficiet ζ 25 *lemma om.* Δ 26 suo *om.* Δ 28 valitudinesque Δ

repentinis faciet casibus inplicari. Si vero fuerit nocturna genitura, aut parentes vitio dissensionis separat, aut matrem ostendit ignobilem. Quosdam vero per-
5 egrinitatis, alios aegritudinum quassat incommodis. Si vero per diem fuerit minuta luminibus in his in quibus diximus partibus vel decanis, patrimonium dissipat et periculosorum negotiorum decernit officia, et ex negotiis ipsis caduca discrimina aut miseras valitudines vitiumque decernit. Si vero fuerit nocturna genitura, et sit minuta luminibus, faciet efficaces et officia multa tractantes, fortes gloriosos et quibus publicorum negotiorum officia credantur, sed qui peregrinis regionibus inmorentur, et quos semper in omnibus actibus prospere sequatur eventus.

6 [Luna in domo vel in decano Solis.] Si Luna in domo vel in decano Solis fuerit inventa plena luminibus, et sit diurna genitura, faciet populares sed quibus publica conmittantur officia. Faciet efficaces sed ut omnia negotiorum genera prospero conpleant semper effectu. Si vero in oportunis geniturae locis fuerit inventa, id est si MC. ⟨vel⟩ horam ⟨partili radiatione possederit, et plena⟩ luminibus Iovis fuerit radiatione adornata, faciet potentes imperatores reges, vel tales administratores quorum potestati orbis terra-
7 rum iudicia credantur. Si vero fuerit minuta luminibus, faciet ad nullos actus necessarios, humiles et animo pariter et vita, ⟨et⟩ qui nunquam in aliquo
fol. 66r I negotio perseverent. Quorundam matres debilitatas et longa aegritudinis continuatione quassatas malae mortis faciet subire discrimina.

1 facit *Δ* 2 dis. sep. vit. *σ* 12 negotiorum *Γ*] officiorum *Δ* | creduntur *corr.* **A′** | qui **v**] quorum 13 religionibus *corr.* **Nv** 14 prospere **AO**] prosper **BG** prosperi *Δ* | sequantur *Δ* 15 *lemma om.* *Δ* 19 ut *om.* *Δ* (et qui **a**) 21 si **N**] si in˙ **G** in **A′BGD** | *add.* *ϰ* | horam *Γ*] horoscopi **D** horoscopi ne **N** | *add.* **N** 22 fuerat *Γ* 24 potestate *corr.* **a** 27 *add.* *ζ*

[Luna in finibus Veneris.] Si Luna in finibus 8 Veneris vel in decano fuerit inventa, et sit plena luminibus, faciet infamibus semper amoribus inplicatos, et incestis libidinum cupiditatibus deditos, inpuros libidinosos et qui erraticis semper amoribus inhaerescant. Si vero fuerit minuta luminibus, bonos actus cum maximae felicitatis decernit augmento, et ex numero affinium matrimonium prosperis decernit auspiciis.

[Luna in finibus Mercurii.] Si Luna in finibus 9 Mercurii vel in decano fuerit inventa, et sit plena luminibus, faciet perfidos et qui res commendatas obstinato mentis furore et avaris cupiditatibus abnegent. Faciet etiam effractores fures malitiosos, et qui mendacia sua umbra quadam soleant veritatis ornare, aut proditores suorum facit, aut qui deos obstinati sacrilego furore contemnant. Erunt sane laboriosi operarii, sed qui nunquam fructus ex laboribus consequantur, et quos perpetui operis laboriosa sollicitudo discruciet. Si vero fuerit minuta luminibus, aut pthisicos ⟨faciet⟩ 10 aut insanos aut mente captos malos malitiosos, et qui ad omne malitiae virus libenter accedant, et qui aut malos homines aut mala negotia obstinata animositate defendant, et quorum per dies singulos ad omne facinus crescat inprobitas. Sed et ipsi similes sibi homines nocere consueverunt. Quodsi Mars in iisdem partibus cum Luna fuerit inventus, hos eosdem malae *fol. 66r II* conscientiae consortio latronibus iungit, aut variis facit

1 *lemma om.* Δ 3 amoribus semper Δ 4 incestis ΔG] ingentibus Γ 5 erraticis v] erratis Γ erratico Δ | amori Δ 10 *lemma om.* Δ | Luna cum Mercurio vel in finibus vel in dec. Δ 11 decanis ND² 14 facit Δ 15 membro quodam soleant varietatis ornare Δ 16 obstinato sacrilegii ϰ 19 discruciat AG 20 thisicos BOG thysicos D ptysicos N *corr.* A′ | *add.* ζ, *possis et alibi* 22 omnem malitiam ΔG | virus A′] dirus OB diri Δ dari G 25 homines Γ] omnes Δ 26 *lege* consuerunt 28 latronibus N] laboribus

accusationibus inplicari, et carceri tradit, aut publicis ligat vinculis catenarum. Si vero nihil horum fuerit, miseros misera morte prosternit, patrimonium ac vitam pariter humiliat, vitia valitudines et acerba mortis discrimina cum misera calamitate decernit.

VII.

1 Haec tibi sunt omnia Mavorti decus nostrum, specialiter intimata, nec a nobis aliquid [de me] est praetermissum, quod [non] divini veteres et istius interpretes disciplinae prudentis sollertiae et docti sermonis studio protulerunt. Sed hoc quod frequenter diximus iisdem prudentiae tuae commonitionibus intimamus, ut omnem vim stellarum, mixturas omnium signorum, partium etiam efficacias pro locorum potestatibus conpares, nec ex unius stellae cursu totam
2 geniturae velis explicare substantiam, sed horoscopum cum XII locorum potestatibus iungas, stellas etiam cum stellis singulis conpares, et quaeras quae stellae cum horoscopo qua radiatione iungantur, et quatenus vires suas stellae et ipsae aut inpugnent aut erigan[tur], quas etiam formas singulis stellis signorum aut partium naturalis species attribuat, quid singulorum etiam locorum ac cardinum decernat auctoritas. Cum haec omnia sagaci fuerint inquisitione collecta, tunc inspecta geniturae substantia de singulis rebus prome sententias, sed has easdem moderata prius conparatione for-
3 matas. Ortus etiam et anaphoras signorum diligenter

8 de me *del.* v (temere **D**^{2} *recte?*) 9 non *del.* a | veteres ϰ] generis 10 solertiae ω *praeter* **N** 12 commotionibus *corr.* v 13 omnem (omnium **N**) stellarum mixturam vim omnium Δ 14 etiam **A**] et 15 per un. st. cursum totius velis geniturae Δ 17 locorum *om.* Δ 18 stella Γ 19 iungatur **O** 20 stellae **NA**^{a}v] stella | et *del.* ϰ | *del.* a 21 aut] vel **N**va 23 decernit *corr.* a 24 collecta **DG**] collata 25 sentias Δ 26 formatas **A**] formas **OB**^{b} formata Δ**G** 27 Ortus σ] sortes Γ sortis Δ

inspice. Nec enim semper ingressus Veneris locum Iuppiter decernit uxores, nec ingressus filiorum locum filios tribuet, sed illis haec reddit quibus uxores vel filios totius substantia genituræ decreverit. Nec semper Mars circumiens ex occasu horoscopum minacibus *fol. 66v I* radiationibus respicit, nec semper Saturnus ab horoscopi parte veniens gravia periculorum discrimina generali malitiae atrocitate decernit, sed quibuscunque ex totius geniturae substantia pericula decreta sunt, tunc ex signorum anaphoris *** provecti et effecti temporum domini omnium periculorum ordines exequuntur. Unde saepissime commonitione conventus 4 per singularum ⟨stellarum mixturas et⟩ partium potestates animum tuum divina institutione formatum sollerti coniectura debes instruere. Frequenter enim Iovis bonitatem mali signi mutat hospitium, et malitiam Saturni bonae partis hospitium salutare de- *fol. 66v II* bilitat. Nec debes ex malo loco sperare discrimen, cum hunc eundem locum salutare sidus aspexerit, et malivolarum stellarum minaces radii ex loci opportunitate franguntur. Sic omnia in genituris hominum locorum partium signorum stellarumque mixtura conponit. Quae si omnia aequata moderatione collegeris, omne fatum hominis verissimis poteris explicare sententiis.

Sed hoc explicato libro sermo noster ad sexti libri 5 principia transferatur. Illic enim omnes tibi stellarum

1 inspicias ζ *cl. I 278, 6 et de err. 29, 10* | locum ϰζ] locorum 2 Iovis Δ | locum **a**] illorum 3 tribuet filios Δ 4 totius ϰζ] potius | substantiae Γ | genitura ω *praeter* **N** | decernit Δ 5 circumveniens in occasu Δ 9 substantia *om.* Δ | *lege* pericla 10 *lac. stat.* ϰ | effectum Δ 12 commonitione conventus (*an* convictus?) ζ] commotione commixtos ω (commeans ϰ) 13 stellarum *add.* ζ, mixturas et *add.* **N** 14 formatur Δ 15 sollerti **AN**] solerti 16 bonitatem **BGv**] bonitates **A** -tate **O** -tas Δ 18 malo loco sperare **a**] malo locos pare Γ mali loci perte (parte **N**) iudicare Δ 19 aspexerit **a**] acceperit 26 ad *om.* Δ 27 omnes tibi Γ] omnium Δ

mixturas verissimis interpretationibus explicabo, ut explicato libro intentio nostra ad specialem interpretationem apotelesmatum transferatur.

3 Iulii Firmici Materni Iunioris VC Matheseos liber quintus explicit, incipit liber sextus feliciter *omnes fere* **Γ Δ**; *addunt* Liber quintus habet versus N quinque milia **A O**. *Quos versus si ponimus senas denas syllabas habuisse, tria fere milia versuum ie. plus quam dimidia pars libri interiit. Cf. praef.*

LIBER SEXTUS.

I.

Frequenter Mavorti decus nostrum de mixturis *fol. 67r I*
stellarum sermo noster admonuit, nihil tibi aliud in 1
omnibus sententiis, nihil in decretorum substantia nisi
efficaciam mixtae temperationis insinuans, praesertim
cum in genituris hominum aliud primi aliud secundi
cardines faciant. Primi enim cardines horoscopum 2
mediumque possident caelum, secundi cardines IMC.
occasumque suscipiunt, et ex quattuor istorum cardi-
num varia semper et contraria potestate *** sub-
stantia, et omnes stellae pro naturae suae potestatibus
aliud in primis constitutae decernunt cardinibus, aliud
in secundis. Sed et quintus et undecimus ab horo- 3
scopo locus, id est bonae fortunae ⟨et boni daemonis⟩,
[signa] a pigrorum locorum inerti humilitate dissen-
tiunt, nec cum pigris ac deiectis locis aliqua ra⟨dia⟩-
tionis societate ⟨iunguntur, sed horoscopo felici socie-
tate radiationis⟩ adsociantur. Tertiam vero decernendi
efficaciam nonus ac tertius locus ab horoscopo sorti-
untur, qui⟨a⟩ et haec loca horoscopo maximum con-
sortium societatis adiungit. Secundus vero et octavus 4
ab horoscopo locus ab omni horoscopi vinculo disso-

4 ammonuit *Δ* 5 nisi **GD**[2]] si **ABND**[1] (substantia requirendum si . . . insinuaris **a**) 9 caelum possident **AB** | IMC. *Γ*] imum *Δ* 10 et ex *Γ*] ut ex *Δ* 11 semper et *Γ*] semper ex *Δ* | cognoscitur omnis geniturae *suppl.* **a** *in lac. ad sensum recte.* 15 *suppl.* *κζ* 16 signata pigrorum **AB** *del.* *κ* | inherti *Δ* | dissentiens *Δ* dissentientes *Γ* *corr.* *ζ* 17 ratione *corr.* *κζ* 18 *add.* **N** 19 tertiam *κζ*] tertia **N** III **D** in *Γ* 20 locis *Δ* 21 qui *corr.* *κζ* | horoscopus *Δ* 23 dissolutus *Δ*

luto societatis consortio separantur. [Aoh. IX. BC
MCII. sive IMC. V., Aut XI. II. VIII. II. XII.] * * *
sextum et duodecimum ab horoscopo locum omnis ratio
societatis excludit, et caduca humilitate deiectionis in-
5 pugnat. Ex ista locorum varietate aut erigitur stel-
larum potestas aut decidit, sicuti praecedenti explica-
tione monstravimus; in tertio enim libro specialiter
conprehendimus quid in quo loco singulae stellae con-
6 stitutae decernant. Sed tu quibuscunque precibus in-
plora, ne quando sextum aut duodecimum ab horo-
scopo locum, secundum etiam aut octavum in decretis
hominum aut benivolarum aut malivolarum stellarum
cursus obtineat. Haec enim loca ab omnibus stellis
fol. 67r II inimicis semper radiationibus occupantur. Nam haec
7 loca quodcunque stellarum sidus insederit, aut boni-
tatis suae perdit salutare praesidium, aut si malignum
fuerit, fortius ad nocendum exasperata malitiae pote-
state firmatur. In his locis malivolae stellae cum
Luna positae omnia generaliter sine aliquo remedio
infortuniorum exitia decernunt, benivolae vero in
absconsis locorum quodammodo humilitatibus clausae,
8 potestatis suae perdunt salutare praesidium. Sed et
aliud in diurnis, aliud in nocturnis ⟨genituris⟩ ope-
ratur diversa stellarum mutabilisque condicio, et va-
rias habent decernendi potestates, cum fuerint trigonica
vel quadrata vel diametra sibi singulae stellae radia-

1 *Quae uncis inclusimus, videntur adnotatio marginalis fuisse, qua de decem iam locis supra actum esse nec plura quam VI. et XII. interpretanda restare explicaretur, quaeque male lecta et depravata in textum irrepsit.* Aoh — 3 duodecimum *om.* **N** *in spat. vac.* 3/4 *lin.* 2 *lac. stat.* ζ 3 sextus et duodecimus a. h. locus *corr.* κζ (locos **B**) | omni ratione s. excluditur **N** *et* a *quae et l. 4* impugnatur 6 decadit **BDG** 7 *III cap. II—VII* 8 quoque **a** 10 quando *Γ*] quomodo *Δ* | locum ab horoscopo *Δ* 11 secundum *Δ*] quartum *Γ* | aut oct. ζ] et oct. *Γ* oct. *Δ* 17 exasperata m. potestate firmatur ζ] exasperat m. potestatum (*sic* *Γ*: -tatem *Δ*) firmantur 18 ⟨Sed et⟩ in ζ 21 humilitatis *Δ***A** | clausae **a**] causa 23 diurnis et aliud **GDv** 23 *add.* σ

tione coniunctae. Hinc enim omnis mixturarum soci- 9
etas temperatur, hinc tota decretorum potestas inspi-
citur. In vicem sibi enim stellae pro natura sua vel
pro condicione semper oppositae, fata hominum aequa-
bili varietatis moderatione conponunt. Hanc tibi nunc 10
Mavorti decus nostrum mixturarum explicabo substan-
tiam, ut plenam tibi insinuem huius divinae prudentiae
disciplinam. Sed antequam ad explicationem mixtu-
rarum sermo noster accedat, pauca tibi de splendida-
rum stellarum dicam regiis potestatibus, ut huius libri
principia augustarum stellarum explicationibus ador-
nentur.

II.

[De claris signorum stellis.] Claras stellas et 1
augusta maiestatis radiatione fulgentes in signis om-
nibus invenimus, sed regales in quattuor, in Leone
scilicet in Scorpione in Aquario et in Tauro. Sed in
quibus partibus istarum augustum lumen invenias,
brevi oratione monstrabo. Quinta pars Leonis habet 2
stellam lucido splendore fulgentem. In hac stella si
crescens lumine Luna fuerit inventa, horoscopi aut
MC. partiliter possidens cardinem, regna et maxima
potestatis decernit imperia. Sed et Aquarii XX. pars 3
simili maiestatis splendore decoratur. Nam et in hac
stella id est in Aquarii parte XX. si fuerit Luna orta
plena luminibus, possideatque primos geniturae car-
dines, simili modo regalis potentiae et imperatoriae *fol. 67v I*

2 inficitur ϰ 3 enim stellae sibi invicem Δ | sua *om.* Δ 4 inaequabili ϰ 6 sententiam substantiam Δ 11 adornetur *corr.* **va** 14 *Lemma hoc et sequentia om.* Δ; *interdum* **N** *de suo alia addit velut hoc loco:* De quibusdam stellis fixis et earum efficacia singulari 17 scilicet et **DGva** 19 stellam habet Δ 20 si luna sit (sic **N**) cresc. lum. fuerit Δ 21 horoscopi **A**] horoscopum **N** (*abbrev. cet.*) 22 possidens **D** *in corr.*] praesidens *cet.* (*unde* praesid. cardini **a**) | regni **N** | maximae Δ **G** **A**[a] (maxima *et Patavinus*) 23 et — pars Γ] ex — parte Δ 25 Aquario Δ

dignitatis decernit insignia. Sed et XV. Tauri pars
et XXVII. et XXX. †Geminorum lumine pariter et
maiestatis ornantur. In XV. enim parte Tauri Luna
si fuerit inventa, potentissimarum * * * * * et affluentis
substantiae decernit augmenta, si primos geniturae
4 possederit cardines. In vigesima vero et septima
parte Tauri Luna si fuerit inventa, magnae dignitatis decernit insignia, et facit tales homines qui maximorum populorum vitam sua potestate sustentent,
donantes populo quicquid populari fuerit studio postulatum, magnifica et praeclara templis donaria consecrantes, ut ex istis perpetuis gloriae splendoribus hono-
5 rentur. Trigesima etiam pars sicut diximus Tauri
divino maiestatis micat lumine; et in hac enim parte
si Luna fuerit inventa, magnae potestatis insignia licentiamque decernit. Si vero in ista parte constituta
in primis cardinibus fuerit inventa, ducatus imperia
regnumque decernit, praesertim si eam lumine cres-
6 centi prospera Iuppiter radiatione respexerit. Tunc
enim potestatis suae licentia sublevati, et maris et
terrae dominia possidentes, et per mare et per terras
exercitum feliciter ducunt. Haec eadem etiam VII.
⟨pars⟩ in Scorpione perficiet. Ipsam enim partem si-
7 milis splendor maiestatis exornat. Sed in ista parte
Luna in primis cardinibus constituta cum praecedentibus dignitatis insignibus dirae crudelitatis et inmodici terroris decernit horrorem. Qui sic enim habue-

1 parte Δ 2 geminorum Γ (**A B** *Patav.*)] geniturarum Δ **G** *om.* **a** *deleta* et *sequenti; desiderat membrum respondens voci* maiestatis *velut* honorum ζ 3 ornatur Δ 4 potentissimarum Γ] potentissimae **D G** magnae dignitatis decernit insignia **N** *ex l. 7 illata; excidit velut* divitiarum σ administrationum licentiam tribuit ζ *cf. 78,12* 5 augmentum **B G** 7 magna **B G** 9 substentant Δ 10 fuerit popul. stud. Δ 12 istis *om.* Δ 14 partes Δ 18 crescenti lumine Δ **G** crescentem ζ 22 feliciter exercitum Δ 23 *add.* **a** | Scorpionis *commendat clausula; an scribendum* in VII. Scorpionis ⟨parte⟩ (*scil.* Luna constituta)? | praeficiet **G B** | partem etiam Δ 26 inmodici **A**] inmodice 27 terroris **A N**] terroribus | horrorem σ] honorem | habuerit Γ *praeter* **A**

rint Lunam, in maxima potestatis licentia constituti, contra omnes homines effrenatae cupiditatis ⟨ardore⟩ grassantur.

Haec tibi interim ex libris Myriogeneseos parva 8
collegimus, sed hoc explicato opere etiam illa promissa reddemus. Nunc mixturas stellarum omnes sicut promisimus intimamus, ut omni mixturarum temperatione conposita totum quicquid promisimus explicemus. De claris enim stellis omnium signorum in postremo libro id est in octavo et de decretis earum omnia tibi specialiter dicam.

III.

fol. 67^{v} II

[Saturnus et Iuppiter trigoni.] Omnes stellae 1
si se trigonica radiatione respexerint, sive benivolae sive malivolae stellae, prosperis mixturarum temperationibus conparantur, et malivolarum quidem ex ista radiatione mitigatur inprobitas, benivolarum vero salutaria beneficia convalescunt. Si itaque Saturnus Iovi 2
fuerit trigonica radiatione coniunctus, et pigra et deiecta loca vitaverit ista coniunctio, sint et ambo in his in quibus gaudent signis, vel unus eorum in domo sua constitutus alium trigonica radiatione respiciat,

Cum capitibus III—XXVII maiore ex parte consentiunt verba Anomymi de planetis quae ex codice Marciano Veneto 334 Krollius in Catalogi codicum astrologorum tomi II (Bruxellis 1900) p. 159—180 edidit, ubi idem de ratione quae est inter Anonymum et Firmicum egit. Cf. I. Heeg, Herm. 45, 315, qui et Anonymum et Firmicum ex Dorotheo Sidonio hausisse probavit. Locos parallelos in hac superiore apparatus parte adscribemus.

2 *add.* ζ *cf. de err. 19, 23. 28, 22 cum notis.* furore **a** (effrenata cupiditate **A**) 4 ex **N**] in 4 parva] pauca ζ 6 reddimus *corr.* ζ 9 *lib. VIII cap. VI sqq.* 12 De aspectibus stellarum quid significet *adscribit* **N**, *deinde l. 17:* Trigonum Saturni cum Iove *similiterque ceteris capitum III—XXVII locis, quibus nos lemmata a codicibus stirpis* **Γ** *exhibita addidimus* 14 stellae sive malivolae **Δ** | benivolae ⟨sint⟩ **a** | stellae *del.* **a** | ⟨horoscopus⟩ prosperis ... conparatur σ 19 vitaverit **D**[2]] vitiaverit **Γ** intraverit **Δ** 20 his **Γ**] ipsis **Δ**

sintque horoscopo partili radiatione sociati, infinitas copias cum magna felicitate decernunt, praesertim si unus de duobus id est aut Saturnus aut Iuppiter lu-
3 men Lunae crescentis exceperit. Tunc enim Saturnus infinitarum ⟨divitiarum⟩ ac magnarum possessionum dominia largitur, tunc sementes agros tunc pascua *** silvestresque decernit. Sacrarum etiam quarundam aedium publicos fabricatores efficiet, [et] ut ex ista fabricatione maximum meritum dignitatis accedat. Fiscalium etiam praestationum exactores aut sacrae faciet praepositos annonae, et in istis actibus maxi-
4 mam confert potentiae dignitatem. ⟨In⟩ infinitum etiam superiores paterna dignitate perficiet, sed pro mensura substantiaque geniturae aliis procurationum officia, aliis ex maximis hereditatibus commoda, aliis confert lucra ex alieno labore quaesita. Omnes hos tamen apud potentes et maximos viros incorrupta fidei insinuatione
5 conmendat. Si vero Saturno ac Iovi trigonica sicut diximus radiatione coniunctis aequabili Mercurius [ex ista] radiatione sociatur, sacrarum et inaccessarum religionum secreta conmittit, [it]aut magnarum civitatum vel regum facit officia tractare, et tales eos viros

2 *163, 35* *πολυκτημοσύνης ποιηταὶ* (5) *γῆς σπορίμης καὶ ἀμπελοφύτων καὶ θεμελίων καὶ οἴκων* ..., (14) *ἐπιτροπῆς δὲ καὶ κληρονομίας.* 18 *164, 4* *συγκρινόμενος δὲ τούτοις καὶ ὁ Ἑρμῆς* (21 ss.) *πολιτικὰς ἀρχὰς δίδωσι διὰ τὸ κοινωνικὸν* (20) *ἢ μυστικοὺς ποιήσει.* 22 *164, 7* *ἢ φορολόγοι βασιλέων γίνον-*

1 horoscopi *corr.* *ϰ* | partili **AB** partiliter **Gv** partibus *Δ* | infinitarum *Γ* (*unde* divitiarum *add.* a) 2 maxima *Δ* 5 *add.* *ζ*; *possis et* copiarum *vel* facultatum *supplere* 6 semente sacro *corr.* *σ* *cf. Cat. II 164, 1* *γῆς σπορίμης*, *unde conicias* sementes *adiectivum esse* 7 *lac. stat.* *ζ* (saltusque silvestres a) | silvestres qui *corr.* *σ* silvasque *Δ* (*fortasse rectius*) 8 *del.* **v** (ut eis *σζ*) 12 *add.* a 16 hos omnes *Δ* | apud *ϰ*] aut 17 fide *corr.* a (fides **N**) 19 del. a (et ipse *ζ*) 20 sociatum *Δ* 21 committit **AD**[2]] committat *cet.* *Γ* commutat *Δ* | ita ut *corr.* *ζ* (ita et **v**) 22 faciant *corr.* *ζ* (facient **D**) | eos *om.* *Γ*, viros *om.* *Δ* *probabilius*

efficit, ut illis reges omnia actus sui officia committant; frequenter etiam munus praeclarae legationis inponunt. Sed hi nimiis infortuniis ex filiorum casibus 6
fatigantur, et amittentes filios aut alienam sobolem nutrire coguntur, aut certe filios suos [si] post mul- *fol. 68r I*
tum temporis spatium recipiunt ab aliis educatos. Sed haec tunc efficiuntur si sine testimonio Martis fuerit diurna genitura. Si enim aut Mars istam mixtionem 7
minaci radiatione pulsaverit, aut sit nocturna genitura, haec quae diximus minuuntur omnia. Hoc amplius et reprehensionem invidiae et contrarietates * * *, et malae insinuationis latenti pulsat invidia, aut totum quicquid boni decretum fuerit, inimicum testimonium Martis inpugnat.

[S a t u r n u s e t M a r s t r i g o n i.] Si Saturnus Marti 8
fuerit trigonica radiatione coniunctus, et in oportunis geniturae locis ⟨sit⟩ ista sociatio, sintque ambo in his in quibus gaudent signis, vel in quibus gaudent partibus, vel in quibus exaltantur, nec illis Iovis aut Mercurii testimonium desit, facient lucra maxima et cottidiani quaestus incrementa decernunt. Facient etiam 9
tales homines quos in omnibus actibus prospere sequatur eventus, et qui ⟨in⟩ omni actu eriguntur li-

ται . . . (10) ἄλλοι πρέσβεις καὶ ὑπὲρ πατρίδος στέλλονται, πολλάκις δὲ (4) *καὶ ἀλλότρια τέκνα ἀνατρέφουσι.* 8 *164, 13 εἰ ὁ Ἄρης ἴδῃ . . .*, (11) *βασκανίας ἐγείρει καὶ διαβολὰς καὶ ζημίας.* 20—p. 74 l. 3 *165, 3 εὐπορίας καὶ εὐπραγίας καὶ ἀρχῆς ποιητικός.*

1 omnes Δ | actuum suorum a 2 imponit Δ inponant ς 3 nimis *corr.* a 5 *del.* a 7 haec *om.* Δ 8 aut *om.* Δ 9 sit Γ] si ΔG 11 *excidit fere* decernit ς 12 aut ΔG] ut Γ et κ 15 Saturnus et Mars fuerint trigona r. coniuncti Δ (*at* fuerit *et* coniunctus D) 17 *add.* a 21 decernit Δ | facient ΔA] faciunt 22 quo D qui N | actibus *om.* Δ | prosper v *quod etiam in Γ fuisse docet fortasse lectio* persequatur AB (sequantur N) 23 *add.* a | erigantur σς

centia potestatis, propriis laboribus maxima sibi conparantes dignitatis insignia, notos nobiles imperiosos et maximarum civitatum officia gubernantes. Sed isti maiorum fratrum mortes assidua ra[dia]tione [consequantur] conspiciunt.

10 [S a t u r n u s e t S o l t r i g o n i.] Si Saturnus Soli fuerit trigonica radiatione coniunctus, et sint ambo in oportunis genituae locis positi, et ab omnibus humilitatibus separati, sit etiam diurna genitura, vitae insignia assiduis promotionibus dignitatis cumulant, et maximae decernunt gloriae potestatem, et notitiam nobilitatemque conferunt, parentes etiam ipsorum simili facient incremento dignitatis ornari, praesertim si in masculinis signis constituti ista fuerint radiatione sociati. Si vero fuerit nocturna genitura, paternis facultatibus dissipatis patrimonium illis propria facient virtute conferri.

fol. 68r II [S a t u r n u s e t V e n u s t r i g o n i.] Si Saturnus fue-
11 rit Veneri trigonica radiatione coniunctus, et sint ambo in oportunis genituae locis positi, et ab omnibus deiectionum humilitatibus separati, facient vitam hominum mansueta moderatione perspicuam, et mores eorum ornamento pudicae bonaeque conversationis ex-

3 *165,6 πλὴν πρεσβυτέρων ἀδελφῶν ὁρῶσι τελευτήν.* 9—17 *165,31 συμβάλλεται εἰς βίον προκοπὴν καὶ κλέος καὶ ἐπισήμους ἀρχὰς καὶ μάλιστα ἐν ἀρρενικοῖς ζῳδίοις καὶ ἐν ἡμέρᾳ· ... καὶ τοῦ πατρὸς δὲ ὁ βίος ἔνδοξος. ἐν δὲ νυκτὶ εὐπορία μὲν καὶ οὕτως ἔσται, πλὴν οὐ φυλάττονται τὰ πατρικὰ κτήματα εἰς τέλος.* 21—p. 75 l. 5 *166, 17 εὐσταθεῖς μὲν καὶ σεμνοὺς καὶ περι-*

4 ratione v] radiatione | consequuntur **Δ** 5 conspiciant **Γ**] *om.* **Δ** *corr. et del. σ cl. Catal.* 6 fuerit Soli **Δ** 8 ⟨deiectionum⟩ humil. ζ 10 dign. promot. *vel* promotionum dignitatibus ζ | dignitatibus **Δ** 12 facient etiam **Γ** 13 ornari a] ornare **Γ** (exornare **A**) onari **D** onere **N** 16 faciet **Γ** facit **Δ** *corr.* a 19 sunt **Δ** 20 locis geniturae **Γ** 22 prospicuam **Δ** 23 pudicitiae **Δ** | bonaeque *om.* **Γ** | exornat **Γ**

ornant, et faciunt eos ab omni inpudicitiae inpuritate ⟨sepositos, sed et gratos pudicitia et puritate⟩ perspicuos, ut ex ista perspicuitate invidia illis †a satis ab inferioribus concitetur. Sed hos eosdem tarde faciunt nuptialibus affectibus copulari.

[Saturnus et Mercurius trigoni.] Si Saturnus 12
cum Mercurio fuerit trigonica radiatione coniunctus, et sint ambo in oportunis geniturae locis positi, et ab omnibus deiectionum humilitatibus separati, facient cordatos ingeniosos et ad omnia disciplinarum officia semper applicatos, sed mores eorum mature facient pondere gravitatis ornari, et tales reddunt quorum consilia vivacibus semper rationibus convalescant, sed actus aut ex rationibus dabunt, aut certe publicis conputationibus fiscalibusque praeponunt, aut regios scribas efficient, ut ex istis actibus magna illis conferantur subsidia facultatis. Sed illud meminisse nos convenit, quod sola Mercurii stella in XII. ab horoscopo loco gaudet constituta.

[Saturnus et Luna trigoni.] Si Saturnus Lunae 13
fuerit trigonica radiatione coniunctus, et sint ambo in oportunis geniturae locis positi, et ab omnibus deiectionum humilitatibus separati, et ⟨sit⟩ Luna plena luminibus, eos qui sic habuerint, regibus aut impera-

βλεπτικοὺς ποιεῖ καὶ (3) *ἐκ χειρόνων βλαπτομένους, πλὴν οὐ ταχυγάμους.* 9 *166, 30 νοήμονας ποιήσει καὶ συνετούς, στερεοὺς τὸν λογισμὸν καὶ πλαγίους·* (14) *αἱ δὲ πράξεις ἐκ λόγων ἢ γραμμάτων ἢ ψήφων ἢ ἐμπορίας, ἀφ' ὧν αὐτάρκης ἔσται καὶ ἱκανὸς ὁ βίος.* 24 *167, 18 γνωρίμους βασιλέων ποιεῖ καὶ ἐν-*

1 inpudicitiae ζ] pudicitiae ***Δ*** impudicae ***Γ*** (*at* inpudica **A**) | inpuritate **AD**[2]] impuritatis (-tatisque **N**) 2 *add.* **N** | supositos **N** *corr.* ζ grata eos **N** *corr.* σ *nisi mavis* gratae pudicitiae pur. 3 invidiae .. satis σ | illisa ***Γ***] illis **N** illis illisa **D** *Laur.* | a satis] adfatim ζ *nisi delendum* 5 affectibus *om.* ***Γ*** 11 semper *om.* **A** | applicitos ζ 13 efficacibus ϰ felicibus ζ *cf. 76, 21* 16 efficiet *corr.* **a** | ut **AB**] aut 19 constituta gaudet ***Γ*** 23 *add.* **a** *post* Luna *quod corr.* ζ 24 qui sic eos ζ

toribus aut potentibus viris prospera aut felici commendatione semper insinuant, et maxima ex ista coniunctione gloriae decernuntur insignia. Si vero fuerit Luna minuta luminibus, praedicta felicitatis incrementa minuuntur. 14 Sed et in Luna hoc meminisse debemus, quod sola in VIII. ab horoscopo loco in nocturna *fol. 68v I* genitura feliciter invenitur, praesertim si in hoc loco in quibus gaudet signis vel finibus fuerit plena luminibus. Tunc enim felicitatis tunc dignitatis insignia, tunc maxima subsidia facultatum, tunc dignitates, tunc principatum ex ista loci potestate decernit. Sed per diem in hoc loco constituta similiter haec eadem decernit, si Iuppiter in XI. ab horoscopo loco fuerit inventus.

IV.

1 [Iuppiter et Mars trigoni.] Si Iuppiter cum Marte fuerit trigonica radiatione coniunctus, et sint ambo in oportunis geniturae locis positi, et ab omnibus deiectionum humilitatibus separati, maxima dignitatis imperia, et magnam decernunt licentiae potestatem, et reddunt tales qui omnes actus felicissimis rationibus conpleant, et maximae etiam administrationis officia decernunt, et tales eos efficiunt ut illis crebri honores regiis iudiciis conferantur.

2 [Iuppiter et Sol trigoni.] Si Iuppiter cum Sole fuerit trigonica radiatione coniunctus, et sint ambo in oportunis geniturae locis positi, et ab omnibus deiec-

δόξους, εἴ γε μάλιστα αὐξιφωτεῖ ἡ Σελήνη· (4) *εἰ δὲ λειψιφωτεῖ, μετριότερα ἔσται τὰ εἰρημένα.* 19 *171, 2 ἀρχὰς δίδωσι καὶ τιμὰς παρ' ἡγεμόνων καὶ δραστικοὺς ποιεῖ.*

2 insinuat Δ 4 praedicta **A**] praedictae **B**D^2 *Patav.* praedictis **N**D^1**Gv** | felicitatis **A**] felicitatibus Δ**G** felicitatibus si **B** *Patav. et* **v** *quae* sic 5 et Γ] etiam Δ 11 Sed — decernit *om.* Γ 13 XI. Γ] XII. Δ 17 trigonica fuerit Δ 20 decernit *corr.* **v** 24 regiis **B**Δ] regis 27 positi Γ] constituti Δ

tionum humilitatibus separati, maxima decernunt nobilitatis augmenta, et affluentium divitiarum copiosa praesidia, magnae etiam gloriae largiuntur insignia, et facient maxima ex filiorum felicitatibus gaudia, et vitam claro semper ⟨splendore⟩ dignitatis exornant.

[Iuppiter et Venus trigoni.] Si Iuppiter et Ve- 3
nus fuerint trigonica radiatione coniuncti, et sint ambo in oportunis geniturae locis positi, et ab omnibus deiectionum humilitatibus separati, maximam decernunt gratiam venustatis, et omnibus bonis amabili illos conversatione semper adsociant, et fidum amorem circa illos uxorum semper indicunt. Sed augmenta patrimonii et dignitatis insignia aut amicorum illis aut uxorum praesidio conferuntur.

[Iuppiter et Mercurius trigoni.] Si Iuppiter *fol. 68v II*
et Mercurius fuerint trigonica radiatione coniuncti, et 4
sint ambo in oportunis geniturae locis positi, et ab omnibus deiectionum humilitatibus separati, facient ingeniosos cordatos acerrima ingenii potestate firmatos, et qui omnia negotia prosperis semper actibus exequantur. Facient etiam omnibus hominibus praeponi 5
magnificae ac potentissimae merito dignitatis, et tales eos perficiunt ut in omnibus actibus et laudentur sem-

1 *171, 17* *πλούτου καὶ δόξης καὶ γάμου καὶ τεκνώσεως καὶ βίου ἐμφανοῦς αἴτιον.* 9 *171, 27* *χαρίεντας ποθεινοὺς ποιεῖ, ἐκ γυναικῶν καὶ φίλων προκόπτοντας.* 18 *172, 5* *περινοηματικοὺς ποιεῖ καὶ λίαν συνετοὺς καὶ ἐμπράκτους καὶ σεβασμίους καὶ τῇ πόλει περιβοήτους, ὑπὸ πολλῶν τιμωμένους,*

1 decernit **Δ** 2 fluentium *corr.* **a** 3 praedia **Δ** 4 maxima **A**] maximae **BG** *Pat.* maximas **Δ** | felicitatibus **a**] felicitate **A** -tatis **BG** *Pat.* -tates **Δ** 5 vitam **A′**] vita | clara **A** | *add.* **ζ** (honore **a**) | dignitate **AB** | exornat **AB** *Pat.* 7 fuerint *post* coniuncti *pon.* **Γ** 10 veritatis *corr.* **κσ** | illos **κζ**] illis (*del.* **a**) 11 uxorum circa illos **Δ** 12 inducunt **AΔ** 14 conferuntur **AΔ**] conferentur 18 faciet **AGΔ** facit **B** *Pat.* *corr.* **v** 21 faciet **A** facit *cet., corr.* **ζ**

per et placeant. Facient etiam scribas publicis rationibus fiscalibusque praepositos, et publica officia sine aliqua reprehensione tractantes, necessitates regias suis dispositionibus ordinantes. Alios faciunt caelestium siderum secreta cognoscere.

6 [Iuppiter et Luna trigoni.] Si Iuppiter et Luna trigonica fuerint radiatione coniuncti, et sint ambo in oportunis geniturae locis positi, et ab omnibus deiectionum humilitatibus separati, sit etiam Luna plena luminibus, facient homines claros notitia nobilitatis ornatos, et bonae famae testimonium perhibent, sed
7 pro cetera geniturae substantia. Aliis potentissimarum administrationum licentiam tribuunt, alios exercitui praeponunt, aliis maximarum provinciarum iudicia committunt. Sed hos eosdem ex integra et incorrupta iudicatione nobilitant, ut fides eorum ornetur semper incorrupta licentia potestatis.

V.

1 [Mars et Sol trigoni.] Si Mars et Sol fuerint trigonica radiatione coniuncti, et sint ambo in oportunis geniturae locis positi, et ab omnibus deiectionum humilitatibus separati, maximae potestatis et maximae decernunt dignitatis insignia, praesertim si in nocturna genitura in dextro Martis Sol [a] latere fuerit con-

(1) *γραμματεῖς τε ἢ δημοσίους διοικήσεις πιστευομένους ἐκ βασιλέων καὶ ταῖς πράξεσιν ἀμέμπτους.* (4) *ἄλλοι δ' αἰθερίων ἄστρων ἐπιίστορές εἰσιν.* 10 *172, 22 εὐκλεεῖς καὶ ἔμφρονας.* (12) *οἱ μὲν ἡγεμόνες ἔσονται ἢ κριταί ... οἱ δὲ στρατιῶται ἔνοπλοι.* 22 *174, 25 ἀρχοντικοὺς ποιεῖ· ἀλλὰ βελτίων ἡ ἀρχὴ ἔσται, εἴπερ ἐν νυκτερινῇ γενέσει τὸ μὲν δεξιὸν ὁ Ἥλιος ἔχει, τὸ δὲ ἀριστε-*

1 perficient *Δ* 4 faciunt alios *Δ* 9 etiam ***Γ***] enim *Δ* 10 facient etiam *Δ* 12 potentissimarum civitatum administrationes·tribuit *Δ* tribuit *et* **BG** *corr.* **A′** 22 maximae *sec.* σ] maxima 23 in dextro in ***Γ*** *praeter* **A**; *an* a dextro? σ *del.* **v**

stitutus. Tunc enim gloriosae licentiae potestates, tunc
honorum decernuntur imperia. Si vero his sic con- *fol. 69^{r} I*
stitutis ex alio trigoni latere hos eosdem Iuppiter 2
prospera radiatione respexerit, in primis geniturae car-
dinibus constitutus, et ex bono loco his omnibus Lu-
nae radius accesserit, tunc maximas administrationes
exercitusque committunt, et infinita dignitatis insignia
cum maximae licentiae potestate decernunt. Sed haec
erunt fortiora, si Mars et Sol et Iuppiter in mascu-
linis signis fuerint constituti.

[Mars et Venus trigoni.] Si Mars et Venus tri- 3
gonica fuerint radiatione coniuncti, et sint ambo in
oportunis geniturae locis positi, et ab omnibus deiec-
tionum humilitatibus separati, quottidiana lucra ex
assidua quaestuum continuatione decernunt, et prosperi
matrimonii nuptias ex ista coniunctionis societate per-
ficiunt, et erunt tales qui se semper grata honestate
conponant, superbo potentiae spiritu sublevati, et plu-
rima matrimonia sectantes haec eadem facillimis ratio-
nibus consequantur.

[Mars et Mercurius trigoni.] Si Mars et Mer- 4
curius trigonica fuerint radiatione coniuncti, et sint
ambo in oportunis geniturae locis positi, et ab om-
nibus deiectionum humilitatibus separati, faciunt sa-
pientes et ab omnibus actibus prosperis consiliorum
rationibus ⟨se⟩ explicantes, et quos in omni negotio-

ρὸν ὁ Ἄρης· .. τότε ... κρατεροὺς δυνάστας ποιεῖ. εἰ δὲ πρὸς τούτοις καὶ ὁ Ζεύς ἐστι τρίγωνος αὐτοῦ καὶ ἐπίκεντρος τῆς Σελήνης ἐν τόπῳ καλῷ οὔσης, τότε καὶ ζωῆς καὶ θανάτου γίνονται κύριοι 14—20 *175, 1 εὐπορίαν καὶ λέχος εὔνυμφον δίδωσι. φιλόκοσμον ποιεῖ καὶ μεγαλόφρονας καὶ πολλῶν γυναικῶν λέχη θηρῶντας.* 24 *175, 14 ἐμπράκτους καὶ συνετοὺς καὶ*

2 his **Γ**] in iis **Δ** 3 ex **Δ G**] et **Γ** | trigoni **N**] trigono 5 et ex **N**] et **Γ** ex **D** | bono loco ⟨collocatae⟩ σ 8 maxima σ 14 cotidiana **Δ** 19 ⟨et qui⟩ haec κ 21 Mars cum Mercurio trigona fuerit r. coniunctus **Δ** 26 *add.* σ *(possis etiam alibi)*

rum conversatione prospere semper sequatur eventus, et qui omnium necessitatum angustias consiliorum suorum possint auctoritatibus mitigare, acutos efficaces rationum conputationumque aut litterarum officia tractantes.

5 [Mars et Luna trigoni.] Si Mars et Luna fuerint trigonica radiatione coniuncti, et sint ambo in oportunis geniturae locis positi, et ab omnibus deiectionum humilitatibus separati, et sit Luna minuta luminibus, sit etiam nocturna genitura, omnia felicitatis fol. 69r II ornamenta decernunt, et in omnibus actibus prosperos exitus assiduis felicitatibus largiuntur. Faciunt etiam ut omnia quae desiderent facillimis rationibus conse-
6 quantur. Quodsi hanc Martis Lunaeque mixturam testimonii sui Iuppiter radiatione respexerit, maximos honores et maximae decernunt dignitatis imperia, gloriam quoque ⟨et⟩ magnae largiuntur licentiam potestatis. Si vero fuerit Luna plena luminibus, corpus assidua aegritudinum continuatione debilitant.

VI.

[Sol et Luna trigoni.] Si Sol et Luna trigonica fuerint radiatione coniuncti, et sint ambo in oportunis geniturae locis positi, et ab omnibus deiectionum hu-

ἐν βουλαῖς ἐπιτευκτικούς, τοῖς τε ἔργοις ὀξεῖς· (3) *οὗτοι δὲ καὶ ἐκ γραμμάτων καὶ παιδείας καὶ λόγου τὸν βίον αὔξουσιν.*
9 *175, 26 ἐμπράκτους ῥᾳδίως περιγινομένους ὧν ἐθέλουσι πράξεων·* (13) *εἰ δ' ἔτι καὶ ὁ Ζεὺς ὁρᾷ, ἀρχικοὺς ἐνδόξους καὶ λίαν ἰσχυρούς· ἐν ἡμέρᾳ δὲ αὐξιφωτοῦσα τῷ τε βίῳ καὶ τῷ σώματι χαλεπή.*

1 prosper **A** | sequatur v] persequatur ***Γ*** sequantur ***Δ*** 3 mitigari *corr.* **a** 6 trigona fuerint ***Δ*** 9 sit ***Δ***] si ***Γ*** 10 sit *om.* ***Γ*** 16 imperia] insignia *σ* 17 *add.* **D**[2] 18 vero ***Γ***] non ***Δ*** 21 *sqq.: ne quis lector stellarum cursuum minus gnarus capita quaedam hoc loco excidisse (cum librario codicis Laur. 29, 31) putet, monemus nec Solem cum Venere Mercuriove neque eosdem inter se unquam posse trigonica radiatione coniungi id est CXX partibus inter se distare.*

militatibus separati, et †coniuncta contingat eos sic prospera radiatione coniunctos esse, sed felicitatis per hos decernuntur insignia, si aliorum oportuno fuerint testimonio societatis ornati, aut deficientis Lunae lumen * * * * * crescentis excipiat.

VII.

[Luna et Venus trigonae.] Si Luna et Venus *fol. 69ᵛ I*
trigonica fuerint radiatione coniunctae, et sint ambae 1
in oportunis geniturae locis positae, et ab omnibus deiectionum humilitatibus separatae, et sit Luna minuta luminibus, sit etiam nocturna genitura, altissimae per ipsas felicitatis decernuntur insignia. Tunc actus, 2
tunc gloria ex ista coniunctionis societate decernitur, tunc circa filios maternus crescit affectus, tunc matrimonia incorrupta pudicitiae fides servat, tunc * * * filiorum caritati amabili gratia semper insinuant, tunc fratres diliguntur fido affectu, tunc gratiae venustatis, tunc laetitiae felicitatis, tunc gloriosa traditur potentiae disciplina.

VIII.

[Luna et Mercurius trigoni.] Si Luna Mercurio 1
trigonica fuerit radiatione coniuncta, et sint ambo in oportunis geniturae locis positi, et ab omnibus deiec-

1 *176, 28 δεξιὸν μὲν τὸ σχῆμα· ὅμως πρὸς τὰς μαρτυρίας τῶν ἀστέρων δεῖ ἀποβλέπειν.*

1 et *et* contingat *et* sic *om.* **Γ**; *videtur genuina lectio* contingat *in* coniuncta *depravata esse, quod recepit* **Γ**, *cum utrumque* **Δ** *servaverit; ceterum de loco misere mutilato desperandum nec adiuvat Catal. (v. supra); temere novavit* **a** 2 felicitates **Δ** 3 fuerint oportuno **Δ** 4 aut **ϰ**] ut | deficientis] horoscopus *e. g.* **ϰ** 5 *lac. stat.* **ζ** 6 *capiti VII. caput VIII. anteponit* **Γ**(v) 7 trigonae **A**] trigoni *cf. 112, 23* 8 ambo **Δ** 10 minuta **Γ**] plena **D** vel minuta vel plena **N** 12 decernuntur **Γ** 15 *excidit velut* parentes **σ** 16 caritate *corr.* **ϰ** 17 fido dilig. **ζ** 18 gloriosae **ζ**

tionum humilitatibus separati, omnia pro signorum varietate decernunt. Aliis enim facundae orationis adsignat ornatum, aliis ex ista ⟨coniunctione⟩ praeclararum artium decernuntur insignia, aliis dulcem musicae sonum tradunt, alios pictores efficiunt, sed tales quorum
2 artes praeclara nobilitas semper insinuet. Aliis decernunt armorum potestates, aliis tradunt athleticae disciplinam, alios dulci modulatione cantantes popularibus deputant voluptatibus. Sed hos omnes populorum iudicio fideli conmendatione semper insinuant. Alios faciunt negotiationum officia saepe tractantes. Sed haec omnia pro ceterarum stellarum testimoniis et pro locorum ac signorum explicant viribus.

3 Quae sint autem dextra trigona quae quadrata in secundo libro manifeste explicatum est.

IX.

1 Nunc tibi quadratae radiationis explicabo decreta, quae societas forti ac minaci semper radiatione conponitur. Ex ista enim coniunctione malivolarum stellarum virtus augetur, et benivolarum praesidia interdum victa *** minax radiatio, quae cum diametra radiatione in malis perpetrandis [ac] pari semper potestate grassatur.

2 [Saturnus et Iuppiter quadrati.] Si Iuppiter et Saturnus quadrata fuerint radiatione coniuncti, et sit superior Saturnus, dextri quadrati superiorem pos-

24 *164, 17* *Τετράγωνος δὲ ὢν ὁ Ζεὺς τῷ Κρόνῳ, εἰ μὲν ὁ Κρόνος καθυπερτερεῖ ἤτοι δεξιός ἐστιν,*

2 enim a] etiam | rationis *Γ* 3 ornatum *om.* *Γ* | *add.* *ζ* | praeclara *vel* praeclarum *Γ* 7 athleticae D[2] *Laur.*] ac laetitiae *i. e.* achleticae, *cf. Buecheler ad anthol. ep. 583* 8 captantes *Δ* 9 fid. commend. popul. iud. *Δ* 11 saepe *om.* *Γ* 15 *cf. I 69, 18* 20 victa interdum *Δ* 21 victa ⟨debilitat⟩ *vel* vincit *e. g.* *σ* *nisi plura exciderunt* | minaci radiatione v (minaci *ét* D[2]) 22 perpetrandae *corr.* a | *del.* a 26 Saturni *Δ* | quadrati et *Γ* | possidens *ζ*] possidet A pos-

sidens partem, Iuppiter vero in sinistro quadrato factus videatur inferior, et vitae discrimina decernunt, et patrimonii substantiam minuunt, et omnia eorum consilia in pravum vertunt, actus inpediunt, et mentes eorum variis animi dissensionibus conturbant, et patres vario genere calamitatis inpugnant, paternam etiam substantiam variis lacerationibus dissipant. Si 3 vero Iuppiter superior effectus et dextrum possidens latus Saturnum in sinistro quadrato positum respexerit, praecedentium calamitatum infortunia mitigantur, et parentes aliquo gloriae et laudis splendore nobilitantur, et pro mensura geniturae cottidiana lucrorum illis [in]commoda conferuntur.

[Saturnus et Mars quadrati.] Si Saturnus et *fol. 69v II* Mars quadrata fuerint radiatione coniuncti, et sit Sa- 4 turnus superior effectus, ac dextrum quadratum possidens [locum] in sinistro quadrato Martem positum minaci radiatione respexerit, omnes actus ex ista coniunctione inefficaci studio semper inpediunt, et faciunt ab omni negotiorum officio semper frigido torpore mentis alienos. Aegritudines etiam diverso genere 5

(3) *ἐλαττοῦται τὰ κτήματα· ἐπικρατέστερος γὰρ εὑρίσκεται ὁ κακοποιὸς διὰ τὴν καθυπερτέρησιν· ὅθεν καὶ ὀγκωτικός (ἐγκοπτικὸς κ ex Firmici* actus impediunt) *ἐστιν τῶν πραγμάτων καὶ ἐναντιοβουλίας ποιεῖ· καὶ τὸν πατέρα δὲ κακοῖ καὶ τὰ πατρικὰ φθείρει· ... εἰ δὲ ὁ τοῦ Διὸς τὸν Κρόνον καθυπερτερεῖ, ἥττων ἡ κάκωσις· ἴσα (δίδωσι ? κ) γάρ τινα τῷ πατρὶ εὔκλειαν καὶ τῷ παιδὶ τοῦ χρόνου προϊόντος βίον προκοπὴν μερικήν.* 18 *165, 11 τῷ τε σώματι φρικαλέους ποιεῖ καὶ πυρέτ-*

sident **BGN** *Patav.* possideat **D** (et si superior Sat. ... possederit *σ*) || 2 videtur ***Γ*** 4 inparuum *vel* imparium ***Δ*** | vertunt **A**] vel tunc *cet.* convertunt *σ* | mentes et ***Δ*** 5 turbant *ζ* (*cf.* 4 *coniecturam σ*) | patres] parentes **N** pares **A** 7 dissipat ***Δ*** 9 Saturnus in sinistro in ***Δ*** 10 praecedentia ***Δ*** 11 nobilitant **GN** *clausulae aptius.* 13 *corr.* **D**[2] | conferantur (defer- ***Δ***) *corr.* **v** (ut *pro* et *l.* 12 *σ*) 15 sit *om.* ***Δ*** 17 *del.* **a** 20 studio officio ***Δ*** | semper *om.* ***Γ*** | corpore *corr.* **v** (*utrum* c *an* t *exhibeat* **A** *incertum*) 21 mentis ***Γ***] meritis ***Δ***

semper indicunt, ut mixtum caloribus frigus corpus
eorum horrida continuatione concutiat. Sed et pa-
ternae substantiae facultates dilapidat ista coniunctio,
⟨et⟩ fratrum mortes gravi infortuniorum casu semper
6 ostendunt. Si vero Mars superior effectus et dextrum
possidens latus Saturnum in inferiori loco constitutum
quadrata radiatione respexerit, matri ex ista coniunc-
tione citum mortis praeparatur exitium. Sed istos ad
omnes actus prosperi conatus efficax studium semper
7 adducit, omni labe prioris malitiae sopita. Sed nihilo
minus paterna substantia etiam ex ista coniunctione
dispergitur. Sed et ipsi assidua damnorum continua-
tione quatiuntur, et semper illis domesticorum homi-
num inprobitas malignum infamiae vulnus infligit.
8 [Saturnus et Sol quadrati.] Si Saturnus et Sol
quadrata fuerint radiatione coniuncti, et Saturnus dex-
tri quadrati superiorem possidens partem in sinistro
quadrato Solem positum minaci radiatione respexerit,
praecedentis honoris insignia debilitat ista coniunctio,
et iacturam dignitatis cum acerbo detrimento honoris
indicit, et corpus eorum assidua nervorum contractione
9 deformat. Sed et parentes eorum hac eadem infortu-

τοντας καὶ πυκνῶς νοσοῦντας, ἀπράκτους δέ, καὶ (1) *τὰ πατρικὰ κτήματα ἀφανίζει· θάπτουσι δὲ καὶ τὰς ἑαυτῶν γυναῖκας. τοῦ δὲ Ἄρεως τὸν Κρόνον καθυπερτεροῦντος πρὸ τῆς μητρὸς τελευτᾷ ὁ πατήρ. περὶ δὲ τὰς βιωτικὰς πράξεις ἐνεργές ἐστιν τὸ τοιοῦτον σχῆμα· τὰ μέντοι πατρικὰ κτήματα καὶ οὕτως ὄλλυνται·* (12) *οἱ τοιοῦτοι δὲ καὶ ἐξ οἰκείων φθονοῦνται.*
19 *166, 2 περὶ τὸν πατέρα ἔκπτωσις βίου ἔσται ἢ σπασμός, προτελευτὴ δὲ καὶ πρὸ τῆς μητρός· περὶ δὲ τὴν γέννησιν ἤτοι τὸν τεχθέντα σφάλματα ἐν τῷ βίῳ καὶ ὕβρεις παρὰ πολλῶν·*

3 coniunctione *corr.* a 4 *add.* a (ac) | casus *Γ* 5 ostendit a 6 in *om.* NBG *Patav.* 8 paratur exitum *Δ* 9 prosperi *κσ*] prospere A prospera *cet.* 10 omni A] omnia | sopita A] sospitas *cet.* *Γ* sopitas *vel* sapitas *Δ* | Sed N] et 12 dispargitur BG | et *om.* *Δ* 13 hominum *ς cl. 85, 10*] rumores *Γ* rumorum dolores N dolores D 16 dextro *corr.* a 17 possid. part. sup. *Δ* 20 honoris *σ*] generis 22 hac eadem A] haec eadem

niorum labe constringit, facit etiam hos eosdem patres ante perire quam matres. Sed et ipsos facit vario peccatorum genere semper errare, et †nocivola conversationis decernit exitia, et graves aegritudines ex acerbo humorum frigore semper indicit, patrimonium etiam et omnes actus et excidit pariter et frangit. Si 10 vero Sol superior effectus et dextrum possidens latus Saturnum in inferiori loco constitutum quadrata ra- *fol. 70r I* diatione respexerit, paternam substantiam dispergit ista coniunctio, et graves domesticorum hominum inimicitias semper indicit, et omnem impetum mentis, sed et omnes actus vario †indigens genere [semper inpugnat, et omnes actus] obscura cogitatione semper inpugnat. Sed et consilia numquam prosperos habere patitur effectus, et in prima aetate acerba et crebra aegritudinum indicit incommoda, et corpus fatigatum multiplici aegritudinum continuatione debilitat.

[Saturnus et Venus quadrati.] Si Saturnus et 11 Venus quadrata fuerint radiatione coniuncti, et dextri quadrati Saturnus superiorem possidens partem in sinistro quadrato Venerem positam minaci radiatione respexerit, ista coniunctio dilapidato patrimonio grave onus mendicitatis indicit, et a feminis acerbarum ca-

(4) *τῷ δε σώματι νόσους ἐπάγει ἐκ φρίκης καὶ πυρετοὺς ... περικόπτονται δὲ καὶ ἐν αἷς ἐπιβάλλονται πράξεσι. τοῦ δὲ Ἡλίου τὸν Κρόνον καθυπερτεροῦντος* (9) *τὰ πατρικὰ σκεδάννυνται, καὶ ἐχθροὶ πρὸς τοὺς οἰκείους ἔσονται· αἱ δὲ τοῦ νοῦ ὁρμαὶ καὶ αἱ πράξεις ἀμαυροῦνται καὶ αἱ βουλαὶ ἐκκόπτονται, νόσοι δὲ ἄλλοτε ἄλλαι καὶ κακοπάθειαι σωματικαὶ ἐν τῇ πρώτῃ ἡλικίᾳ.* 22 *166, 20 βίου ἐκπτώσεις βλάβας καὶ λύπας ἐκ θηλυκῶν προσώπων.*

1 labes *Δ* | hos eosdem patres *καθ' ὅλον καὶ κατὰ μέρος?* (hos eosdem *del.* σ) | eosdem *om.* *Δ* 2 facit *om.* *Γ* (*praeter* G) 3 errasse *Δ* | nocivolis conversationi *Γ* nocivae κ 6 excidit] indicit σ, *cf. 86, 18* 8 Saturnus inferiori l. constituens *Δ* 12 indigens] indignationis a malitiae κ in dies σ | *del.* ξ (et omnes — inpugnat *om.* **N**a) 14 patitur habere effectus *Δ* 20 superiorem *om.* *Δ* 22 coniunctione *corr.* v 23 indicitur *Δ*

lamitatum indicit semper exitia, nec aliquam largitur
gratiam venustatis, et numquam cupiditates eorum
12 prosperos habere patietur effectus. Si vero Venus su-
perior effecta et dextrum possidens latus Saturnum
in inferiori loco constitutum quadrata radiatione re-
spexerit, ista coniunctio honestis ac pudicis moribus
largitur uxores, sed quae sibi in domo omnem domi-
nandi vendicent potestatem, maritos fido et incorrupto
diligentes affectu, ut invicem sibi amborum gratia con-
iugalis adsociet, sed qui amorem suum ambo cum
quadam conentur dissimulatione celare.
13 [Saturnus et Mercurius quadrati.] Si Saturnus
et Mercurius quadrata fuerint radiatione coniuncti, et
dextri quadrati Saturnus superiorem possidens partem
in sinistro quadrato Mercurium positum minaci radia-
tione respexerit, a primo natalis die exilia decernit
ista coniunctio, et omnes animi cogitationes et omnes
consiliorum ordines et indicit pariter et inpugnat, et
omnes actus frigido torpore semper insequitur. Facit
etiam alienis semper potestatibus subiacere, in actibus
omnibus secunda negotiorum ministeria tractantes, sed
14 ipsis maximas invidiae tempestates indicit. Aliorum

(1) *οἱ τοιοῦτοι καὶ χαρίτων ἄμοιροι καὶ ἀτυχεῖς ἐν ταῖς πράξεσι. τῆς δὲ Ἀφροδίτης τὸν Κρόνον καθυπερτερούσης* (6) *αἱ μὲν γυναῖκες, ἃς λήψονται, ἄψεκτοι ἔσονται, αὐστηρὸν δὲ καὶ ἀρχικὸν ἦθος* (*sic* κ, *ἧττον cod.*) *ἔχουσαι, στέργουσαι δὲ τὰ περὶ τὸν ἄνδρα καὶ εὔνοιαν διασώζουσαι περὶ αὐτόν. κρυφίως δὲ τὸν †πόθ(ον) ἐπαλλήλοις ἔσονται.* 16 *166, 34 κατ' ἐξοχὴν ἐναντίος* (18) *τὰς μὲν βουλὰς ἐκκόπτει, ψύξεις δὲ †τὰς πράξεις* (*scr. ταῖς πράξεσιν potius quam* ⟨*ἐπὶ*⟩ *τὰς πράξεις* κ) *ἐπάγει· αὐτοὺς δ' ἑτέροις προσώποις ὑποτεταγμένους, βασκάνους δὲ σημαίνει.*

3 patiuntur **Γ** 5 in *om.* **DG** | inferiore **Δ** | loco *om.* **Δ** 7 sibi κσ] ibi 8 vendicent **AD**] vindicent **N** vel dicent **GB** *Patav.* 10 ambo *om.* **Δ** 11 conentur **Bv**] convertunt **AGΔ** 16 natalis *cf. ad I 32, 28* 17 et *sec. add.* **Gv** 18 et *prius add.* **ΔG** (et indicit *del.* **a**) incidit κ 19 corpore *corr.* **a** (*de* **A** *incertum ut 83, 20*) 21 omnes *corr.* ζ | misteria *vel* mixteria **Δ** 22 potestates **NB**

obligata lingua balbum sonum vocis efficiet, alios ob- *fol. 70r 1* tusis auribus efficit surdos, et perseverant haec vitia, nisi praecedens malum testimonio Martis fuerit mitigatum. Si vero Mercurius superior effectus et dextrum possidens latus Saturnum in inferiori loco constitutum quadrata radiatione respexerit, nihil quidem boni nec ex ista coniunctionis societate decernitur, sed quantulumcunque praecedentium infortuniorum mitigatur inprobitas.

[Saturnus et Luna quadrati.] Si Saturnus et 15 Luna quadrata fuerint radiatione coniuncti, et ⟨dextri⟩ quadrati Saturnus superiorem possidens partem in sinistro quadrato Lunam positam minaci radiatione respexerit, malitiosis humoribus fatigari corpus faciet ista coniunctio, et ⟨ab⟩ omnibus actibus pigris animi faciet torporibus separatos, et tales reddit qui ad nullos actus aliquando audere possint. Sed et maternam substantiam ista coniunctio miseris semper lacerationibus dissipat, aut contra matres filios facit paricidalia inimicitiarum suscipere certamina. Si vero 16 Luna superior effecta et dextrum possidens latus Saturnum in inferiori loco constitutum quadrata radiatione respexerit, matrem ista coniunctio misera morte

(1) *καί τινες τραυλοὶ ἔσονται ἢ μογιλάλοι καὶ ψελλίζοντες ἢ βρυχιῶντες ἢ κωφοί.* (3) *τοῦ δὲ Ἑρμοῦ τὸν Κρόνον καθυπερτεροῦντος* (6) *οὐκ ἀγαθὸν μὲν τὸ σχῆμα· ὅμως ἧττων ἡ κάκωσις.* 10 *In Catalogo 167, 21 καθυπερτερίαι invertuntur.* (14) *26 ῥεύματα κινεῖ.* (16) *27 καὶ ἀπραξίας αἴτιον τὸ σχῆμα.* (17) *25 τὰ μητρικὰ κτήματα ἀφανίζει . . . καὶ οἱ παῖδες ἐχθροὶ ταῖς μητράσιν ἔσονται.* 23 *21 ἡ μὲν μήτηρ κακοθάνατος,*

3 praecedens **A**] procedens | malo *corr.* ς | mitigata *corr.* ς 5 in *om.* Δ G | inferiore Δ G 7 nec *om.* Γ 8 in quantum cuique *corr.* κ 11 *add.* N 12 Saturni Δ 15 *add.* a 16 corporibus *corr.* a | ad] *cf. ad I 132, 1; Iul. Val. p. 95, 21 K.* 19 dissipata ut B *Patav.* dissipat ut *cet., corr.* D² (et ς *cl. Catal.*) 20 parricidalia **AD** 21 et *om.* Γ 22 in *om.* Δ 23 matrem *om.* Γ

prosternit, et ipsum acerba periculorum continuatione circumvenit, et ex malignis humoribus gravia aegritudinis indicit exitia, et variis errorum efficiet infortuniis fatigari, et matrimonii et honoris damna et iacturam semper indicit. Sed et si[cut] aliarum stellarum praesidio nuptiae decretae fuerint, ista coniunctio uxoris animum acerba odiorum dissensione exasperat. Sed et omnibus amicorum et filiorum etiam facit praesidiis destitutos.

X.

1 [Iuppiter et Mars quadrati.] Si Iuppiter et Mars quadrata fuerint radiatione coniuncti, et dextri quadrati Iuppiter superiorem possidens partem in sinistro quadrato Martem constitutum minaci radiatione respexerit, ista coniunctio maximae gloriae decernit insignia, et hos eosdem bona conmendatione semper
2 insinuat, et gloriosa honorum decernit insignia. Alios
fol. 70v I militaribus faciet officiis inplicari, alios regalibus deputat domibus, et nobilium ac publicorum actuum decernit officia. Facit istis negotiorum officiis sublevari, ut haec negotia cum maximo consequantur dignitatis

(1) *περὶ δὲ τὸν τεχθέντα πυκναὶ νόσοι καὶ μάλιστα ἐκ ῥευμάτων,* ... (5) *εἰ δὲ ἄλλως εἵμαρται καὶ γάμος τῇ γενέσει, οὐκ εὐνοϊκῶς ἕξει πρὸς τοῦτον ἡ γυνή· σφαλερὸν τὸ σχῆμα περὶ τὰ τέκνα.* 15 *171, 4* *δόξης, συστάσεως, εὐκλείας καὶ τιμῆς αἴτιος·* (18) *οἱ μὲν ἐν βασιλείοις αὐλαῖς ἀναστρέφονται,* (17) *οἱ δὲ ἐν στρατείαις εἰσίν,* (19) *οἱ δὲ τὰ δημόσια πράττοντες.*

2 et ex ϰ] et A′ ex *cet.* | gravi **Γ** | grave ... exitium σ | aegritudinis **N**] aegritudine 3 efficiet **Δ**] effici et **Γ** (efficit et **A**) 5 *del.* ϰ ζ 6 nuptae *corr.* ϰ ζ | decretae **A**] decreta | fuerit **Δ** 7 acerba od. dissensione **AΔ**] acerbas od. -ones *cet.* **Γ** 8 omnes *corr.* ζ | etiam *om.* **Δ** 9 et destitutos **Δ** 13 presidens partiliter **Δ** 14 Martis positum **Δ** 15 maxima **Δ** 17 et alios **Δ** 18 implicari **a**] publicari 19 nobiliorum **Γ** | publicarum **Δ** 21 consequatur **Γ**

augmento. Sed hi nunquam poterunt bene servare
paternae substantiae facultatem. Sed ex filiorum ca-
sibus ista coniunctio assiduos dolores semper indicit,
aut certe filios tarde suscipi faciet. Si vero Mars su- 3
perior effectus et dextrum possidens latus Iovem in
inferiori loco ⟨constitutum⟩ quadrata radiatione re-
spexerit, ista coniunctio † incensum omnem impetum
mentis exacuit, et faciet ⟨in⟩ omni vita vario errore
peccare, et sine causa homines cogit magni laboris
sustinere semper incommoda. Sed iste labor aut ex
publicis aut ex regiis actibus conparatur, et hoc am-
plius malarum insinuationum et acerbarum accusatio-
num pericula ex infesto inimicorum decernit ardore.
[Iuppiter et Sol quadrati.] Si Iuppiter et Sol 4
quadrata fuerint radiatione coniuncti, et dextri qua-
drati Iuppiter superiorem possidens partem in sinistro
quadrato Solem positum minaci radiatione respexerit,
et proprio et paterno merito ista coniunctio decernit
dignitatis insignia, sed et bonorum ac magnorum ho-
norum incrementa promotionesque largitur, et bono
conmendationum testimonio semper insinuat, et multi
illi dignitatis merito subiacebunt. Si vero Sol supe- 5

(1) *τῶν δὲ πατρικῶν κτημάτων καὶ τοῦ βίου οὐκ ἀγαθὸς φύλαξ. λυπεῖ δὲ καὶ εἰς τέκνα· ἢ γὰρ ἀτεκνίαν ἢ ὀλιγοτεκνίαν ποιεῖ. Ἄρης δὲ τὸν Δία καθυπερτερῶν † ὀξυλάτους (ὀξυτάτους κ) ταῖς ὁρμαῖς καὶ τῷ βίῳ σφαλλομένους καὶ ματαιοπονοῦντας ἐν βασιλικαῖς ὑπηρεσίαις καὶ πράξεσιν ἢ ἐν δημοσίαις, ἀφ' ὧν διαβολαὶ καὶ κατηγορίαι ἐγείρονται.* 18 *171, 19 προκοπῆς μεγίστης καὶ συστάσεως ἀγαθῆς τῷ πατρὶ καὶ τῷ παιδὶ αἴτιον καὶ ἔτι τῆς τῶν πολλῶν ὑπεροχῆς.*

1 Sed et nunquam bene servare poterunt Δ sed et ii n. serv. pot. **G** 2 sed ⟨et⟩ σ 3 ass. dol. ista coni. Δ 5 et *om.* Δ | in *om.* Δ 6 inferiori **AD**] inferiore | *add.* **a** *rectius quam* positum **A** 7 intensum **G** *et uv.* **A** in cassum κ in inmensum σ intentum ζ 8 facit Δ | *add.* **a** 12 causationum **AB** 13 inimico **AB** *Pat.* 18 ex proprio κ | et *sec. om.* Δ | coniunctio ista Δ**G** 21 commendationum **BG** *Pat.*] commendantium **A**Δ 22 illi **AN**] illis

rior effectus et dextrum possidens latus Iovem in inferiori loco constitutum quadrata radiatione respexerit, patrem faciet ista coniunctio claro nobilitatis splendore decoratum, sed patrimonium patris misera facit publicatione proscribi, et fortium ac malorum inimicorum minaces concitat turbas.

6 [Iuppiter et Venus quadrati.] Si Iuppiter et Venus quadrata fuerint radiatione coniuncti, et dextri *fol. 70v II* quadrati Iuppiter superiorem possidens partem in sinistro quadrato Venerem constitutam minaci radiatione respexerit, multorum amicitiis coniunctio ista semper adsociat, et feminarum praesidio et actus et lucra eadem faciet ratione conferri, et omnem vitae substantiam honesta dignitate semper exornat, et hos eosdem deorum religiones devoto faciet venerationis 7 ardore servare. Si vero Venus superior effecta et dextrum possidens latus Iovem in inferiori loco constitutum quadrata radiatione respexerit, et ex ista coniunctione amorum decernit illecebras, et circa cultum vestis ⟨et⟩ corporis morari perficiet, ut ⟨ex⟩ ista coniunctione libenter semper ornetur, et luxuriosa voluptatum desideria semper indicit. Sed quotienscunque prospera laetitiae gaudia fuerint consecuti, totiens

(1) *εἰ δὲ ὁ Ἥλιος δεκατεύει τὸν Δία, ὁ μὲν πατὴρ λαμπρὸς πάνυ ἔσται, τὰ δὲ κτήματα τούτου μειοῦται· ἢ γὰρ τῇ πόλει κοινοῦται ἢ τῷ λαῷ, ἐνίοτε καὶ οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ τὴν κτῆσιν αὐτοῦ κληρονομοῦσιν.* 12 *171, 29 πολλῶν φίλους, ἀπὸ θηλυκῶν προσώπων πράσεις καὶ κέρδη ἔχοντας, ἀστείους δὲ λίαν, θεοσεβεστάτους· εἰ δὲ [καὶ] ἡ Ἀφροδίτη τὸν Δία ὑπερτερεῖ, ἐρωτικοὶ ἔσονται, περικαλλῶς (περιάλλως κ) ἔχοντες εἰς γυναῖκας φιλοχαρεῖς τε καὶ φιλοκόσμιοι, πλὴν οὐχ οὕτως ἐν ταῖς τῶν πράξεων ἐπιβολαῖς ἐπιτυγχάνοντες.*

1 inferiore **Δ** 3 patrem *κ ex Catal.*] tamen | coniunctione *corr.* **A′** 4 patris **Γ** matris **ΔG** *del.* **a** | faciet **Δ** 5 proscribi *κ*] conscribi 10 positam **Δ** 12 associat et **D²**] associat **AB^a** societate *cet.* 13 perficit **Δ** 14 has easdem **ΔG** 15 devoto **D²**] devota | venerationis ardore **Δ**] veneratione **Γ** 18 et *om.* **Δ** 19 illecebras] cupiditates **N** 20 *add. bis ζ, plura excidisse putat κ* 21 voluptatum *κ*] voluptate **AN** voluntate **BDG**

haec eadem in contrarium vertunt fatorum mutata decreta.

[Iuppiter et Mercurius quadrati.] Si Iuppiter 8 et Mercurius quadrata fuerint radiatione coniuncti, et dextri quadrati Iuppiter superiorem possidens partem in sinistro quadrato Mercurium positum minaci radiatione respexerit, ex ista coniunctione scripturarum vel litterarum ⟨vel⟩ artium decernuntur officia, et rationibus facit conputationibusque praepositos, et patrimonium illis et actus ex publica quadam defensione confertur. Si vero Mercurius superior effectus et dex- 9 trum possidens latus Iovem in inferiori loco constitutum quadrata radiatione respexerit, faciet ista coniunctio sufficientia subsidia facultatum, sed hi semet ipsos in omni actu semper inpediunt, omnia bona quasi mala †innoto mentis timore vitantes, et erunt ⟨tales⟩ ut quicquid alii summis consequi desiderent precibus, id totum etiamsi casu illis obvenerit, obstinato mentis iudicio contemnant. Sed nec beneficia sibi ab aliis conferri desiderant, [sed] nec ipsi bonum sibi aliquid conparare conantur.

[Iuppiter et Luna quadrati.] Si Iuppiter et *fol. 71r 1*
Luna quadrata fuerint radiatione coniuncti, et dextri 10

7 *172, 11 γραμματεῖς καὶ ψήφων διευθυντῆρας καὶ λογιστὰς σημαίνει· οἷς δὲ ἀπὸ κοινῆς προστασίας ὁ βίος· καὶ ἡ πρᾶξις ἔσται. εἰ δὲ ὁ Ἑρμῆς τὸν Δία καθυπερτερεῖ, τὸν μὲν βίον οὐκ ἄποροι, τῇ δ' ἀκρισίᾳ πολλὰ τὰ ἐναντία διαπράττονται καὶ τὰ μὲν ἀγαθὰ ὡς φαῦλα ἐκτρέπονται, ὅπερ ἄλλοι λαβεῖν εὔχονται, οὗτοι (τοῦτο κ) λαβεῖν οὐκ ἐθέλοντες καὶ αὐτόματα τὰ ἀγαθὰ ἰόντα εἰς αὐτοὺς ἀποφεύγουσι (-γοντες κ) καὶ ἐπὶ ταῖς εὐεργεσίαις ἀχαριστούμενοι.*

1 contrarium **a**] contrario | vertunt **A**] vel tunc *cet.* 8 *add.* ζ (liberalium **a**) ⟨vel secretarum⟩ σ 10 illisque *Γ* | et actus *om.* *Δ* 11 confertur **D**] conferetur *Γ* *om.* **N** 12 in *om.* *Δ* **G** 16 quaesi *corr.* **D**²**v** | ignavo κ innato σ 17 *add.* **a** | quicquid alii κσ summis ζ] quidquidem ais ut nimis *Γ* quicquid ematis ut nimis *Δ* 19 contemnant **NG**] contemnat 20 *del.* **a** 21 aliquod *Δ*

quadrati Iuppiter superiorem possidens partem in sinistro quadrato Lunam positam minaci radiatione respexerit, et matri et ipsi infinitas divitias decernit ista coniunctio, et maxima negotiorum decernit officia, et omnibus affinibus praeponit merito maximae dignitatis, *** gradu positum populo cum notitia semper insinuat, et erit egregio famae testimonio semper or-
11 natus. Si vero Luna superior effecta et dextrum possidens latus Iovem in inferiori loco constitutum quadrata radiatione respexerit, multa felicitatis insignia largitur ista coniunctio. Sed et conmendationes decernit et glorias, et potentibus ac regibus prospera conmendatione semper insinuat. Sed non per omne ⟨tempus⟩ haec eadem felicitas perseverat. Nam quodam tempore et patrimonii damna et honoris detrimenta decernit, et insignia minuit dignitatis, et pigro mentis torpore oppressos ⟨a⟩ praecedentium negotiorum administrationibus alienos efficiet.

XI.

1 [Mars et Sol quadrati.] Si Mars et Sol quadrata fuerint radiatione coniuncti, et dextri quadrati Mars superiorem possidens partem in sinistro Solem positum minaci radiatione respexerit, nullum infortuniorum casum praetermittit ista coniunctio, et omnes

3 *172, 30 τῇ τε μητρὶ καὶ αὐτῷ πρᾶξιν καὶ βίον δώσει· καὶ τοῦ ἰδίου γένους ὑπέρτερος ἔσται ἕνεκα τιμῆς καὶ ἐπὶ προεδρίας λαοῦ τεταγμένος ὄνομα μέγα καὶ φήμην πολλὴν ἐν τῇ πόλει ἔχων. εἰ δὲ ἡ Σελήνη τὸν Δία δεκατεύοι, κλέος καὶ σύστασιν σημαίνει ἐν ἡγεμονικοῖς προσώποις· πλὴν ἐν προβάσει τῶν χρόνων ἐλάττωσίν τινα καὶ ἀπραξίαν ἔν τινι καιρῷ οἴσει.*
23 *174, 31 ἀεὶ βλάπτει . . . καὶ ἐν τῇ προκοπῇ ἐναντιοῦται.*

6 *excidit velut* et in summo dignitatis ζ | cum] eum **ABD** notitia ⟨dignitatis⟩ σ 9 in *om.* Δ 11 et glorias decernit Δ 14 *add.* **N** | namque Δ 17 corpore Δ**G** | torpore mentis ζ | *add.* **a** 18 efficiet alienos Δ 24 casu Δ

proficiendi occasiones promotionumque ordines maligna
decreti conpositione semper inpugnat. Si vero Sol 2
superior effectus et dextrum possidens latus Martem
in inferiori loco constitutum quadrata radiatione re-
spexerit, et patri et ipsi qui natus fuerit ex ista con-
iunctione miserum praeparatur exitium, infortuniorum
cumulus ⟨in⟩ponitur, et varia calamitatum decernuntur
incommoda, seditiones concitat, pugnas indicit, et po-
pularis animadversionis excitat metuenda discrimina.
Sed et integra mentis et consiliorum fundamenta sem- 3
per ex * * *, aliorum oculis miserum pondus caeci- *fol.71r I*
tatis indicit. Sed haec periculorum discrimina in diurna
genitura fortius concitantur, praesertim si ista con-
iunctio cum horoscopo fuerit minaci radiatione con-
iuncta, vel si Mars in occasu positus vel MC. possi-
dens partem ⟨vel in⟩ alio cardine constitutus Lunae
lumen crescentis exceperit. Tunc publica animadver- 4
sione prostratos miseris lacerationibus dissipant, tunc
populari animadversione laceratis artubus honor dene-
gatur debitus sepulturae, ut animadversionis et post
mortem perseverante discrimine maior calamitatis exi-
tus augeatur. Sed et in nocturna genitura ex ista
coniunctione haec eadem simili rationis ordine perpe-
trantur.

[Mars et Venus quadrati.] Si Mars et Venus 5
quadrata fuerint radiatione coniuncti, et dextri qua-

(2) *εἰ δὲ ὁ Ἥλιος δεκατεύει τὸν Ἄρεα, αὐτῷ τε καὶ τῷ πατρὶ ὀλέθριος· πταίσματα γὰρ πάμπολλα φέρει καὶ τὴν κτῆσιν ἀποστερεῖ* (10) *καὶ οἷς μὲν παραφροσύνην ἐπάγει, ὧν δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἠμάλδυνε· καὶ χεῖρον ἐν ἡμερινῇ γενέσει.*

1 perficiendi Δ 2 decreti ζ] deceriti **A** decreta *cet.* 4 in *om.* Δ 5 ista v] ipsa Γ posita Δ 6 ⟨et⟩ infort. ζ 7 inponitur *κσ confirmante clausula*] ponitur 11 *excidit verbum ab* ex *inchoans velut* exagitat *vel* excidit *ac fortasse plura κζ* 14 minaci fuerit Δ**G** | coniunctus Γ 16 vel *add.* **N** in *add.* ζ 19 artibus Γ 20 debitis Δ 21 perseverantem *corr.* **D²N** 22 et *om.* Γ

drati Mars superiorem possidens partem in sinistro quadrato Venerem positam minaci radiatione respexerit, omnia mala decernit ista coniunctio. Tunc rixas et accusationis indicit metuenda discrimina, tunc virum causa mulieris profecta damna concutiunt. Quodsi in tropicis signis fuerit ista coniunctio, tunc virorum effeminato corpore omnis inpudicitiae inpuritas convalescit, tunc viri muliebrium libidinum patientur ardores, tunc cum pudoris existimationisque naufragio
6 inpudicae inpuritatis labibus polluuntur. Sed et uxores suas ad adulteria venire conpellent, et alienis conplexibus patientia prostituti pudoris addicunt, et malis auspiciis matrimonium copulatum alienis cogunt libidinibus cum misera calamitatis necessitate servire, aut lenonis animo latens uxoris adulterium libenter agnoscunt. Si mulierum *** †per virum istam prostituti corporis necessitatem cum acerbo semper animi
7 dolore sustineant. Si vero Venus superior effecta et dextrum possidens latus Martem in inferiori loco constitutum quadrata radiatione respexerit, haec eadem
fol. 71v 1 simili ratione decernit. Sed facinus suum qui sic Venerem habuerint latenter exercent, ut prostituti pudoris scelerata commercia absconsis libidinum inpuri-

3 *175, 4* κρίσεις μάχας καὶ ζημίας διὰ γυναῖκας σημαίνει· (5) εἰ δὲ ἐν τροπικοῖς ζῳδίοις, ἀνδρόγαμος ἔσται κίναιδος, μαλακός, πασχητιῶν. ... συμπράξουσι τῇ μοιχείᾳ τῶν γυναικῶν αὐτῶν ἢ εἰδότες ἀνέξονται· εἰ δὲ γυναικός ἐστιν ἡ γέννησις, ὁμοίως καὶ αὐτὴ ἀνέξεται πολλὰ λυπουμένη ἐπὶ ταῖς πρὸς ἀλλοτρίας μίξεσι τοῦ ἀνδρός. εἰ δὲ ἡ Ἀφροδίτη δεκατεύοι τὸν Ἄρεα, τὰ ἴσα ποιεῖ, πλὴν λαθραίως καὶ οὐ φανερῶς.

1 partem possidens **Γ** 4 accusationes *corr.* σ ⟨et⟩ metuenda **D^2a** metienda **BG** *Pat.* 5 ⟨ex⟩ causa **a** 12 constituti *corr.* **N** *Laur.* | addicunt] *scilicet uxores suas* 13 matrimonio copulato κ | cogunt **A**] coeunt 16 si] etsi κ etsi *vel* ut σ | mulieres **a**, *at excidit uv.* fuerit ista genitura *cf. Catal.* | per virum] perversam *vel* periuram ζ plurimae σ | istam — necessitatem **N**] ista — necessitatum; *ceterum Graeca falso vertit Firmicus*

tatibus protegantur, ut mala conscientia celet quicquid vitiosis animi cupiditatibus fuerit imperatum, praesertim si aliquem horum vel simul positus Iuppiter vel trigonica radiatione respexerit.

[Mars et Mercurius quadrati.] Si Mars et Mer- 8
curius quadrata fuerint radiatione coniuncti, et dextri quadrati Mars superiorem possidens partem in sinistro quadrato Mercurium constitutum minaci radiatione respexerit, omnium malorum metuendos exitus decernit ista coniunctio; nociva semper hominem dolorum continuatione debilitat, et omnes actus varia contrarietate semper inpugnat, et malignis rumoribus male semper hos eosdem insinuari perficiet, et acerbarum accusationum concitat metuenda discrimina, ut ex istorum periculorum calamitatibus aut custodiis tradantur aut carceri. Sed haec mala in diurna genitura fortius convalescunt, in nocturna vero ex parte aliqua mitigantur. Si vero Mercurius supe- 9
rior effectus et dextrum possidens latus Martem in inferiori loco constitutum quadrata radiatione respexerit, coniunctio ista malos malignos malitiososque perficiet, pessima ac pestifera semper cupiditate mentis armatos, omnia circumscriptionum exercentes officia, rapaces et qui de rebus alienis varia mentis cupiditate pascantur, et qui ab alio ⟨ad⟩ alium virum transeant, sollicita semper †ac stationem quaerentes, cui pestiferi morsus vulnus infringant, ut nefariis eorum ma-

9 *175, 17 δεινῶν πολλῶν αἴτιος, συνοχὰς ἐπάγων καὶ τὰς πράξεις κωλύων, διαβολάς τε καὶ κατηγορίας παρέχων·* (17) *καὶ μᾶλλον ἐν ἡμέρᾳ, ἐν δὲ νυκτὶ ἧττον.*

1 celent ϰ *consentiente clausula* 2 impetratum **A** perpetratum **a** 8 positum *Δ* 11 dolorum σ] modo locum *Γ* malo locum **D**²*Laur.* malorum **D**¹**N** incommodorum ϰ 15 ut **N**] aut 16 traduntur *Γ* | carceri **N**] carceris *rell.* 25 *add.* **D**²**v** 26 ac stationem] attractione **N** agitatione σ cogitatione ζ 27 infligant *Δ*

chinationibus [destituti] et callidis circumscriptionibus destituti, ad eorum utilitatem quos nociva semper armat inprobitas, omnem patrimoniorum suorum substantiam nudati malignis circumscriptionibus transire patiantur.

fol. 71ᵛ II [Mars et Luna quadrati.] Si Mars et Luna qua-
10 drata fuerint radiatione coniuncti, et dextri quadrati Mars superiorem possidens partem in sinistro quadrato Lunam positam minaci radiatione respexerit, matri ista coniunctio acerbum pondus viduitatis indicit, et hanc eandem debilitatis viribus aut profluvio sanguinis aut miserae mortis atrocitatibus perimit, ipsos vero qui nati fuerint acerbis daemonum faciunt incursionibus inplicari, ut anima maligni spiritus potestate possessa daemoni in corpore dominandi tri-
11 buat potestatem, praesertim si Mars in finibus Saturni fuerit inventus, et Luna aut in finibus Mercurii aut in finibus Martis; frequenter enim ex benivolarum stellarum finibus praecedentis malitiae mitigatur inprobitas. Sed cum tali fuerint infortuniorum calamitate possessi, vitantes haec incursionum discrimina ad numinis alicuius confugiunt salutare praesidium, ut
12 sic istius periculi discrimine liberentur. Si vero Luna superior effecta et dextrum possidens latus Martem

10 *175, 30 χηρείᾳ τὴν μητέρα περιβάλλει ... καί τινων αἱ μητέρες ἐξ αἵματος ἢ κακοθανασίας ἀναιροῦνται. οἱ δὲ μανίας νοσοῦντες ἐπὶ ναοὺς καταφεύγουσι, καὶ μᾶλλον ὅταν ὁ Ἄρης ἐν ὁρίοις Κρόνου ἐστίν, ἡ δὲ Σελήνη ἐν ὁρίοις Ἄρεως ἢ Ἑρμοῦ· πολλάκις γὰρ ἡ δύναμις τῶν ὁρίων ἢ ἐπέτεινεν ἢ ἀνῆκεν.*

1 *del.* **a**; *immo aliud participium interiit velut* capti ζ 2 utilitatum **BG** *Pat.* 3 omne — substantia *Γ* | patrimonium *corr.* ζ (patrimonii sui **a**) 4 nudat in *corr.* ζ 11 haec eadem *corr.* **a** 12 atrocitate *Δ* | perimi *Γ* 14 casibus et incursionibus *Δ* 15 tribuit *corr.* **a** 18 enim *om.* **A** tamen **a**; *cf. Catal. πολλάκις γὰρ κτλ. Aut igitur dormitavit F. aut excidit altera pars sententiae velut* aut ex malivolarum f. extenditur.

in inferiori loco constitutum quadrata radiatione respexerit, ignobilis et deiecti generis matrem facit ista coniunctio, sed et vitae angustias ex misera necessitate semper indicit. Fatum quoque vitam substantiam miserae humilitatis deiectione prosternit, et inter haec infortunia cum infelicitatis augmento etiam malas decernit uxores.

XII.

[Sol et Luna quadrati.] Si Sol et Luna qua- 1
drata fuerint radiatione coniuncti, sive dextrum sive sinistrum latus cardinaliter possidentes, in decretis hominum efficaciam ex aliarum stellarum testimoniis sortiuntur. Cum enim ad istam coniunctionem benivolarum stellarum radius prosperae * * * societatis accesserit, actus maximi, idonea vitae substantia, gloriosae dignitatis insignia ex prosperis semper conmendationibus conferuntur. Si vero malivolae stellae 2
sine praesidio benivolarum istam Solis ac Lunae so- *fol. 72r I*
cietatem maligna radiatione convenerint, maxima vitae discrimina et maxima infortuniorum decernuntur incommoda. Sed si sic malivolarum stellarum radiis adiunctis Luna plena luminibus feratur ad Iovem, et Iuppiter coniunctionem Lunae crescentis exceperit, nobilitatis insignia cum maxima decernit invidia. Quodsi praecedenti coniunctioni Iovis fuerint praesidia denegata, fortiter malivolarum stellarum nociva crescit inprobitas.

2 *179, 32 δύσκλειαν τῇ μητρὶ καὶ βίον σπάνιν, τῷ δέ πλάνας καὶ τύχης καθαίρεσιν.* 13 *176, 30 ὑπὸ Διὸς ὁρώμενοι* (15) *πράξεως, δόξης καὶ συστάσεως αἴτιοι· ὑπὸ δὲ κακοποιῶν ὁρώμενοι χαλεποὶ πρός τε τὸν βίον καὶ αὐτὴν τὴν ζωήν. εἰ δὲ ὑπὸ κακοποιῶν μὲν ὁρῶνται, ἡ δὲ Σελήνη συνοδεύει τῷ Διί, λαμπροὺς μέν, βασκαινομένους δέ.*

4 fatum] totam κ fatum quoque ⟨ac⟩ **a** | vitae *corr.* ζ, *cf.* *121, 3* 8 *cap. XII] cf. ad 80, 20* 11 praesidentes *corr.* **Gv** 14 *excidit velut* ratione σ 15 maxima *corr.* **a** | idoneae *Δ* 18 ista **ABN** | ac *Δ*] et ***Γ*** | societas **AB**

XIII.

1 [Venus et Mercurius quadrati.] Si Venus et Mercurius quadrata fuerint radiatione coniuncti, quicunque ipsorum dextrum quadratum [levum] possederit, omnia aequabili ratione decernunt. Praeclara enim et amabilis cuiusdam artis officia decernit ista coniunctio, aut magnae cuiusdam doctrinae ex ista coniunctione traditur disciplina, ut ex hoc institutionis officio clarae conversationis notitiam consequantur. His a mulierum amoribus malignus sermo spargit infamiam.

2 [Venus et Luna quadratae.] Si Venus et Luna quadrata fuerint radiatione coniunctae, et dextri quadrati Luna superiorem possidens partem in sinistro quadrato Venerem positam minaci radiatione respexerit, maxima divitiarum lucra decernit ista coniunctio. Sed viros feminarum causa variis semper afficit damnis,
3 aut infamiae detrimenta semper inponit. Si vero Venus superior effecta et dextrum possidens latus Lunam in inferiori loco constitutam quadrata radiatione respexerit, maximam felicitatem prosperis semper auget augmentis, et praecedentibus bonis meliora decernit, et actus et vitam ista coniunctio honesta conversatione condecorat, et incorruptum circa eos amorem servat uxorum, et puros ac bonos coniugum decernit affectus,

5 *177, 30 ἀστείους τέχνης εἰδήμονας ἢ παιδείας καὶ ἐκ τούτων ἐμφανεῖς ὄντας, πλὴν ψεγομένους ἐπὶ ἀφροδισιακῶν πράξεων.* 15 *179, 34 εὐπορίαν μὲν δώσει, βλάπτει δὲ τοὺς ἄνδρας ἐκ θηλυκῶν προσώπων ἀεί, ταῖς δὲ ψόγον ἐπιφέρει.* 20 *178, 1 ἐπ' ἀγαθοῖς ἀγαθὰ δώσει καὶ πρᾶξιν καὶ καλὸν σχῆμα βίου καὶ στοργὴν ἐν γυναιξὶ καὶ εὐφροσύνην καὶ βίον εὔχαριν καὶ γλυκὺ ἐν ὁμιλίαις·*

4 quadrati *κ* | levum *Γ*] aut levum *Δ* locum **B**[b] **v** *del.* *ξ* 5 ratione *Δ*] radiatione **A**, *utrumque* **BG** 9 ⟨Sed⟩ his *σ* 12 coniuncti *Δ* **A** 17 aut ut infamia *Δ* | detrimenta *κξ*] deprimantur 18 et *post* latus *pon.* *Δ* 19 radiatione quadrata *Δ* 20 maxima felicitate et *Δ* 22 coniunctio honesta *κξ*] coniunctione istam *Γ* *om.* *Δ* | conversationem *Γ* 24 uxorem *corr.* *κξ* (uxoris **a**) | et pueros et bonos *Δ* **A**

plena etiam laetitiae commoda et praeclarae artis in- *fol. 72r II*
signia et honestae conversationis ordinem et dulcis
sermonis gratiam cum maxima felicitate decernit. Sed
nihilominus ipsi alienos concubitus inpatienti cupidi-
tate desiderant. Matribus etiam eorum honestam lar-
gitur gloriam castitatis. Sed hi ex alienis manumissi-
onibus morigeras sibi sortiuntur uxores.

XIV.

[Luna et Mercurius quadrati.] Si Luna et Mer- 1
curius quadrata fuerint radiatione coniuncti, et dextri
quadrati Mercurius superiorem possidens partem in
sinistro quadrato Lunam positam minaci radiatione
respexerit, ex ista coniunctione sapientiae ornatus et
docta orationis facundia honesto sermone decernitur.
Sed his ex populari seditione discrimen frequenter ad-
fertur. Sed si sic Mercurium constitutum malivola 2
stella superior effecta quadrata radiatione respexerit,
ut Lunam quidem de diametro, Mercurium vero de
quadrato respiciat, metuendum falsi crimen inpingit,
et facit in isto facinore detectos aut in custodia con-
stitui, aut in carcerem trudi, aut vincula et exilium
publicae sententiae animadversione patientur. Si vero 3
Luna superior effecta et dextrum possidens latus Mer-
curium in inferiori loco constitutum quadrata radia-

(3) πλὴν ἀστατοῦσιν ἐν ταῖς συζυγίαις· αἱ δὲ μητέρες τῷ μὲν ἤθει σεμναί, δίγαμοι δέ. 13 *179, 18 εἰς μὲν λόγους καὶ σύνεσιν ἄριστος, χάριν δὲ ὄχλου καὶ πλήθους λυπεῖ. εἰ δὲ καὶ κακοποιὸς ἔτι τὸν Ἑρμῆν καθυπερτερεῖ, διά τινα γραπτὰ συνοχῶν καὶ δεσμῶν πειραθήσεται.*

1 insignis **Γ** 2 honestae **Δ A**] honestate | dulci **Δ** 4 ipsi *om.* **Γ** 5 eorum etiam **B G** *Pat.* 6 his *corr.* **a** | manumissionis **A B** (idest repudiis **D**^{2}) 13 sapientiae **Δ G**] sapienter **A B** *Pat.* | ornatus **D**^{2}] ornatos 14 ⟨non sine⟩ honesto σ 16 sic *om.* **Δ** 18 de *prius om.* **Δ** 19 impugit **Δ** 20 in] ex **N** | custodiam *corr.* **a** 21 carcere tradi **Δ** | in vincula **Γ**

tione respexerit, faciet ista coniunctio levitate mentis instabiles, et consilia eorum hac atque illac varia cogitatione transvertit, nec animus eorum aliquando unius consilii rationem utatur.

4 Haec in genituris hominum decernit quadrata radiatio, has ex quadratis lateribus sententias per dies singulos fatorum promit auctoritas. Quas sententias in omni tractatu debes diligenter inspicere, praesertim cum haec eadem quadrata inmutato stellarum ordine etiam statutorum faciant decreta mutari.

5 Sed his explicatis diametrorum efficacias specialiter explicabo. Quae autem sint dextra quadrata quae sinistra, in institutionis libro manifestissime diximus.

fol. 72v I

XV.

1 [Saturnus et Iuppiter diametri.] [Si] Diametra radiatio[ne] contraria se potestate semper inpugnat, et inimico contra se genere societatis exurgit,
2 et ipsa itaque sicut quadrata minax radiatio est. Unde Saturnus et Iuppiter si diametra se radiatione respexerint, et in contrariis constituti locis longa se invicem virium suarum potestate pulsaverint, in omnibus actibus ista coniunctio multa infortuniorum decernit exitia, et ex casu filiorum acerba doloris tormenta sem-

1 *180, 1 κούφους ἐν τοῖς βουλεύμασιν, οὐδὲν εὐσταθὲς ἐννοοῦντας· διὸ καὶ οἱ βουλόμενοι, ὅπου ἂν βούλωνται, τούτους περιστρέφουσιν.* 21 *164, 25 βλαβερὸς μὲν περὶ τὰς πράξεις, λυπεῖ δὲ τοὺς γονεῖς ἐπὶ τέκνα.*

1 ista faciet *Δ* | levitatem *corr.* **a** 2 stabiles *Δ* 3 nec] ne *κ* 4 ratione *Δ* 5 radiatio **A** *et* **D** *ras.*] radiatione 9 inmutato **D**²**G**] inmutatio | ordinem *Δ* 10 facient *corr.* **a** 12 intimabo *Δ* | *cf. I 70, 3* 15 *et* 16 *del.* ζ 16 radiatione Saturnus et Iupiter contr. *Δ* | impugnat *Γ*] impugnaverit *Δ* 19 radiatione se *Δ* | respexerit **BG** 20 constituantur *Δ*

per indicit. Quodsi in parte horoscopi [vel si in ho- 3
roscopo] Saturnus fuerit cardinaliter constitutus, et eum in occasu Iuppiter positus diametra radiatione respexerit, post gravia infortunia iuventutis in ultimo senectutis tempore felicitatis tarda commoda conferentur.

[Saturnus et Mars diametri.] Si Saturnus et 4
Mars diametra se radiatione respexerint, et in contrariis constituti locis longa se invicem virium suarum potestate pulsaverint, gravissimorum discriminum et multarum sollicitudinum incommoda decernit ista radiatio. Plurimis enim ac malis faciet contrarietatibus inplicari, sed et acerba faciet invidiae labe pulsari, et miseras angustias necessitatis indicit, et corpus assiduis aegritudinum et assiduis laborum faciet continuationibus fatigari. Gravia etiam vitae discrimina sem- 5
per inponit, et imaginem metuendae mortis frequenter ostendit, et domesticarum inimicitiarum decernit incursus, et terribilium seditionum crebras tempestates exagitat. Sobolem quoque denegat filiorum, et patrem cita faciet morte prosterni, et ex laboribus labores assidua continuatione perpetuat. Si vero in aquosis 6
signis constituti Saturnus et Mars diametra se sicut diximus radiatione respexerint, tunc procellis gravibus tempestatibusque submersos naufragos saeviens unda-

(1) *καὶ εἰ μὲν ὁ Κρόνος ὡροσκοπεῖ, ὁ δὲ Ζεὺς δύνει, τὰ μὲν πρῶτα τοῦ βίου δυστυχῆ, τὰ δὲ ἔσχατα εὐτυχῆ.* 9 *cf. p. 103* | *165,17 ἐναντιοῖ εἰς περίκτησιν βίου. δηλοῖ δὲ τὸ σχῆμα* (12) *φθόνους καὶ ἐνδείας καὶ σωματικὰς κακώσεις καὶ κινδύνους ζωῆς καὶ* (19) *ἀτεκνίαν* (17) *ἔχθραν οἰκείων στάσιν* (19) *ταχυθανασίαν πατρὸς ἐκ πόνων πόνους ἤτοι ἐκ μόχθων μόχθους· ἐν δὲ ὑγροῖς ζῳδίοις ναυάγια καὶ ἐκ ποταμῶν κινδύνους ἢ ἐκ ῥεύματος.*

1 *del.* σ (si *om.* *Δ*) 3 eum σ] cum | Iovem positum *Γ* 5 conferuntur *Δ* 9 gravissimorum σ] gravium suorum *vel* suarum *Γ* graviorum *Δ* gravia miseriarum discrimina ϰ 13 necessitatis *om.* *Δ* | et **N**] ac **A** (at **v**) ad **BG** *om.* **D** 14 laborum **D**[2]] laboribus (laboris ϰ) 19 ⟨indicit et⟩ exagitat **N** excitat ϰ | quoque *Γ*] que *Δ* 22 sicut diximus diametra se *Δ* 24 serviens *Δ*

fol. 72ᵛII rum fluctus exponit, aut fluviorum torrentium sub-
mersos undis gravioribus faciet periculorum discrimi-
nibus inplicari, aut maligno humore concreta pestis
fortes ac perpetuas indicit aegritudinum calamitates.
7 Si vero unus de duobus aut Mars aut Saturnus in
ferino signo constitutus alium diametra radiatione re-
spexerit, ex quadrupede vel ex ferae vel ex bestiae
ictu miserum periculi discrimen affertur, aliorum me-
dullis ingestum veneni virus acerbum mortis exitium
8 flebili calamitate decernit. Si vero in quadrupedibus
signis constituti, vel unus eorum in signo quadrupede
inventus alium diametra radiatione respexerit, cum
his malis quae ex praecedentibus diximus definitionibus
perfici, gravi ruinarum pondere oppressi, et dissipati
corporis laceratione confecti, aut moriuntur aut vicina
9 mortis coguntur subire discrimina. Sed haec omnia
infortunia tunc forti calamitatis cumulo convalescunt,
cum hos sic positos nullis Iuppiter radiationibus miti-
garit. Nam si geniturae cardines possidentes Luna in
quocunque cardine constituta hac eadem radiatione
respexerit vel quadrata, tunc graviora pericula tunc
fugitivos errores, tunc exilia publicasque decernit mor-
tes ista coniunctio, tunc honore libertatis erepto iugum
10 miserae servitutis inponunt. Si vero in V. vel in XI.
ab horoscopo loco constituti, vel in IX. vel in III.,
diametra se radiatione respexerint, omnem spem pros-

(5) *ἐν δὲ θηριώδεσιν ἐκ θηρίων ἢ φαρμακοποσίας βλάβην καὶ κίνδυνον·* (10) *ἐν δὲ τετραπόδοις ἐκ τῶν ὁμοίων πτώσεις. καὶ χεῖρον ὅταν τῆς Σελήνης οἰκοδεσπόται ὦσι καὶ* (19) *ἐν μὲν τοῖς κέντροις* (22) *θανατοῦσιν,* (24) *ἐν δὲ ταῖς ἐπαναφοραῖς* (26) *ἀγαθῶν*

5 duobus Saturnus aut Mars *Δ* 7 vel ex *sec. del.* **a** 8 afferatur *Γ* 9 ingestum *κ*] incessum 10 quadrupedibus] quadrupedis *Δ* 11 ⟨fuerint⟩ const. *σ* 12 respexerint *Δ* | cum *ζ*] eum 13 modis qua *Δ* | ex] in **a** | diffinitionibus *codd. praet.* **A** 16 morti *σ* 18 hos sic *σζ*] hos *Δ* his *Γ* sic **D**² | positus *corr.* **D**² | nullus *Δ* **A** 21 vel quadrata] *hoc solum recte stat.* 23 coniunctione *Δ* 24 XI.] X. **AB** 25 vel in III.] vel III° **D** vel in *vel* et *vel* et in *cet.* 26 spem *ζ cf. Catal.*] semper

perae felicitatis extinguent, et miserae deiectionis exitium caduca humilitate decernunt. Sed haec infortunia medio vitae tempore fortius convalescunt. Si vero in 11
deiectis ac pigris locis constituti diametra se radiatione respexerint, minus quidem nocebunt, sed dolores et miserae egestatis incommoda ex ista radiatione decernunt. Sed haec omnia malorum metuenda discrimina Veneris ac Iovis oportunis testimoniis mitigantur, et malivolarum stellarum malitia prospero testimonio dei salutaris hebetatur, et praecedentium discriminum minaces exitus resolvuntur.

[Saturnus et Sol diametri.] Si Saturnus et Sol *fol. 73r I*
diametra se radiatione respexerint, et in contrariis con- 12
stituti locis longa se invicem virium suarum potestate pulsaverint, nec eos ex aliqua parte Iovis salutare sidus aspiciat, aut patrem facient laboriosis necessitatibus inplicari, aut ipsis certe laboriosae vitae pondus inponunt, aut egestatis angustias cum quadam tenacitate decernunt. Aliis acerbae valitudinis discrimen infligunt. Sed et siqua habuerint subsidia facultatum, 13
aut ipsis adhuc superstiti[oni]bus pereunt, aut post mortem eorum miseris lacerationibus dissipantur. Sed et malae mortis exitium ex ista radiatione decernitur,

ἐλπίδων ἀποστεροῦσι καὶ (3) *περὶ μέσους χρόνους καθαίρεσιν ἐπάγουσιν· ἐν δὲ τοῖς ἀποκλίμασιν ἧττον μὲν βλάπτουσι, λύπας δὲ ὅμως καὶ ἐκπτώσεις ἐπάγουσι·* (*102, 23*) *τινὰς δὲ καὶ ξενιτεύοντας ποιοῦσιν ἢ δούλους ἐλευθέρους* (*102, 19*) *ἐπίκεντροι ὄντες ἐν τοῖς διαμέτροις σχήμασι·* (*101, 9*) *μεγάλων γὰρ κινδύνων εἰσὶ παραίτιοι ἀλλήλους διαμετροῦντες.* 15 *166, 12 τοῦ Διὸς μὴ ὁρῶντος καματηρὸς ὁ πατὴρ καὶ φειδωλὸς ἢ ἐπισινής·* (21) *ἔστι δὲ καὶ δαπανηρὸς περὶ τὴν περιουσίαν αὐτοῦ καὶ ἀφανιστικός, ὃς καὶ τὰ καταλειφθέντα καὶ αὐτὰ* (*κτήματα κ*) *ἀπόλλυσιν, ἢ καὶ κακοθάνατος ἔσται.* (17) *τῷ δὲ παιδὶ μόχθον διηνεκῆ,*

1 extinguit incrementum Δ | exitum **A**′Δ 3 fortius *om.* Δ 5 sed ζ] et 10 hebetatur σ] habeatur 18 egestates Δ 20 habuerint **AN**] habuerit 21 aut *prius* ζ] ab | *del.* κσ (superstibus ζ *propter clausulam*) 22 mortes Δ | dissipatur *corr.* v

et omnem vitae substantiam variis ac malis laborum
continuationibus quatiunt[ur]. Sed horum malorum
fortius crescit inprobitas, si in femininis constituti si-
gnis ista ⟨se⟩ radiatione respexerint.
14 [Saturnus et Venus diametri.] Si Saturnus et
Venus diametra se radiatione respexerint, ⟨et⟩ in con-
trariis constituti locis longa se invicem virium sua-
rum potestate pulsaverint, facient homines lupanaribus
deditos promiscua libidinum ⟨cupiditate⟩ scorta sec-
tari, ut ex hoc cum magna nota gravi pulsentur in-
15 famia. Faciunt etiam eos libidinis causa ⟨a⟩ nuptia-
libus vinculis separatos, sed et si cui ex cetera geni-
turae substantia decretum matrimonium fuerit, aliquam
cum pudoris sui detrimento sortitur uxorem, aut certe
illis uxor decernitur, quam pestiferum vitium misera
contagione semper inmaculet, aut erit uxor servilium
sordium squalore polluta, aut servis se prostituti pu-
doris voluptate semper adsociat. Sed et ipsis dene-
gatur omnis venereae gratia venustatis.
16 [Saturnus et Mercurius diametri.] Si Saturnus
et Mercurius diametra se radiatione respexerint, et in
contrariis constituti locis longa se invicem virium
suarum potestate pulsaverint, linguam sic positi tardo
sono vocis inpediunt, ut in ipsis faucibus tardis
17 conatibus inpedita verba deficiant, aut verba lin-
fol. 73r II guae obligatione confundunt. Sed ⟨haec mala⟩ tunc

(2) καὶ μᾶλλον ἐν θηλυκῷ ζῳδίῳ. 8 *166, 27* τοὺς μὲν πορνικοὺς καὶ ἀσχήμονας, τοὺς δὲ (11) ἀγυναίους (13) ἢ κοινὰς καὶ ὑβρισμένας γαμοῦντας ἢ σεσινωμένας ἢ δούλας· (18) οἱ δὲ καὶ χαρίτων ἄμοιροι. 23 *167, 5* βραδυγλώσσους καὶ δυσέκροφον τὴν λαλιὰν ἔχοντας ἢ τραυλούς,

1 variis ac *geminant* **BDG** 2 *del.* ζ 4 *add.* **a** (*ante* ista) 6 *add.* **A** 9 *add.* ζ (libidine σ) 11 *add.* κσ 12 si cui κ] sicuti 14 sortiuntur Δ 15 illis κ] illis aliis **D** aliis *cet.* 17 prostitutis Δ 18 voluptate $\mathbf{D}^2$] voluptates 23 linguam impediunt et tardos s. v. impediunt Δ (*omisso* sic positi) | positam Γ *corr.* κζ 25 verba] balba κ 26 *add.* **a**

fortius convalescunt, si in muto signo Mercurium constitutum Saturnus diametra radiatione respexerit, vel si Mercurius radiis ⟨Solis⟩ absconsus diametra a Saturno fuerit radiatione pulsatus. Sed et si Lunam cum Mercurio eadem societate coniunctam diametra Saturnus radiatione respexerit, haec quae diximus fortius convalescunt, nisi testimonium Martis quolibet genere conmodatum praecedentis malitiae solvat incommodum. Cum ceteris enim quae diximus sine testimonio Martis etiam exitiabile laboris pondus indicitur. Sed cum his malis animi sapientis decernitur 18
disciplina, et perita studiorum magisteria conferentur. Sed inefficaci artis suae studio semper invigilant, et vultum eorum tristitia severitatis semper exasperat, et erecto superbiae spiritu sublevantur. Sed hi ipsi varia sollicitudinum per dies singulos †audias genera[nt], et fratribus suis aetatis gradu praeferent⟨ur⟩. Nam quicumque maiores fratres fuerint, aut mortis exitu aut longis peregrinationibus dividuntur. Sed et matres in prima perimit aetate.

[Saturnus et Luna diametri.] Si Saturnus et 19
Luna diametra se radiatione respexerint, et in contra-

(1) *καὶ μάλιστα τοῦ Ἑρμοῦ ὑπαύγου ὄντος ἢ ἐν ἀφώνῳ ζῳδίῳ· καὶ μάλιστα χεῖρον, εἰ πρὸς τούτοις καὶ ἡ Σελήνη σύνεστι τῷ Ἑρμῇ ἢ τῷ Κρόνῳ. . . .* (7) *12 τοῦ μέντοι Ἄρεως ὁρῶντος ἀναλύεται ἡ κάκωσις, μοχθηροὶ δὲ ἔσονται καὶ συνετοὶ μὲν καὶ ἐπιστήμονες, οὐκ ἐκ ταύτης δὲ τῆς αἰτίας ὠφελούμενοι ἢ ἐπικτώμενοί τι, στυγνοὶ δὲ ἀεὶ καὶ τυφώδεις.* (17) *ὡς τὰ πολλὰ δὲ καὶ πρεσβύτεροί εἰσι τῶν ἀδελφῶν· εἰ δέ τινες προτεχθήσονται, τεθνήξονται· καὶ ὁ πατὴρ δὲ πρὸ τῆς μητρὸς τελευτᾷ.*

2 Saturni **Δ** 3 *suppl* ζ (Solis sub radiis **a**) *cf. 120*, 24 | absconsis **Γ** 4 fuerit a Saturno **Δ** 8 commoda tunc *corr.* κζ (commodatum tunc **N**) 10 exitiale **AG** 11 sapientiae *corr.* σ (animis sapientiae discernitur **Δ**) 12 conferuntur **Δ** 14 vultum κ] tumultum | tristitias **Δ** | severitatis ζ] celeritatis **Γ** sceleritatis **N** sterilitatis **D** 16 *del.* κζ; nt *ad* audias *pertinere*, *cuius loco III. persona verbi* (*velut* subeunt ζ) *desideretur, putat* σ 17 *add.* **a**

riis constituti locis longa se invicem radiorum suorum potestate pulsaverint, primum quidem maternarum facultatum faciunt labefactari substantiam, sed et ipsam matrem varia dolorum et latentium aegritudinum continuatione debilitant, aut eam † perversorum tristitia
20 semper involvunt. Quodsi ab his benivolarum stellarum recesserit radius, et ab omni salutarium siderum fuerint testimonio destituti, tunc matrem inhonesta corporis turpitudo dedecorat, et eam assiduis incursionibus damna concutiunt. Sed et ipsis varia periculorum discrimina semper insurgunt. Sed haec Saturnus
21 et Luna pro signorum varietate decernunt. Nam in quadrupedibus signis si constitutus unus alium diametra radiatione respexerit, ex talibus animalibus periculorum discrimen affertur. Si vero in ferinis signis
fol. 73v I constituti ista se radiatione respexerint, ex feris vel bestiis vel ex venenatis serpentium morsibus maximi periculi conparatur exitium. Si vero in humanis signis hoc quod diximus diametrum fuerit, ex hominum
22 insidiis varium calamitatis exurgit exitium. Si vero in aquosis signis constituti radios suos diametra obstinatione pulsaverint, ex aquarum ⟨in⟩undationibus aut ex malignis humoribus miserum pestilentiae discrimen adfertur, et si nullum benivolarum stellarum praesidium minacis radiationis fregerit potestatem, om-

2 *167, 28* *τὴν μητρικὴν περιουσίαν ὄλλυσι καὶ αὐτῇ δὲ τῇ μητρὶ κρυπτοὺς πόνους δίδωσιν, ἢ δύστροπος ἔσται καὶ λυπρά. εἰ δὲ μὴ ἀγαθοποιὸς ἴδῃ, δεινὸν τὸ σχῆμα περὶ τὰ σωματικά.* (11) *κίνδυνον γὰρ σημαίνει κατὰ τὴν τῶν ζῳδίων φύσιν· εἰ μὲν ἐν τετραπόδοις, ἐκ τετραπόδων, εἰ δὲ ἐν θηριώδεσιν, ἐκ τῶν ὁμοίων·* (20) *εἰ δὲ ἐν καθύγροις, ἐκ τῶν ὑδάτων ἢ κακοχυμίας. εἰ δὲ μὴ παρῇ βοήθεια, καὶ σίνεται·*

2 aeternarum *Δ* 5 eam **AD**[2]] tam | perversa animi ζ 8 inhonestam *Δ* 13 si ζ] sic (*post* constitutus *add.* si **A**′) 14 ex **a**] et 15 afferatur *Γ* | ferinis σ] femininis *cf. Catal.* 17 serpentium **ḄN**] serpentum 18 exitium. In humanis vero signis *Δ* 22 *add.* **a** 25 minaci radiatione fr. potestate *corr.* **D**[2]

nis corporis forma vitiosae aegritudinis calamitate mutatur, aut clarum oculorum lumen miserae caecitatis tenebris obumbratur. Alios sic positi deserere patriam varia periculorum necessitate conpellunt.

XVI.

[Iuppiter et Mars diametri.] Si Iuppiter et Mars 1
diametra se radiatione respexerint, et in contrariis constituti locis longa se invicem [sibi] radiorum ⟨suorum⟩ potestate pulsaverint, omnem vitae inaequalitatem et patrimonii lacerationem assidua ratione decernunt. Sed et omnium amicorum ex ista radiatione †et assiduis offensis contra illos odium concitatur, et maxima periculorum discrimina aut ex turbulentis conversationibus ⟨aut ex⟩ temerariis actibus inferuntur.

[Iuppiter et Sol diametri.] Si Iuppiter et Sol 2
diametra se radiatione respexerint, et in contrariis constituti locis longa se invicem radiorum suorum potestate pulsaverint, paternas facultates miseris faciunt lacerationibus dissipari, sed et omnem vitam et substantiam et praecedentis dignitatis gradus miseris honorum deiectionibus minuunt[ur], ut semper inferiores praeferantur illis licentia potestatis. Sed haec in diurna genitura minuuntur, in nocturna fortius convalescunt.

(2) *ὧν μὲν γὰρ οἱ ὀφθαλμοὶ ἠμαύρωνται,* (1) *ὧν δὲ τὰ μέλη κλῶνται· ἔνιοι δὲ τῆς πατρίδος ἐξελαύνονται.* 9 *171, 12 πᾶσαν ἀνωμαλίαν καὶ σκέδασιν τοῦ βίου ποιεῖται καὶ τοὺς φίλους ἐχθροὺς ποιεῖ, ... ἐκ προπετείας δὲ καὶ ἐκ ταραχῆς λογισμῶν θλίψεις σημαίνει.* 18 *171, 25 τοῖς πατρικοῖς κτήμασιν ὀλέθριον,* (21) *καὶ ὁ παῖς ὑποτεταγμένος ἔσται ἀνδρὶ ἐλάττονι.*

6 Iupiter et Mars si *Δ* 8 *del.* **Aa** | *add.* *ζ* 9 *ne conicias* omnis *cf. Catal.* | inaequabilitatem *Δ* 11 radiatione *Δ*] rationem ***Γ*** (-one **A′**) | et *sec. del.* *σ*; *supplet velut* destituuntur affectibus *ζ* 14 *add.* **a** 17 suorum *om.* *Δ* 19 vitae substantiam **a** 21 *del.* **a** | inferiores **AND**[2]] inferioribus

3 [Iuppiter et Venus diametri.] Si Iuppiter et Venus diametra se radiatione respexerint, et in contrariis constituti locis longa se invicem radiorum suorum potestate pulsaverint, omnes proficiendi ordines et omne promotionis votum inpugnat ista radiatio.
4 Sed nec aliquando fidos amicorum decernit affectus, *fol. 73v II* sed eos amici subdolis et infidis cogitationibus persequentur, nec veris eos aliquando volunt appellare sermonibus, sed conantur eos captiosa semper dissimulatione decipere, aliud malitiosa cogitatione tractantes, et aliud ficta sermonis bonitate dicentes. Sed et amici gravibus simultatum indignationibus incitati, vario contra illos genere dissensionis insurgunt, et cuicumque aliquam beneficiorum contulerint gratiam, statim hi ipsi contra illos gravibus inimicitiarum dissensionibus eriguntur, et cuicumque aliquid propria liberalitate contulerint, contrariae illis ab his semper
5 gratiae rependuntur. Habebunt tamen in quibusdam maxima felicitatis augmenta. Habebunt etiam sufficientes patrimonii facultates. Quodsi in finibus Veneris Iuppiter fuerit inventus, cupiditatis prosperos habebunt semper eventus, sed circa nuptias quidem nunquam firmis affectibus perseverant.
6 [Iuppiter et Mercurius diametri.] Si Iuppiter et Mercurius diametra se radiatione respexerint, et in

4 *171, 36 ἐν ταῖς τοῦ βίου προκοπαῖς οὐ καλόν· τούτοις δὲ οὐδεὶς φίλος ἀληθής, ἀλλ'* (10) *ἕτερα μὲν λέγοντες ἕτερα δὲ βυσσοδομεύοντες, ἐξ ὧν καὶ ἐπανάστασιν ἕξουσι* (17) *καὶ κακὰς ἀμοιβὰς ἐκ τούτων ἀντιλήψονται. ἐν ἄλλοις δὲ πράγμασιν εὐτυχεῖς ἔσονται καὶ βίον ἕξουσιν ἱκανόν· καὶ πρὸς μὲν τὰς γνησίας γαμετὰς ἄστατοι, ἐν δὲ ἀλλοτρίαις μίξεσιν ἐπιτευκτικοί.*

6 aliquo modo *Δ* 7 amici **AD**[2]] amicis | persequuntur *Δ* 8 aliquando **a**] qui quando *Γ* quando *Δ* 9 captiosa *κ*] captiva 12 amici *del. σ* 13 varios *Γ* | infungunt *Δ* 14 contulerit *Δ*B 17 libertate contulerit *Δ* | hiis *Δ constanter fere* 21 cupiditatis *Δ*G] cupiditatibus *Γ* (in cupiditatibus **a**) 22 quidam *corr. κ*

contrariis constituti locis longa se invicem radiorum suorum potestate pulsaverint, illos inpugnat ista radiatio, quicumque docti sermonis disciplinam fuerint assecuti. Sed et populi metuendas seditiones exagitat, et popularis indignationis iurgium frequenter indicit, et potentioribus viris aut regibus invidentium studio male insinuari semper efficiet. Sed et fratrum acerbas mortes frequenter ostendit, aut eos ⟨a⟩ fraternis affectibus gravi simultate dissociat, et cum illos una sanguinis necessitudo coniungat, paricidali odiorum contra se simultate depugnant.

[Iuppiter et Luna diametri.] Si Iuppiter et 7 Luna diametra se radiatione respexerint, et in contrariis constituti locis longa se invicem radiorum suorum potestate pulsaverint, et sit Luna plena luminibus, et partes Iovis Lunae partium numerus antecedat, principalia dignitatis insignia decernit ista radiatio, ⟨et⟩ vitam eorum clara potestate nobilitat. Sed et omnia 8 potentiae ornamenta decernit, et facit talem qui nunquam possit alienis potestatibus subiacere, et qui semper virtutis gratia et animi constantia alienis con- *fol. 74r I* fidenter resistat potestatibus [alienis]. Si vero fuerit Luna minuta luminibus, nihil de praecedentibus bonis sed maxima infortuniorum decernuntur exitia. Sed tunc mala fortius convalescunt, si fuerit nocturna genitura.

2 *172, 18* φαῦλον τοῖς περὶ λόγους ἐσπουδακόσιν· ὄχλων γὰρ ἐπανάστασιν καὶ ὀργὴν σημαίνει ἢ διαβολὰς ἐκ φθόνου πρὸς μείζονας, ἀδελφῶν τε θάνατον καὶ δίκας καὶ κρίσεις πρὸς συγγενεῖς. 15 *173, 1* Σελήνης ... αὐξιφωτούσης μὲν (16) προεδρίας αἴτιον καὶ βίου ἐπισήμου. ἀρχικὸς γὰρ ἔσται, ἤθεσι δ' ὁρμητὴς καὶ ἄλλῳ τινὶ οὐκ εἴκων· (16) καὶ μᾶλλον, ἡνίκα ἡ Σελήνη τὸν Δία ὑπερτερεῖ πλειόνων μοιρῶν οὖσα· (22) λειψιφωτοῦσα δὲ μειώσει τὰ εἰρημένα καὶ σφάλματα πολλὰ ἐπάξει τῷ βίῳ.

4 popularibus indignationibus Δ 6 studio] stridore σ 8 *add.* σ 9 dissociant **A′B** 10 parricidali **A′N** patricidali **D** | odio Δ 17 coniunctio radiatio Δ | *addidimus* (eorumque vitam **a**); *sed plura excidisse videtur probare* eorum 19 tales Δ 20 possint Δ 22 *del.* **Γ**

XVII.

1 [Mars et Sol diametri.] Si Mars et Sol diametra se radiatione respexerint, et in contrariis constituti locis longa se invicem radiorum suorum potestate pulsaverint, et sit diurna genitura, patrem ista radiatio misera mortis atrocitate prosternit, aut lumina gravi oculorum valitudine semper excaecat. Ipsos vero ex altis deiectos locis misera laceratione praecipitat, aut [ex altis deiectos locis] grave nescientibus periculum semper adfertur, et omnes actus gravibus facit contrarietatibus impediri. Si vero fuerit nocturna genitura, fractis viribus substantiam omnem fatigati corporis inbecillitate debilitat, et lacerato ac dissipato patrimonio egestatem mendicitatis inponit.

2 [Mars et Venus diametri.] Si Mars et Venus diametra se radiatione respexerint, et in contrariis constituti locis longa se invicem radiorum suorum potestate pulsaverint, et sit diurna genitura, vagis semper facient errorum vitiis inplicari, sed et aegritudinum incommoda assidua ra[dia]tione decernunt. Nuptias vero et filios Venus et Mars sic positi invido stridore semper inpugnant. Quodsi in tropicis signis constituti diametra se radiatione respexerint, decernunt ea quae eos quadratos decernere in superioribus partibus diximus, praesertim si se de Capricorno et de Cancro ista ra-

5 *174, 36 τοῦ πατρὸς ὀλέθριος ἢ καὶ τὰ ὄμματα σινοῖ· τῷ δὲ κίνδυνον ἀφ' ὕψους καὶ πολλὰς ἐναντιώσεις. καὶ ταῦτα μὲν ἡμέρας, νυκτὸς δὲ ἀδράνειαν καὶ ἔκπτωσιν βίου.* 18 *175, 11 ῥέμβους καὶ ἀστατοῦντας· βάσκανος δ' ἡ Ἀφροδίτη καὶ ἐν γάμῳ καὶ ἐν τέκνοις. εἰ δὲ καὶ ἐν τροπικοῖς ζῳδίοις, τὰ ἴσα τῶν τετραγώνων ποιεῖ.*

2 Si Mars cum Sole **Δ** 6 lumine *corr.* κσ 7 valitudine **BG**] valitudines | excitat *corr.* a 9 *del.* ζ 10 faciet **Δ** 12 fatigari *corr.* v 13 imbecillitate **A'**] imbecillitatibus **Δ** -tatis **BG** 14 mendacitatis **Δ** 18 vagis] variis **N** 20 *del.* σ 23 ea *om.* **Γ** 24 *cf. 93, 26 sqq.* 25 ista se **Δ**

diatione pulsaverint, et si nullum illis Iuppiter testimonium conmodarit.

[Mars et Mercurius diametri.] Si Mars et Mer- 3
curius diametra se radiatione respexerint, et in con-
trariis constituti locis longa se invicem radiorum suo-
rum potestate pulsaverint, maxima infortuniorum et
maxima calamitatis exitia decernit ista coniunctio: aut
inmutata tabularum et scripturarum fide, qui sic Mar- *fol. 74r II*
tem et Mercurium habuerint, falsi crimen incurrunt,
aut omnibus facinoribus malae conscientiae societate
iunguntur, aut cum maleficis et venenariis criminosae
vitae consortium iungunt, aut debitorum gravi fenore
semper oppressi cum iactura pudoris ad publica iu-
dicia pertrahuntur, aut pravo cupititatis ardore pos- 4
sessi, et religiosa fidei commercia polluentes, depositas
vel conmendatas res abnegare conantur, ut ex ista
perfidia vel ex praecedentibus criminibus publicae con-
tra illos sententiae discrimen insurgat, et iudicantium
subiecti potestatibus metuendo causarum terrore qua-
tiantur. Alii praecedentium facinorum exagitati terro-
ribus, et malae conscientiae oneribus fatigati, * * * vis
erroribus separantur, praesertim si in finibus Saturni
vel in domo Saturni vel in domo sua Mercurius fuerit
inventus in diurna genitura, nec Iuppiter aliquem ip-
sorum trigonica radiatione respexerit.

8 *175, 20 πλαστογράφους ποιεῖ καὶ φαρμάκων* (*φαρμακέων* ζ) *συνίστορας, ἐν ἐγγύαις καὶ χρέεσι γινομένους. ὅθεν πολλάκις, φησί, πίστιν ἀποστέργουσι δικαίων* (17) *καὶ τούτων ἕνεκα κρίνονται παρ᾽ ἡγεμόσι καὶ φόβους ὑπομένουσι. οἱ δὲ καὶ τῆς πατρίδος ἀπελαύνονται, καὶ μᾶλλον εἰ ἐν ὁρίοις Κρόνου ἢ τοῖς ἰδίοις ὁρίοις εἰσὶν ἢ τοῦ Ἑρμοῦ ἐν ἰδίοις ζῳδίοις.*

12 consortio iunguntur *Δ* | semper gravi fenore *Δ* 13 indicia *Γ* 14 aut ζ] ut | possessi **AD**[2]] posset si 18 insurgat **D**[2]] iniurgat **BG** *Pat.* iniungat **A′** iniungant *Δ* 19 subiecti **AND**[2]] subiecit 21 *excidit velut* ⟨a patria sua fugiti-⟩ vis ζ | vis *Γ*] hiis *vel* iis *Δ* (a suis **a**)

5 [Mars et Luna diametri.] Si Mars et Luna diametra se radiatione respexerint, et in contrariis constituti locis longa se invicem radiorum suorum potestate pulsaverint, aut oligochronios facient, aut gravibus periculorum continuationibus insequuntur, aut nuptias non decernunt, aut si aliarum stellarum praesidio decretae fuerint nuptiae, uxores datas miseris mortium atrocitatibus perimunt. Sed et ipsos malo exitu mortis interimunt, aut publica animadversione prosternunt, praesertim si Luna fuerit plena luminibus.

XVIII.

[Sol et Luna diametri.] Si Sol et Luna diametra se radiatione respexerint, et in contrariis constituti locis longa se invicem radiorum suorum potestate pulsaverint, vitam et statum hominis substantiaeque ordinem et omnia dignitatis insignia varia faciunt ratione mutari. Tunc enim collatis divitiis rursus onus paupertatis affertur, ⟨tunc⟩ paupertatis incommoda aliarum divitiarum rursus solaciis relaxantur. Faciunt
ol. 74v I etiam circa vultum indecorae valitudinis vitia, sed et corpus misera contractione debilitant.

XIX.

[Venus et Luna diametri.] Si Venus et Luna diametra se radiatione respexerint, et in contrariis constitutae locis longa se invicem radiorum suorum potestate pulsaverint, infelices nuptias ex ista radia-

4 *176, 1 ὀλιγοχρονίους ποιεῖ καὶ κινδύνους συχνοὺς δίδωσιν· οἱ μὲν γὰρ ἄγαμοί εἰσιν, οἱ δὲ θάπτουσι τὰς γυναῖκας, καὶ ἡ τελευτὴ τούτων κακή· ἢ γὰρ μανίας ἢ τομὰς μελῶν ἢ δεσμ(οὺς?) π(οιεῖ?).*

4 faciet *corr.* ζ 7 fuerint decretae *Δ* | datae *Γ* 8 peribunt *corr.* ζ 9 interimunt **N**] interimit **A** interibunt *cet.* 17 collatis κζ] collocatis (collocatus **N**) 18 *add.* κζ 19 aliarum **A′**] aliorum (*unde* divitum **D**[1]) 23 diametri] *cf. 81,* 7 25 constitutae **B**] constituti

tione decernunt, sed nec aliquo patiuntur sic positi felicitatis ordine sublevari, aut nunquam ⟨dabunt⟩ filios, aut susceptam sobolem misera morte prosternunt. Sed hi ipsi crebra mala et multas uxorum patiuntur iniurias.

XX.

[Mercurius et Luna diametri.] Si Mercurius et Luna diametra se radiatione respexerint, et in contrariis constituti locis longa se invicem radiorum suorum potestate pulsaverint, effrenatae multitudinis impetum et popularis seditionis suscitant cruenta discrimina, ut eos semper in coetu publico vox maligna populi persequatur. Sed et animo et verbis eorum deiectam trepidationem timoris indicunt.

XXI.

[De exagonis.] Cum stellae exagona ⟨se⟩ radiatione respexerint, haec decernunt quae ex trigonica diximus radiatione decernere. Sed decretorum ipsorum ex aliqua parte minuitur effectus, et languidis viribus destituta radiatio in genituris omnibus efficaciam sui minori potestate conponit. Sed illud meminisse te convenit, quod hebent exagona viribus si tropicis vel

1 *178, 5 οὐκ ἀγαθὴ πρὸς γάμον* ... (2) *σημαίνει δὲ ἀτεκνίας· εἰ γὰρ καὶ τέκνα γε(ννῶνται), θανατοῦνται. διὰ δὲ γυναῖκας ὑβρίζονται καὶ δεινὰ πάσχουσιν.* 10 *179, 21 ἐκ πλήθους στάσεις ἐγείρει καὶ ταραχὰς καὶ βοάς· αὐτοὺς δὲ δειλοὺς εἶναί φησι καὶ ἀθαρσεῖς.* 16 *180, 4 τὰ δὲ ἑξάγωνα τῶν ἀστέρων ἰσοδυναμοῖ μὲν τοῖς τριγώνοις, ἐπὶ τὸ ἀμαυρότερον δέ. cf. et 165, 1.*

1 potiuntur *Δ* 2 sublevari *om. Δ* | *add.* ζ (habebunt **a**) 4 patientur *Δ* 11 populares seditiones *corr.* κ ζ (ac cruenta **a**) | discrimina cruenta *Δ* 12 in *om. Δ* | coetu *Γ*] conventu *Δ* 13 et *prius om. Δ* 14 delectam *Δ* 16 de exagonis *Γ***D** de exagona radiatione **N** | hexagonam radiationem *corr.* **a**, *sed* se *iam add.* **N** 17 ex] eas σ 22 habent *corr.* σ *atque* a *in ras. habet* **D** *a manu altera scriptam, ut haud sciamus an* e *fuerit*

duplicibus signis dividantur, inefficacia vero tunc sunt quotiens solidum intervenerit signum.

XXII.

1 [De his qui simul sunt.] Ut omnifariam tibi, Mavorti decus nostrum, integras mixturarum efficacias intimemus, extricatis trigonis mixturis pariter et quadratis, et omni diametrorum radiatione specialiter explicata, nunc iunctas stellarum societates manifesta sermonis interpretatione signabimus, ut omni mixtu- *fol. 74v II* rarum temperatione monstrata ad specialia apotelesmatum decreta veniamus.

2 [Saturnus et Iuppiter simul.] Si Saturnus et Iuppiter unum hospitium partis acceperint, et in uno loco pariter constituti aequabili societatis potestate iungantur, si in opportunis geniturae locis et in his in quibus gaudent signis vel partibus ista fuerint radiatione societatis coniuncti, felicitatis insignia, patrimonii augmenta, gloriae commoda, virtutis incorrupta praesidia, felicem sobolem filiorum ex ista societate

3 decernunt, praesertim si fuerit diurna genitura. Tunc enim actus maximos, tunc procurationis officia, tunc iniungunt alienae substantiae facultatem. Sed si eos sic positos ex superiori loco Mars minaci radiatione pulsaverit, totum hoc quod diximus invida Martis radiatione mutatur.

4 [Saturnus et Mars pariter.] Si Saturnus et Mars

12 *161, 32 Μετὰ δὲ Διὸς ὢν ὁ Κρόνος ... συμβάλλεται εἰς οἰκονομίας καὶ ἐπιτροπὰς καὶ ἀλλοτρίων ἔργων καὶ κτημάτων ἐμπίστευσιν· ἔσονται δὲ καὶ τιμη(τικοί), τοῦ Ἄρεως μὴ ὁρῶντος.* 26 *Doroth. Sidon. III (l. c. p. 71) ἢν δ' ἂρ Ἐνυαλίῳ συνέῃ Κρό-*

2 intervenerit **N**] intervenit *Γ* intraverit **D** 7 omnia *Δ* **G B** 8 iuncturas *Δ* | proprietates **v** 9 signabimus **N**] signavimus | omnium m. interpretatione **N** 12 Coniunctio Saturni et Iovis **N** *et sic semper* 13 unum] unius *σ et deinceps* 14 potestate societatis **N** potestatis societate **D G** 16 signis alter eorum vel *Δ* | ratione *Δ* 22 iniungunt **N**] iungunt | facultatem **N**] facultate postestate **A** potestatem **B G D**

unum hospitium partis acceperint, et in eodem loco
pariter constituti aequabili societatis potestate iun-
gantur, si in oportunis geniturae locis fuerit ista
coniunctio, mores hominum aequabili gravitatis mode-
ratione conponit, et omnes animi impetus mansuetis
temperationibus mitigat. Martis enim inconsulta te- 5
meritas et ardoris inprobitas et inflammati caloris
ardor inpatiens coniuncto sibi Saturni frigore tempe-
ratur, et mitigatis ignibus quos natura proprii caloris
incenderat, ad fingendos mores hominum gravitatem
ex adiunctis sibi frigoris societatibus mutuatur, ut
Martis calor ad fingendos mores tardo Saturni frigore
semper hebetetur. Cum itaque Saturni frigus tepe-
fecerit calor Martis, et cum illius flammas Saturni
iunctum frigus extinxerit, ex ista temperationis mode-
ratione mores hominum perfecta gravitatis ornamenta
percipiunt. Sed nihilominus actus contrariis stellarum 6
istarum dissensionibus impeditur, cum in negotiis alter
revocat alter inpellit. Sed et nunquam quod volunt
hi qui sic Martem et Saturnum habuerint, prospere *fol. 75r I*
consequuntur, sed semper cum tristitia animi inefficaci
cupiditate solliciti inperfecta desideriorum suorum de-
serunt vota. Sed et variis etiam aegritudinum dis-
criminibus inplicantur, et corpus eorum assiduis lan-
guoris continuationibus fatigatur, et ad nociva detri-
menta corporis assidue contra illos nigri fellis conci-

νος, ἤθεα τεῦξε πρήεα· δὴ γὰρ Θοῦρος ἀεὶ σφοδρός τε καὶ ὠκὺς εἰς ὁρμὰς ἄσκεπτον ἀεὶ τάχος ἠδ' ἀλόγιστον θερμὸς ἐὼν ἤνεγκεν, ὁ δὲ βραδύς· ἀμφοτέρων δὲ κιρναμένων μέσσος κείνων βροτὸς ἔσσετ' ἄριστος. εἶτα προστίθησιν ὅτι κωλύσεις ἔργων καὶ χολῆς μελαίνης κίνησιν ποιεῖ. Cf. Catal. 162, 5 κινοῦσι γὰρ χολὰς μελαίνας καὶ νόσους ἐκ ῥιγοπυρετῶν .... κωλυτικοὶ γὰρ καὶ

1 partis] pariter *post* Mars **Δ G** 6 mortis **A B** | temeritas et ζ] temeritate 8 coniunctio *corr.* κ σ | frigore κ σ] frigorum **Γ** frigoribus **Δ** 11 adiuncti κ | mutuatur **A'**] mutatur | ut] et **D**² 13 hebetatur *corr.* ζ 14 flamma *corr.* **a** (flammam **D**²) 15 ex κ ζ] et ex **Δ** et **Γ** 18 istarum dissensionibus **v**] dissens. ist. **Δ B G** istarum *om.* **A** 20 prospera **Δ** 24 languoris **D**] langoris

7 tatur exitium. Sed et cita mors opprimit patrem pariter et matrem; paterna etiam substantia variis lacerationibus dissipatur, et fratribus per ipsos malum semper praeparatur exitium. Sed quicunque fuerint primi suscepti, aut misero mortis prosternuntur exitio, aut omni felicitatis destituti praesidio fraternae gloriae potestatem cum maxima humilitatis veneratione suspiciunt. Sed ipsis difficultates maximas et errorum
8 gravium sollicitudinem frequenter inponunt. Sed haec omnia fortius convalescunt, si aliquem geniturae cardinem eadem partis societate possederint. Tunc enim nunquam animus eorum mutabilibus rationum varietatibus ⟨flectitur, sed omnem laborem et omnes periculorum impetus fortiter constantis⟩ animi virtutibus sustinent, nisi Iuppiter in primis cardinibus constitutus et in his in quibus exaltatur signis vel in domo sua vel in oportunis geniturae locis positus omnia malorum discrimina mitigarit.

9 [Saturnus et Sol pariter.] Si Saturnus et Sol unum hospitium partis acceperint, et in eodem loco pariter constituti aequabili potestatis societate iungantur, paternam omnem substantiam dissipat ista coniunctio, sed et ipsi patri miserum mortis decernit exitium, et haec mala in nocturnis genituris fortius

ἀστοχίας ἐν τοῖς ἔργοις ποιοῦντες et Maneth. V 60 θερμότατος γὰρ ἐὼν ψυχρῷ ἀνακίρναται Ἄρης, ψυχροτάτη δὲ Κρόνοιο βολὴ ὑποθάλπεται Ἄρει. 1 *8 ὥστε καὶ πατρὸς προτελευτὴν σημαίνουσι.* 2 *7 τόν τε πατρικὸν βίον σκορπίζουσιν.* 4 *9 τοὺς δὲ προγενεστέρους ἀδελφοὺς ἢ φθείρουσιν ἢ νοσεροὺς ποιοῦσιν.* 9 *12 χείρονα δὲ τὰ κακὰ ἔσται, εἰ τοῖς κέντροις ἐπίκεινται* 11 *11 περὶ δὲ τὰς γνώμας ἀμετάτρεπτοι καὶ μνησίκακοι.* 15 *13 (ex Doroth.) εἰ μὴ ἄρ' Αἰγίοχος δαμάσει σθένος οὐλοὸν αὐτῶν.* 22 *20 τῷ μὲν πατρὶ κακὸν θάνατον ἐπάγει ..., τὰ δὲ πατρικὰ κτήματα διαφθείρει, καὶ χεῖρον ἐν νυκτί.*

5 miserae **N** 8 suscipiunt *corr.* σ | difficultatibus maxima *corr.* **a** (-tatem -mam **A**) | errorem gr. sollicitudinum *Γ* 9 imponit *Δ* 12 varietatis *corr.* **D**[2] 13 *add.* **N** 14 viribus ϰ 18 mitigarit **a**] mitigaverit **N** mitigantur *cet.* 20 partis *Γ*] pariter **D** partiliter **N** 23 ⟨et⟩ patri **a**

convalescunt, sive in matutino sive in vespertino ortu Saturnus fuerit inventus. Tunc patrem gravis infortuniorum cumulus ⟨inpugnat⟩, tunc misera periculorum discrimina semper incurrunt, tunc fratribus acerba malorum decernuntur exitia, si in nocturna genitura Saturnus et Sol ista fuerint societate coniuncti. Sed si 10
in eodem signo constituti istis fuerint partium diver- *fol. 75r II*
sitatibus separati, ut Sol quidem paucas, Saturnus vero plures habeat partes, tunc patri cum misero calamitatis exitio malae mortis discrimen indicitur, sed omnia quae diximus forti malorum continuatione proveniunt; sed et cum his omnibus malis lacerato patrimonio sive proscripto, et omni fortunae substantia dissipata, extremum onus paupertatis inponitur. Sed et languores ex vitiosis humoribus inferuntur, et vires omnes inbecillitate fatigati corporis opprimuntur. Aliorum oculos miserum exitium caecitatis inpugnat. Sed 11
hos ipsos idoneos agricolas semper efficiet ista coniunctio, ut illis post multum temporis spatium ex cultura agrorum idonea facultatum subsidia conferantur. Erunt sane hi ipsi tristitia semper obscuri. Quodsi in Solis domo vel in Saturni domo Sol et Saturnus pariter fuerint collocati, gloriosum quidem efficiunt patrem, sed omni divitiarum praesidio destitutum. Ipsos vero contra patres Sol et Saturnus simul positi paricidalibus inimicitiarum odiis exasperant. Sed hos

6 *22 εἰ δὲ ἐν ἥττοσι μοίραις ἐστὶν ὁ Ἥλιος, ὁ δὲ Κρόνος ἐν πλείοσι, χαλεπώτερος ὁ τοῦ πατρὸς ἔσται θάνατος καὶ τὰ εἰρημένα πάντα δεινότερα.* 15—17 *28 νοσοποιοὶ δέ εἰσιν ἐξ ὀχλήσεως ὑγρῶν καὶ ὀφθαλμιῶν.* 17 *29 οἱ δὲ οὕτως ἔχοντες γεωργικὸν βίον φιλοῦσι καὶ τούτῳ μόνῳ εὐτυχοῦσι τἆλλα βαρυδαίμονες ὄντες. εἰ δὲ καὶ ἐν θηλυκῷ (Ἡλίου οἴκῳ em. κ ex Firmico) ἐστιν ὁ Κρόνος ἢ ὁ Ἥλιος ἐν οἴκῳ Κρόνου καὶ οὕτως σύνεισιν, εὐκλεῆ μὲν τὸν πατέρα, οὐ μέντοι ἀφνειόν.*

3 *add.* **N** 9 patri **AD²**] pater 10 sed] et *σ, cf. catal.* 13 sive **D²a**] si vero *codd.* (si nō **A**) 15 languores **AD**] langores 21 ipsi hi **AB** 22 Solis in *Δ* | in *alt. om. Δ* 26 parricidialibus *Δ* (-rr- *et* **AG**)

eosdem earum infelicitatum quas diximus misera de-
creta semper inpugnant.
12 [Saturnus et Venus pariter.] Si Saturnus et
Venus unum hospitium partis acceperint, et in eodem
pariter loco constituti aequabili societatis potestate
iungantur, indignarum mulierum nuptias decernit ista
coniunctio, et misera matrimoniorum infortunia sem-
per excitat. Aut steriles enim aut debiles decernit
uxores, quarum insigne vitium omnem formam cor-
poris dedecoret, aut gravi pulsatur infamia, aut ex istis
13 infortuniis etiam filiorum illis soboles denegatur. Sic
habentes Saturnum et Venerem nunquam filios aut
tarde suscipiunt, sed hi ipsi erunt frigidi semper ad
Venerem, et †in manus eorum animus instabili sem-
per varietate dissentit. Haec etiam in feminarum ge-
fol. 75v I nituris Venus et Saturnus simul positi, aequata ra-
14 ⟨dia⟩tionis societate decernunt. Sed haec fortius con-
valescunt, si in Capricorno vel in Aquario Saturnus
et Venus fuerint pariter inventi. Nam haec signa Ve-
nerem male semper inficiunt, praesertim si Saturni
societas accesserit. Tunc enim malitia eius coniunc-
tionis nec praesentia potest Iovis nec testimonio mi-
tigari.
15 [Saturnus et Mercurius pariter.] Si Saturnus
et Mercurius unius partis locum aequata societate

6 *163, 5 ἀνάξια λέκτρα γυναικῶν δίδωσι* . . . (8) *ὅθεν ὡς ἐπίπαν στείραις συζεύγνυνται ἢ σεσινωμένοις προσώποις* (10) *ἐπιψόγοις ἢ δούλοις· ἔνθεν καὶ ἀτεκνία ἔσται καὶ σπανοτεκνία ἢ βραδυτεκνία πρὸς τὴν τοῦ Κρόνου κρᾶσιν, τά τε τῶν γάμων ψυχικὰ* (*ψυκτικὰ sive ψυχρὰ κ ex Firm. l. 13*) *καὶ ἄστατα.*

1 earum ***Γ***] miserarum ***Δ*** 4 partis ***Γ***] pariter ***Δ*** 5 potestatis societate **AG** 8 exagitat? *σ* | enim *om.* **AB** 9 formam **A′**] fortunam 10 dedecoret **D**[2]] dedecore | pulsat **AN** pulsatus *cet. codd., corr.* **a** 14 immanis **a** infirmus *ζ dittographiam vocis* animus *putat σ* | instabilis ***Δ*** 15 in *om.* ***Δ*** 17 *add. κ* 20 semper male **AD** 25 unum **A** *om.* **G**

possederint, vocis sonum balba confusione linguae sem-
per inpediunt, aut tardo sermone faciunt inpedita
verba proferri, aut auditum gravi valitudine semper
inpugnant, et nunquam eorum permittunt simul positi
Mercurius et Saturnus desideria conpleri. Erunt etiam 16
in omnibus actibus fidei testimonio destituti. Erunt
etiam sic habentes Saturnum et Mercurium rigida men-
tis auctoritate durati, et obstinata semper ac tristi
dissimulatione conpositi, sed hi animi sui consilia alta
malitiae taciturnitate celabunt. Ingenium vero eorum
multis disciplinarum studiis inbuent.

[Saturnus et Luna pariter.] Si Saturnus et Luna 17
unum hospitium partis acceperint, et in eodem loco
pariter constituti aequabili societatis ratione iungantur,
omnes impetus et omnes animi cogitationes et omnes
actus inbecilla timoris trepidatione semper inpugnant.
Sed et materna substantia ex ista societate miseris
lacerationibus dissipatur. Matres etiam eorum, sed et
ipsos gravi aegritudinum continuatione debilitant. Si
vero ⟨fuerit⟩ diurna genitura, et sit ⟨Luna⟩ plena
luminibus, et benivolarum stellarum accesserit opor-
tuna radiatio, omnium ⟨malorum⟩ prohibetur inpro-
bitas. Si vero fuerit nocturna genitura, et Luna sit 18

5 *163, 15* ψεύδους αἴτιος καὶ ἐνέδρας καὶ δολιότητος. οἱ τοιοῦτοι, φησίν, οὐδ' ὅταν ἀληθῆ λέγωσι πιστεύονται ... (4) οἱ τοιοῦτοι δὲ καὶ δυσεπίτευκτοι. 9 *19* βαθυπόνηροι δὲ καὶ (10) περίεργοι ἔσονται. 15 *25* αἱ δὲ πράξεις ἀδρανεῖς ἔσονται. 17 *24* ὀλεθρευτικὸς ἔσται μητρικῶν προσώπων καὶ βίου μητρικοῦ. 20 *29* ἐν δὲ ἡμέρᾳ αὐξιφωτούσης αὐτῆς καὶ τῶν ἀγαθοποιῶν ὁρώντων κώλυσις ἔσται τῶν κακῶν. 23—p. 120 l. 4 *27* ὥστε ἐν νυκτὶ εἴτε αὐξιφωτεῖ εἴτε λειψιφωτεῖ ὑπὸ τοῦ Κρόνου βλαπτομένη, κἂν οἱ δύο ἀγαθοποιοὶ μαρτυρῶσιν, οὐ μετατρέψουσι τὰ κακά.

1 possederit Δ 2 inpediunt ζ] indicit *cf. 104, 24* incidit κ 8 durata Δ | semper ac **A′**] ac semper 11 imbuerunt Δ imbuentur **a** 13 hospitium unum **BG** *Pat.* | partis] pariter ΓΔ 16 timoris σ] mortis (mentis κ) 20 fuerit *add.* **A** | Luna *add.* **a** 22 radiatione Δ | *add.* **N**

minuta ⟨luminibus⟩ [seu plena], omnia infelicitatis genera ista coniunctio et omne malorum decernit exitium. *fol. 75v II* Sed et si testimonia Veneris ac Iovis pariter accesserint, contempto salutari praesidio calamitatis exitium convalescit.

XXIII.

1 [Iuppiter et Mars pariter.] Si Iuppiter et Mars [in unum] pariter fuerint collocati, ⟨et⟩ in eodem signo pariter constituti aequabili societatis potestate iungantur, maxima decernunt insignia dignitatum, et maximam conferunt licentiae potestatem. Faciunt enim homines magnarum civitatum aut magnarum regionum officia gubernantes, et in maximis populis habentes
2 gloriosae licentiae potestates. Erunt etiam tales qui omnia quae desiderant prospero consequantur eventu, praesertim si in oportunis geniturae locis positi vel in primis cardinibus vel in quinto aut in undecimo ab horoscopo loco in domo Iovis aut in domo Martis simul fuerint constituti. Tunc enim fasces tunc arma tunc illis maximi conmittuntur exercitus, tunc in magnis honoribus constituti magnificae potestatis licentiam sortiuntur.
3 [Iuppiter et Sol pariter.] Si Iuppiter et Sol in eodem signo pariter fuerint constituti, et sit Iuppiter radiis Solis absconsus, omnem felicitatis ordinem variis

10 *169, 31 προκοπῆς παὶ κτήσεως αἴτιος καὶ τιμῶν πολιτικῶν καὶ ἡγεμονίας λαοῦ καὶ συνεχῶν ἐπιτεύξεων.* 18 *32 εἰ δὲ καὶ ἐν οἴκῳ Διὸς ἢ Ἄρεώς εἰσιν οὗτοι συνόντες, κρατεροὺς δυνάστας σημαίνουσι.* 24 *170, 1 εἰ μὲν ὕπαυγος εἴη, πάντων τῶν ἀγαθῶν σπάνις ἔσται·*

1 *add.* **N** | *del.* *κ* 8 *del.* *ζ* | pariter simul **DBG** | fuerint pariter **N** | *add.* **N** 9 et aequabili **Δ** 12 religionum **a** 13 habentes *om.* **AB** 14 potestatem **Δ** 14 prospere **Γ** prosper **Δ** *corr.* **a** | consequatur **Δ** | eventus *corr.* **a** 17 aut] vel **GNv** 19 fasces tunc enim arma **Γ** 23 Iuppiter et Sol si **Δ** 24 constituti fuerint **Δ**

deiectionibus minuit. Si vero Iuppiter liberatus radiis Solis in matutino ortu constitutus eiusdem signi cum Sole hospitio copuletur, fatum substantiam vitam et ex istis felicitatibus fructus cum maxima etiam honoris potestate decernit, et bono parentum videbuntur esse progeniti, ut ex die ortus sui omnia parentibus felicitatis insignia conferantur. Sed et ipsi, qui sic Iovem et Solem habuerint, felices suscepta sobole gaudebunt.

[Iuppiter et Venus pariter.] Si Iuppiter et Ve- 4
nus in eadem parte vel in eodem signo pariter fuerint constituti, honoris insignia cum maxima decernunt gratia venustatis, bonorum etiam et magnorum virorum fidelibus amicitiis semper associant. Faciunt etiam honesta morum conversatione semper ornatos, et integra fide omnium religionum iura servantes. Erunt etiam qui sic Iovem habuerint cum Venere, munda pulchritudinis honestate fulgentes, iudicibus et regibus iuncti semper amabili vinculo caritatis. Sed hos ad omnes glorias bonae famae testimonium semper

(1) *εἰ δὲ ἔξαυγος, εὐτυχία καὶ περίκτησις βίου καὶ ὄφελος· οἵδε δὲ (οἱ δὲ κ) ἐπὶ εὐτυχ(ίᾳ) τῶν γονέων τίκτονται καὶ τὰς ἀπολαύσεις ἐκ βρέφους ἔχουσιν.* 12 *170, 5 τὸ τιμητικὸν ἐπιδείκνυται καὶ ταῖς χάρισι κεκοσμημένον καὶ τὴν παρὰ πολλῶν φιλίαν.* (14) *τό τε ἀγαθόφρον καὶ εὐσεβὲς καὶ ἀστεῖον καὶ τὸ παρ' ἡγεμόσι ποθεινὸν καὶ εὔφημον καὶ εὐκλεές.*

1 *lege* radîs 3 totam subst. vitae *κ at cf. 97, 4 et Catal. εὐτυχία καὶ περίκτησις βίου καὶ ὄφελος.* 5 parente ***Γ*** 8 felici *κ* 14 *Verba* associant. Faciunt — *139, 7* domina fuerit *in solo Neapolitano tradita sunt, nisi quod prima* (121, 14 —122, 14) *et extrema* (*133, 5—139, 7*) *eius additamenti pars etiam in Aldina Guelferbytana inveniuntur, in quam ignotus quidam vir doctus ex aliquo codice ignoto Neapolitani gemello* (**W**) *transcripsit; unde primus expressit Lessing (Zur Geschichte der Litteratur. Zweyter Beytrag. Braunschweig 1773. XIX. Ergänzungen des Iulius Firmicus = sämmtliche Schriften, herausgeg. v. Lachmann-Maltzahn[3] IX p. 272). cf. praefatio* 19 vinculo **W**] vehiculo **N** 20 ad *om.* **W** | glorias **W**[a]] gloria **W**[b]**N**

insinuat, et a potentissimis feminis et honoris insignia et maxima illis conferuntur praesidia facultatum.

5 Sed sic habentes Venerem et Iovem etiam felix et prosperum matrimonium sortiuntur. Habebunt etiam filios, si non illos malivolarum stellarum inpugnaverit radius. Sed hi ad venereos conatus prona mentis cupiditate ducuntur, desiderium suum per varios coitus saepius transferentes. Haec eadem in feminarum genituris Iuppiter et Venus simul positi aequabili ratione decernunt. Si vero Iovem et Venerem in solidis geniturae locis pariter constitutos et Lunam aequalibus ra⟨dia⟩tionum societatibus intuentes ⟨ex⟩ aliquo loco Mars minaci radiatione respexerit, ob [id] adfines crebra fama et gravi reprehensione pulsabuntur infamiae.

6 [Coniunctio Iovis et Mercurii.] Si Iuppiter et Mercurius simul fuerint collocati, facient homines potentes, bona consilia ac bona * * * proferentes, magnificae orationis splendore fulgentes, ornatos omni sapientia, et omnium doctrinarum magisteriis imbutos, et tales eos perficiunt ut omnes eos cum quadam admiratione suspiciant. Hi enim oratoriae artis inbuti disciplinis, cum maxima affluentiae facilitate facun-

(1) *οὗτοι καὶ ἐξ ἐπισήμων τινῶν καὶ* (*del.* ζ) *γυναικῶν τὸν βίον αὔξουσιν . . . κατ' ἐξοχὴν δὲ εἰσι φιλέρωτες καὶ πολλαῖς γυναιξὶν ἐν συνουσίᾳ γίνονται, εὔγαμοί τε καὶ εὔτεκνοι, εἰ μὴ ὁρᾷ Κρόνος καὶ Ἄρης.* (8) *ἡ αὐτὴ σκέψις καὶ ἐπὶ γυναικῶν. τοῦ Διὸς σὺν Ἀφροδίτῃ ὄντος ἐπὶ δυνατῶν τόπων, εἰ Σελήνη τούτους ὁρᾷ καὶ ὁ Ἄρης ποθὲν μαρτυρεῖ, περὶ συγγενικὰ πρόσωπα ὁ ψόγος ἔσται τῆς μίξεως.* 17 *170, 23 τὸ εὔβουλον ἐπισημαίνει καὶ τὸ ἐν λόγοις δυνατὸν καὶ ἐν φρεσὶν ἄριστον, ἐφ' οἷς εἰσι καὶ τῇ πόλει σεμνό(τατοι)· γίνονται γὰρ γραμματικοὶ ἢ γραμματεῖς βασιλέων, ῥήτορές τε καὶ σοφισταί.*

1 potentibus **W** 5 malevolarum **W** 6 hii **W** ii **N** | conatus **WN**] coitus ϰ 8 in *om.* **N** 12 *bis add.* ϰσ | aliquo ζ *ex Cat.* ποθὲν] alio 13 Mars *om.* **N** *supra lin. add.* **W** | *del.* ϰ 14 fama] infamia ζ 17 ⟨verba⟩ σ *nisi forte plura exciderunt, cf. Cat.*; * * * ⟨ornamenta⟩ *vel* ⟨insignia⟩ praeferentes ζ 21 suscipiant *corr.* ϰ | hi] ii **N** *ut semper* 22 facundia *corr.* ϰ

diam docti ac gloriosi sermonis exercent. Alios ingenii gratia et licentia docti sermonis ornatos regiarum litterarum ista coniunctio cum maximo honore faciet officia tractare.

[Coniunctio Iovis et Lunae.] Si Iuppiter et 7 Luna in eodem signo pariter constituti aequabili societatis potestate iungantur, vitae patrimoniique * * *, et maximae felicitatis incrementa decernunt, praesertim si se partiliter Iovi in eodem signo Luna coniunxerit. Tunc enim infinitus divitiarum cumulus accedit, et talia ei felicitatis insignia decernunt, ut ⟨in⟩ infinitum a parentibus suis omni genere melior existat. Si vero fuerit nocturna genitura, et Luna plures possederit partes, Iuppiter vero ⟨in⟩ minori partium numero subsidat, omnem fortunae substantiam cum maxima deiectione debilitat semper et minuit.

XXIV.

[Coniunctio Martis et Solis.] Si Mars et Sol 1 in eodem signo pariter constituti aequabili societatis potestate iungantur, ex ista societate patri aut citum aut certe malum praeparant exitum. Quodsi simul constituti aliquem geniturae possederint cardinem, vel in aliqua anafora cardinis fuerint, tunc exitium paternae calamitatis * * * continuatione decernunt, paternae quoque substantiae facultates miseris lacerationibus dissipant. Aliorum oculis nocebunt, aut ex ferro

7 *170, 32* αὔξησιν τύχης καὶ πλοῦτον πολύν ... (12) κρείττονα γὰρ καὶ τῶν γονέων ποιεῖ. ἐν δὲ νυκτερινῇ γενέσει, εἴπερ ἡ Σελήνη πλειόνων ἐστὶ μοιρῶν * * * * * (*excidit in Catal.*)
20 *173, 34* τὸν μὲν πατέρα ταχυθάνατον ἢ κακοθάνατον σημαίνει· εἰ δὲ καὶ ἐπίκεντρός ἐστιν ὁ Ἄρης ἢ ἐπανερχόμενος, χεῖρον. ... (26) *174, 3* ἔνιοι καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐβλάβησαν ἢ

1 indocti N^1 7 *excidit velut* substantiam ζ augmenta ϰ 10 enim] ei ϰ *at cf. Catal.* γὰρ 11 decernuntur ϰ | *add.* ζ 14 *add.* ζ 15 fortunae ϰ] forte N 20 ex ϰ] et N 24 *excidit* assidua *vel* perpetua ζ 26 oculus N *correximus*

et igni vulnera infligunt. Sed et consiliorum rectum ordinem mutata mentis stabilitate conturbant.

2 [Coniunctio Martis et Veneris.] Si Mars et Venus in eodem signo pariter constituti aequabili societatis potestate iungantur, ista Martis Venerisque coniunctio stupratores adulterosque perficiet, ut pravo cupiditatis ardore possessi, et indomitae libidinis stimulis incitati, captiosis pollicitationibus stupri perpetrandi causa alieni matrimonii iura sec-
3 tentur. Si vero cum his Mercurius fuerit inventus, vel si eos quadrata radiatione respexerit, voces accusationes causas ob haec crimina, ⟨sed et⟩ seditiones et turbas et publici sermonis inexplicabiles notas ex ista radiatione decernunt. Sed si hos sic positos in oportunis locis Iuppiter positus et in signis suis vel in altitudinibus collocatus salutari radiatione respexerit, ex istis criminibus potestatis alicuius praesidio
4 liberantur. Si vero sine testimonio Iovis Mars cum Venere et Mercurio pariter constitutus aliquem geniturae possederit cardinem, vel si in ceteris geniturae locis crescentis Lunae lumen exceperit, vel si [in] his sic constitutis Saturnus lumen Lunae deficientis exceperit, ob adulterii aut stupri vel incesti crimen publica animadversione plectuntur. Si vero in tropicis signis Mars et Venus simul fuerint collocati, quae eos quadratos in tropicis signis facere monstravimus, haec perficient pariter in signis tropicis constituti.

ἐκ σιδήρου καὶ πυρὸς τὸ σῶμα πάσχουσιν, ἄλλοι μανίαν νοσοῦσι καὶ φρενοβλάβειαν. (p. 123 l. 25) *ὁ δὲ πατρικὸς βίος σκεδάννυται.* 3 *174, 6 Σὺν δὲ Ἀφροδίτῃ τὰ ἴσα τῶν τετραγώνων ποιοῦσιν. cf. infra l. 25.* 25 *cf. ad l. 3.*

1 rectum ordinem ϰ] regium ordinum **N** 4 constituti *et ante* pariter *scripsit, sed postea expunxit* **N** 8 stimulus **N** *correximus* 9 alieni matrimonii ζ] alia enim manumissioni **N** 11 voces] rixas ζ *cf. 94, 3 et ind.* 12 *add.* ζ 13 inplacabiles ϰ inexpiabiles ζ 18 liberentur **N** 21 in iis sic constitutus **N** *corr.* ζ 25 quae] q. **N** | *cf. 94, 5*

[Coniunctio Martis et Mercurii.] Si Mars et 5
Mercurius in eodem signo pariter constituti aequabili
societatis potestate iungantur, cordatos quidem et ma-
ximarum disciplinarum studiis eruditos, sed mendaces
ista coniunctio et omni malitia faciet instructos, ut
ingenium suum ad omne genus circumscriptionis exer-
ceant, et ut in omnibus certaminibus malitiosa velint
semper tergiversatione contendere. Quodsi istam so- 6
cietatem Iuppiter oportuna radiatione respexerit, athle-
ticae disciplinae decernunt gloriosa certamina. Quodsi
hos omnes Venus aliqua radiatione respexerit, ad pue-
rorum amores prava cupiditate mentis inpingit. Quod-
si his omnibus Saturni radius accesserit, hi quos dixi-
mus gravi pulsabuntur ⟨infamia⟩. Quodsi Martem et 7
Mercurium pariter constitutos Sol orbe suo vicino
absconderit, sintque omnes in aliquo geniturae car-
dine, id est Mars Mercurius pariter et Sol simul positi
Lunam respiciant in aliquo geniturae cardine collo-
catam, facient homines scelerata cupiditate mentis ar-
matos, ad omne facinus semper applicatos, et quorum
dicta omnia falsus sermo semper inmaculet. Erunt
etiam tales quorum etiam facinorosa commenta latro-
num sceleribus conparentur. Hi scripturarum fidem

3 *174, 7 ψεύστας μέν, συνετοὺς δὲ καὶ πολλῶν ἴδριας κατ' ἐξοχήν, περὶ κρίσεις ὡς τὰ πολλὰ καὶ πανουργίας ἔχοντας· ἐνίους γυμναστάς, ἀθλητάς, ἡνιόχους καὶ ἐκ τούτων ἐπισήμους γινομένους, εἴπερ οἱ ἀγαθοποιοὶ ὁρῶσιν·* (12) *ὅμως παιδερασταὶ ἔσονται, καὶ εἰ ὁ Κρόνος ἴδοι, ψόγον πολὺν ἐν τούτοις ἐποίσει.*
14 *174, 16 εἰ δὲ τοῦ Ἄρεως καὶ Ἑρμοῦ συνόντων αὐτοί τε ὕπαυγοι εὑρεθεῖεν καὶ κατά τι κέντρον* (18) *καὶ ἔτι ἡ Σελήνη τούτους ὁρᾷ, κακόβουλοι ἔσονται καὶ ψεῦσται,* (22) *λῃστῶν τρόπον*

9 athleticae ϰ (*cf. 82, 7*)] ac leticiae **N** (*i. e.* acleticae) 13 ii quod **N** *correximus* 14 *add.* ζ *cf. Catal.* 15 orbi suo vicinos ζ 16 geniturae σ] cognito **N** coniuncti ϰ 18 Lunamque σ ⟨et hos omnes sic positos⟩ Luna respiciat ... collocata ζ *cf. Catal.* | respiciant ϰ] recipiant **N** 20 applicitos ζ 23 comparantur **N** *corr.* ζ | hi] iis **N**

pro arbitrio suo falsa litterarum mutatione convertunt.
8 Sed si eos Iuppiter in oportunis genituraе locis positus et in his in quibus gaudet vel in quibus exaltatur signis vel in domo sua constitutus prospera radiatione respexerit, et facinora tegit et maxima decernit subsidia facultatum. Si vero non conmodato testimonio Iovis Saturnus eos minaci radiatione respexerit, detectis facinoribus publicatisque criminibus, mala et maxima illis poenarum decernit exitia.

9 [Coniunctio Martis et Lunae.] Si Mars et Luna in eodem signo pariter constituti aequabili societatis potestate iungantur, faciet ista coniunctio homines calidos, et quos in omnibus prospere frequenter sequatur eventus, praesertim si in aliquo genituraе cardine fuerint collocati. Sed his aut breve vitae decernitur spatium, aut vitae cursum inmaturus exitus
10 mortis inpugnat. Aliis inponit vitiosae valitudinis maculam, et omnium periculorum decernit metuenda discrimina, aut si nihil horum fuerit, malae mortis flebile ac miserum decernit exitium, aut ferri vel gla-
11 dii contra eum exercet potestatem. Sed et matri ex ista coniunctione misera aegritudinum decernuntur incommoda, ut corpus eius per dies singulos misera debilitate quassetur. Sed si hos in oportunis geniturae locis Iuppiter positus vel in primis cardinibus collocatus, in domo sua vel in altitudine sua consti-

ἔχοντες, ἔτι γε μὴν καὶ πλαστογράφοι· καὶ εἰ μὲν ὑπὸ Διὸς ⟨ὀφθῶσιν⟩, εὐτυχοῦσιν ἐν τούτοις· (6) εἰ δὲ ὑπὸ Κρόνου, ἐλέγχονται καὶ δεινὰ πάσχουσιν. 12 *174, 21* θερμόν τε καὶ οὐ δύστευκτον ἔθηκε, καὶ μᾶλλον ἐπίκεντρος· τινὲς ὀλιγοχρόνιοι, ἄλλοι σεσινωμένοι καὶ κινδύνοις περιπίπτουσιν· ἕτεροι κακοθάνατοι ἢ ἐκ ξίφους ἀποτεμνόμενοι, (24) εἰ μὴ ὁ Ζεὺς ἴδ(οι). (21) καὶ ἡ μήτηρ δὲ ἀσθενικὴ ἔσται.

4 constitutos **N** 7 detectis κ] decretis **N** 14 in aliquo κ] maligno **N** 16 aut κ] ut **N** | in maturos *corr.* ζ 19 aut κ] ut **N** 21 exercet **N**[2] *in mg.*] excerret **N**[1] exeret ζ 23 eius ζ] eorum **N**

tutus salutari radiatione respexerit, horum omnium infortuniorum discrimina mitigantur.

XXV.

[Coniunctio Solis et Veneris.] Si Sol et Venus 1
pariter collocati in eodem signo constituti aequabili societatis potestate iungantur, facient quidem homines gloriosos, et qui desiderata omnia facillimis rationibus consequantur, sed si in diurnis genituris matutina fuerit Venus, et in nocturnis vespertina. Sed ***** hos eosdem miseris matrimoniorum copulationibus iungit, aut difficile decernit uxorem, aut ancillas ad consortium tori genialis associat, aut uxorum decretarum faciem inhonesta foeditate deturpat. Aliis pauperes, aliis provectae aetatis decernit uxores, aut tales qui sic habuerint Venerem et Solem sortiuntur uxores, quae misera infelicitate demersae turpi sint conversatione pollutae.

[Coniunctio Solis et Mercurii.] Si Sol et Mer- 2
curius in eodem signo pariter fuerint constituti, ista coniunctio aliis potestatibus subiacenti * * * decernuntur officia. * * * Nunquam publicatis actibus enitescunt. Homines sane faciunt cordatos sui consilii, consiliorum

4 *176, 13 Συνὼν δὲ τῇ Ἀφροδίτῃ ἑσπερίᾳ ἀνατολικῇ ἐν νυκτί, ἐν δὲ ἡμέρᾳ ἑῴᾳ ἀνατολικῇ, ἐνδόξους καὶ ἐμπράκτους. εἰ δὲ ἑσπερία μέν ἐστιν, ἐν ἡμέρᾳ δέ, καὶ ἑῴα μέν, νυκτὸς δέ, μέσους. ἔστι δὲ καὶ δωρηματικὴ ἡ τούτων συμπαρουσία καὶ ἐν ταῖς ἐπιβολαῖς εὐεπίτευκτος καὶ μάλιστα ἐν προστασίαις ὄχλων,* (9) *εἰς δὲ τὸν περὶ γυναικῶν καὶ τέκνων λόγον οὐκ ἄλυπος, καὶ μάλιστα ὑπαύγου οὔσης τῆς Σελήνης.* 17 — 128, 6 *omisit Anonymus Catalogi.*

5 *aut* par. coll. *aut* in — const. *delendum* 7 facilimis **N** 9 *excidisse videntur haec fere* Sed ⟨si in diurnis genituris vespertina fuerit et in nocturnis matutina⟩ *et cetera quae Catalogus praebet in* **N** *desiderata, nisi forte ipsi Firmico error imputandus* σ 10 difficilem **N** *corr.* ϰ 11 tori genialis ϰ] originalis **N** 12 inhonestate **N** *corr.* ϰ 16 demersae ⟨et⟩ ϰ | turpi sint ϰ] turpis in **N** 18 pariter *post* constituti *pos.* $\mathbf{N}^a$ | ⟨faciet⟩ ista . . . subiacentes ζ 19 *lac. stat.* ζ 20 *lac. stat.* ϰ | numquam ⟨tamen⟩ σ | publicis ζ 21 *lege* consili (sui consilii *del.* σ)

suorum secreta alta semper taciturnitate celantes. Facit etiam ex omni ratione sollicitos, et qui omnia vitae officia pervigili cogitatione pertractent, in omnibus sacrorum religionibus superstitiosa trepidatione sollicitos, suspiciosos et qui etiam in modicis rebus varia sint semper dubitatione solliciti. Si vero fuerit Mercurius in
3 matutino ortu constitutus et rectum cursus sui ordinem servans, in omnibus negotiis decernit principatum, faciens ad omne iubendi officium praeparatum, et qui liberi sermonis ornamenta circumferant, felices et qui omnia desideria prospere consequantur. Sed hi futurorum ordinem divina mentis instigatione perdiscunt. Erunt sane religiosi iusti cultores deorum, frequenter antistites. Sed his ex ista coniunctione etiam felix filiorum decernitur soboles.

4 [Coniunctio Solis et Lunae.] Si Sol et Luna in eodem signo pariter constituti [fuerint] aequabili societatis potestate iungantur, et sit diurna genitura, faciet ista coniunctio erecta potestatis licentia sublevatos, et qui omne iubendi officium cum maxima animi constantia et cum maximis exequantur viribus. Si vero fuerit nocturna genitura, et adhuc intra Solis orbem destituta luminibus Luna claudatur, nec renatis luminibus deserto Solis orbe lucescat, faciet humiles deiectos et omni licentiae potestate subiectos, inbecilles viribus, et omni virtutis praesidio destitutos. Si
5 vero deserto Solis orbe et antecedenti angustia li-

6 *176, 19* σὺν δὲ Ἑρμῇ ὢν ἐπὶ ἑῴας ἀνατολῆς καὶ ἑσπερίας (κ. ἑ. *aut del. aut* δύσεως *add.* κ) πεπαιδευμένους ἢ γραμματεῖς ἐξ ἀγχινοίας πλουτοῦντας καὶ εὐπραγοῦντας καὶ ἄλλων ἄρχοντας. 128, 16 — 129, 20 *om. Catal.*

1 alta κ] alia **N** | celantes κ] calentes **N**[1] callentes **N**[2] 2 ex *del.* ζ 9 omnem **N** *corr.* κ 12 ordinum **N** *corr.* κ | pe^r^discunt **N** 13 frequenter κ] vehementer 14 antistites ζ] amplifices **N** 15 decernuntur **N** *corr.* ζ 17 *del.* ζ fuerint ⟨et⟩ σ 20 omnem **N** *corr.* κ | cum ζ] qui **N** 21 exequuntur **N** *corr.* ζ (*qui et* vir. exequ.) 25 potestatis σ potestati ζ 27 apte cedenti ang. libera **N** *corr.* κ

berata, renati luminis libera ornamenta circumferat, et in eodem signo cum Sole sit pariter collocata, facit efficaces et omnia negotiorum officia tractantes, et qui facile omnia dignitatis insignia consequantur. Si vero Sole in masculino signo constituto renata Luna feminini generis occupaverit signum, faciet principales vel principes civitatum, claro nobilitatis splendore fulgentes, sapientia et praeconio bonitatis ornatos, et tales qui purae ac fidae amicitiae affectus semper exhibeant, casto ac pudico amicitiae consortio copulatos. Si vero 6 Sol et Luna luminum suorum fuerint radiis adversi, tunc vita parentum * * * * *, et genialis tori societas variis dissensionibus separatur. Si vero Sol et Luna prospera fuerint radiorum societate coniuncti, id est trigona sicut ante diximus, usque ad ultimum vitae diem parentum consortium fidi amoris copulatione servatur. Sed si adversis Sole pariter ac Luna medium eorum locum Mars aut Saturnus minaci radiatione possederit, aeternum parentibus iurgium et perpetuae dissensionis discidium praeparatur.

XXVI.

[Coniunctio Veneris et Mercurii.] Si Venus et 1 Mercurius in eodem signo positi aequabili societatis potestate iungantur, grata homines venustate condecorant [grata], et tales efficiunt qui omnia quae desiderant facillime consequantur, sed quorum animum ad multarum mulierum consortium prona mentis cupiditas

22 *177, 24* Ἡ δὲ Ἀφροδίτης καὶ Ἑρμοῦ συμπαρουσία σύμφωνος. (24) κωτίλους γὰρ καὶ εὐομίλους καὶ χαρίεντας ποιεῖ

3 efficacias **N** 6 occupavit **N** 8 sapientiae **N** 9 purum **N** *corr.* ς 10 consorti **N** 12 *lac. stat.* ς 13 separantur **N** *corr.* κ 15 trigonica ς 17 aversis **N** *corr.* ς 18 aut Saturnus ς] a Saturno **N** 20 dissensione **N** *corr.* ς 24 hominum venustatis **N** *corr. et del.* ς (hominem σ) 26 facilime **N** 27 cupiditate **N** *corr.* ς

inpellat. Docti etiam sermonis simul positi ornamenta
decernunt, ut docta institutione sermo formatus au-
dientium aures grata †tolleratore semper illiciat, aut
musici carminis modos tradunt, et praeclaram poeticae
2 disciplinam. Sed hos eosdem honestarum ⟨artium⟩
ornamento condecorant. Sed si in signis suis simul
positi primos geniturae possederint cardines, vel in
finibus ⟨suis⟩ constituti in oportunis geniturae locis
fuerint inventi, tunc quae * * * * * haec maiori de-
cretorum potestate conplentur. Si vero in deiectis
locis pariter ⟨fuerint⟩ constituti, musicos faciunt, sed
3 popularibus voluptatibus deputatos. Quodsi simul Mer-
curium ac Venerem collocatos malignum sidus Mar-
tis aspexerit, faciles nuptias sed cum quadam infamia
ac nota decernunt. Tunc enim puerorum mulierum-
que concubitus aequabili ⟨cupidi⟩tate desiderant, et
ultra modum stupra cum maxima animi delectatione
4 sectantur. Sed si in eodem signo in quo est horo-
scopus, Venus et Mercurius fuerint pariter constituti,
tunc divinum hominibus decernitur ingenium, tunc
sermo magnifico eloquentiae splendore decoratur, tunc
carmina eorum divina dicentur inspiratione conscripta.
Sed haec omnia maiori cumulo felicitatis augentur, si
eos simul in horoscopo constitutos vel in oportunis
geniturae locis positos Iuppiter et Luna et ipsi in
oportunis locis positi prospera id est trigona radia-
tione respexerint.

φιλοφίλους (πολυφίλων cod. πολυφίλους ζ) τε καὶ φιλοκάλους καὶ περὶ παιδείαν καὶ σωφροσύνην τὸν νοῦν ἔχοντας ... ταῦτα δὲ πάντα ἢ ἐπιτείνεται ἢ ἀνίεται ἐκ τῆς τροπικῆς διαγνώσεως καὶ τῆς τῶν ἀστέρων φάσεως. (129, 26 *et* 130, 14) *περὶ δὲ γυναῖκας ἄστατος καὶ εὐμετανόητος.*

3 aures *κ*] ut res **N** | tolleratore] voluptate *potius quam* modulatione *ζ* | illiceat **N** 5 *add. ζ* 8 *add. ζ* 9 ⟨ante diximus bona⟩ *e. g. ζ* 11 *add. ζ* 14 infamiae nota *ζ* 16 aequabilitate **N** *corr. ζ* 21 elquentiae **N** | decorantur **N** 25 positi **N** 26 trigonica *ζ* 27 respexerit **N**

[Coniunctio Lunae et Veneris.] Si Luna et 5
Venus in eodem signo pariter constitutae aequabili
societatis potestate iungantur, nimia † viris ornamenta
decernunt. Sed hos eosdem grata pulchritudinis ho-
nestate condecorant, et faciunt dignitate bonitatis or-
nari. Sed nuptias illis instabiles semper ex ista con-
iunctione decernunt. Nullus enim pariter habens Lu-
nam ac Venerem in affectu uxoris fundato ac stabilito
amoris iudicio perseverat. Sed et uxoris animos ab 6
affectu suo vitio cupiditatum suarum alienari perficiet,
alienarum mulierum concubitus prono desiderans cupi-
ditatis ardore. Idem etiam uxorem suam cogit cupi-
ditatibus inplicari, ut quicquid ipsis passivis desiderio-
rum suorum cupiditatibus † infedatur, id totum etiam
uxori ad simile studium voluptatis mariti errantis pec-
cata conmendent, ut et ipsa faciat quicquid maritum
facere prava cupiditate cognovit, ut adulter maritus
suis magisteriis inbutam adulteram faciat uxorem.

XXVII.

[Coniunctio Lunae et Mercurii.] Si Luna et 1
Mercurius pariter collocati aequata societatis potestate
iungantur, omnes doctrinas cum maxima potestate in-
sinuant. Nam qui simul habuerint Lunam et Mercu-
rium, omnia quae discunt facillimis rationibus conse-
quuntur. Sed et [si] simul positi Luna et Mercurius
docile ingenium sapientiae largiuntur. Sed si simul 2

3 *177, 33 ἀγαθὸς* (*ἀγαθὴ scil. συμπαρουσία κ*) *μὲν περὶ δόξαν καὶ περίκτησιν*, (6) *περὶ δὲ τὰς συμβάσεις τὰς γαμικὰς ἄστατος καὶ ἀντίζηλος καὶ ἐχθρά· προξενεῖ γὰρ καὶ τὰς ἐκ συγγενῶν ἢ φίλων κακουργίας καὶ ταραχάς.* 22 *179, 10 ἀγα(θὴ) περὶ* . . .

3 honoris *aut sim.* σ 11 alienarum ζ] aliena mente **N** | desyderant *corr.* ζ 12 isdem ζ 13 ipse κζ 14 infestatur κ inferatur σ infecatur *vel* infectatur ζ *nisi recte stat* infoedatur 18 facit **N** 22 potestate ⟨auctoritatis⟩ *sive* ⟨eloquentiae⟩ potest. *cl. Catal.* σ | insinuat **N** 23 habuerunt **N** 24 facilimis r. consequantur **N** 25 *del.* ζ

positi Iovis fuerint testimonio destituti, faciunt mendaces et quorum omnes actus instabili ac variata semper facilitate mutentur. Sed et matres eorum sapientes efficient; sed infamiam illis ex inferiorum hominum concubitu semper infligunt. Sed est melior Luna ex ista coniunctione, si minorem partium possederit numerum, et si Mercurius in ampliori partium numero fuerit inventus.

XXVIII.

1 Conpletis his omnibus, antequam sermo noster ad horoscoporum transferatur exempla, illud prudentiam tuam breviter admonemus, ut ⟨in⟩ omni[bus] genitura consideres, antequam nasceretur homo, cui se primum nascens Luna coniunxerit. Si enim ortum Lunae aut simul constitutum benivolum sidus exceperit, aut eam prospera radiatione respexerit, eum quem imminens partus vicinum fecerit luci, bonum faciet ordinem geniturae sortiri. Si vero mal⟨ivol⟩arum stellarum fuerit sociata consortio, mediocris et ingloriae genitura substantiae praeparatur.

2 Omnes tibi, Mavorti decus nostrum, mixturarum explicavimus potestates: quid singulae stellae iunctae trigonica societate perficiant, quid quadrata radiatione decernant, quid efficiant diametra sibi potestate semper oppositae, quid largiantur aequabili copulatione coniunctae, quid exagonae humilis potestatis auctoritate perficiant. Sed ut haec omnia prudentiae tuae manifestius intimemus, omni apotelesmatum ratione confusa,

τὴν εἰς παιδείαν καὶ λόγον ἰσχύν . . . (2) ἀνεπίμονος δὲ ταῖς πράξεσι καὶ ταῖς γνώμαις καὶ περὶ τὸν βίον ἀνώμαλος.

4 infamia **N** 5 concubitus **N** | est ζ] et **N** 6 possederint **N** 11 horoscoporum σ] horum **N** decretorum ζ 12 suam **N** | *add. et del.* κ 13 se primum nascens σ] septimum nature **N** 15 benivolarum **N** *corr.* κ 16 quem κ] que 17 luci] Lunae κ | ordine **N** 18 *add.* ζ | fuerint **N** 22 iuncta **N** 23 decernunt . . . efficiunt **N** 26 humilis] similis *vel* simili σ 28 extimemus **N** *corr.* κ

et conparatis et coniunctis invicem potestatibus, omnia tibi decretorum insinuabo secreta, ut quicquid generali explicatione monstravimus, specialiter rursus iunctis sententiis explicemus.

XXIX.

[De servorum nativitatibus.] Si Luna et Iup- 1
piter partili fuerint radiatione coniuncti, et eos simul partiliter collocatos in dextro quadrato positus Saturnus partili radiatione respexerit, et Mars simili hos eosdem per quadratum minaci radiatione percutiat, Sol vero sit in VI. vel in XII. loco, ex ista coniunctione [percutiat societate] servilis genitura decernitur, nec expugnatus ex utroque latere Iuppiter servilibus poterit necessitatibus liberare. Si in MC. Luna fuerit 2
inventa, et in eodem loco fuerit Iuppiter constitutus, et Mars coniunctionem Lunae crescentis exceperit, et coniunctionem Martis et Lunae Saturnus minaci radiatione respexerit, bonos quidem servos facient, sed infelicitatis onere semper gravatos.

Si Lunam de diametro Mars et Saturnus pariter 3
aspexerint, et nulla benivolarum stellarum vel Lunam vel illos qui sunt in diametro constituti, salutari radiatione convenerit, aut servos efficiet ista coniunctio, aut privatos parentum praesidio misero faciet orbitatis onere praegravari.

Si Venerem et Lunam in diversis locis constitutas 4
Saturnus et Mars quadrata vel diametra radiatione respexerint, et his omnibus Iovis oportunum testimonium denegetur, a servis parentibus natos ista coniunctio perpetuo faciet servitutis onere praegravari.

Si horoscopi partem Iuppiter et Venus prospera 5

5 *incipit* **W** 9 similiter ζ 11 sit ζ] si **NW** 12 *del.* ζ 13 oppugnatus ϰ inpugn. ζ 14 MC. **W**^{b}] Merc **W**^{a} medio **N** 15 Iupiter fuerit **N**^{a} 16 coniunctione **N** | currentis **NW** *corr.* ζ 19 [semper] praegravatos ζ 21 respexerint **N** | stellarum **N**^{2}] stellar **N**^{1} stella **W** 23 convenerint **NW**

radiatione respexerint, et si hanc eandem partem id est horoscopum Sol et Luna qualibet radiatione viderint, Mars vero ⟨et⟩ Saturnus ab horoscopi parte malignos potestatis suae radios separarint, prospere natus
6 prosperius nutrietur. Si vero sine praesidio vel testimonio benivolarum stellarum horoscopi partem Saturnus et Mars minaci radiatione respexerint, aut uno de malivolis in horoscopo constituto alius in occasu constitutus horam diametra radiatione percusserit, aut in primo moriuntur vitae vestibulo constituti, aut prima vestigia lucis ingressis vitale pabulum denegatur, aut obstinato matris animo nata soboles exponitur. Quodsi sic malivolis sicut diximus constitutis horoscopo Venus aut Iuppiter testimonium conmodaverint, expositus colligetur et alienae misericordiae praesidio nutrietur.

7 Si Iuppiter in horoscopo partiliter fuerit constitutus, et in diametro Mars positus horam et Iovem partili radiatione respexerit, ceteris stellis nullum his testimonium conmodantibus, mediocris substantiae facultatem decernit ista coniunctio. Sed his ipsis multa inimicorum * * * praesidia denegari.

8 Sed sic Iove et Marte sicut diximus constitutis, Iove scilicet in horoscopo et Marte in occasu posito, si Saturnus vel Mercurius Martem qualibet radiatione respexerint, aut lunaticos faciunt, aut caducos furore
9 mentis oppressos. Si vero Iove in parte horoscopi constituto in occasu id est in diametro Saturnus constitutus Iovem horamque respiciat, in diurna genitura,

1 partium **NW** *corr.* ζ   3 Mars vero Saturni **NW** *corr.* ζ   4 separarint ζ] superarint **NW**   5 prosperus **W**^{a} 6 parte **N**   8 aliis **N**   9 horam **N**] horosco **W**   11 ingressus **NW**^{a} 13 horoscopus **N** | Venus **W**^{b}] venerit **NW**^{a} 14 commodaverit **N** (*lege* commodarint)   16 fuerit partiliter **N**   17 horosco **W** | et **W**^{b}] ad **NW**^{a} 18 his] iis **N** is **W**   19 commodarint **NW** *corr.* ζ   20 multa **W**] muta **N**   21 *lac. stat.* ζ   22 sic ζ] si **NW**   24 et (vel *suprascr.*) **N** | radiatione *geminat* **N**   25 respexerit **N** | *aut* caduco *aut excidit* ζ   28 horoscopumque **W**^{b}

et Luna plena feratur ad Iovem, divitias felicitates et
summae beatitudinis incrementa decernunt. Si vero
Iove in horoscopo constituto Venus in occasu id est
in diametro fuerit inventa, et fratres denegant pariter
et filios. Sed nihilominus divitiarum et felicitatis in-
crementa decernunt.

Si Saturnus in horoscopo par⟨til⟩iter fuerit consti- 10
tutus, et Martem habeat in occasu id est in diametro
partiliter constitutum aut in IMC. partili sibi et horae
societate coniunctum, et Luna aut plena ad Martem
aut minuta ad Saturnum feratur, ista coniunctio grave
ac miserum mortis decernit exitium. Aut enim fera-
rum morsu consumpti artus miseris lacerationibus dis-
sipantur, aut facient per praecipitia iactari, aut corpus
cadentium culminum ruinis opprimitur, aut certe qui
sic Saturnum habuerit et Martem, acerbae destinatus
neci cruentis latronum traditur manibus, aut acerbis
tempestatibus †quasi submersus inaudito genere mor-
tis opprimitur. Sed pro signorum genere mortis in- 11
venietur eventus. In ferinis enim et in agrestibus con-
stituti signis, ad necem praeparatos ferarum adferunt
morsus. In solidis vero signis constituti, nutantium
tecto⟨rum⟩ culmina inpingunt. In aquosis signis ⟨con-
stituti⟩, aut in pugna faciunt interire, aut iugulum eo-
rum saevus latronum mucro persequitur, aut certe po-
testate aliqua animadvertente plectuntur. Omnifariam 12
enim Saturno in horoscopo constituto si in occasu Mars

4 pariter ζ] patrem **NW** 7 *add.* ζ 9 partiliter **W**] pariter **N** | in IMC. ζ] inimicis **N** immitis **W** | partilis . . . societatis **NW** *corr.* ζ 16 sic *om.* **N** | habuerint **NW** | destinatum **W** 18 ⟨procellis⟩ tempestatibusque subm. ζ *cl.* *101, 24* (*possis et* ⟨fluctibus⟩ *cl. de err. 21, 22*); *genet. ident. in* quasi *inesse suspicatur* κ 20 ferinis **W**] feribus **N** 21 praeparatis *vel* auferunt σ 23 *bis add.* ζ 25 saevus ζ] servus **NW** | prosequitur **W** 26 plectitur **W** | Omnifariam σ] Ob nefarium 27 Saturno . . . constituto si ζ] -num -tum et **NW** | Mars] s *in ras. et postea alteram* s *expunctam hab.* **N**

fuerit inventus, miserae mortis decernit exitium. Sed tunc iudicantis animadversione plectuntur, cum his omnibus de quadrato Mercurius accesserit.

13 Si Mars in horoscopo partiliter fuerit constitutus, et eum de occasu id est ⟨de⟩ diametro Iovis stella respiciat, pericula et sollicitudines et dolores ista radiatio in media decernit aetate, pericula autem ex seditionibus et ex turbis; sed et causas et damna simili ratione perficiet. Sed his post multa vitae naufragia felicia decernuntur tempora senectutis. Uxores vero aut ancillas aut provectae dabit aetatis, aut publicas ⟨meretrices⟩, aut alicuius artis tractantes officia. Sed nec fratrum in eadem civitate integer numerus reservatur, sed omnes fratres ab his aut peregrinatione separantur aut morte.

14 Si Luna in aliquo cardine constituta Mars in diametro positus †et ad Saturnum ***, vel in eadem parte fuerit inventus, vel horoscopum ex alio cardine aequata partis radiatione respiciat, Iuppiter vero in VI. ab horoscopo loco vel in VIII. vel in XII. cum Luna fuerit inventus, tam diu vivit qui natus fuerit, quam Luna cum Iove fuerit inventa. Mox Luna cum Iovis transierit partem, statim ei qui natus fuerit mors properata decernitur.

15 Si Luna et Sol synodica fuerint radiatione coniuncti, et in eodem signo inter Solem et Lunam Mars medius fuerit inventus, et eos de quadrato Saturnus respiciat aequata partium radiatione coniunctus, qui

3 Mercurius de quadrato **W** 5 id est ϰσ] videns | *add.* ζ 6 sollicitudinis **N** 7 autem **W**] aut **N** 8 et causas ϰ] ex causa 11 aut *prius* W^{b}] et **N** W^{a} | puplicas **W** 12 *add.* ζ | tractantis **N W** 16 Lunam . . . constitutam M. . . . pos. aut Saturnus aspiciat vel σ pos. sit aut Saturnus ζ 17 *lac. stat.* ζ (*cf. quae l.* 19 *sq. de Lunae positione dicuntur*) | in **W**] ad **N** 18 horoscopum ex alio ζ] i Ripenalio **N** IRI penaliȯ **W** 19 vero *om.* **N** 20 horoscopo loco ζ] i Riposoloso **N** IRI polosȯ **W** (IRIPVS *frequens siglum vocis* horoscopus *in quibusdam libris*) 24 prosperata **N**

sic habuerint stellas, vitiosis oppressi humoribus inter-
ibunt, aut insaniae furoribus capiuntur, † a mari stellis
inundationibus miserae habebunt mortis exitium. Si 16
vero his sic ut diximus, id est Sole Luna Marte et
Saturno *** in VIII. ab horoscopo loco fuerint in-
venti, ceterae vero omnes stellae in VI. vel in VII.
ab horoscopo loco fuerint constitutae, facient lunaticos
epilempticos, et quorum mentem iratum vel malignum
numen semper exagitet, ut omni mentis ratione tur-
bata inconsulta sine ratione repente verba proiciant.

Si in viri genitura in XII. loco ab horoscopo Luna 17
uxoris fuerit inventa, id est si hoc signum in quo est
uxoris Luna posita, in cacodaemone † aut Mars fuerit
inventum, faciet uxorem omnibus mariti iniuriis sub-
iacere, et tali eam mentis moderatione conponit, ut us-
que ad ultimum diem vitae viri iniurias patienter ex-
cipiat. Si rursus hoc signum in quo viri est Luna posita, 18
in cacodaemone † mater uxoris fuerit constitutum, adul-
teram ex hoc pronuntiabis uxorem, et talem quae inpu-
denter contra maritum omnium iniuriarum genere gras-
setur, ⟨ut⟩ iudicio sceleratae mulieris marito adulteri
omni genere praeferantur. Sed et mariti has iniurias su-
stinentes, totum quicquid uxores fecerint patienter ferunt.

Si vero uxor et maritus in genituris suis in eodem 19
signo Lunam habuerint collocatam, vel si Lunam viri
Iuppiter mulieris prospera radiatione respiciat, aut rur-

1 oppressis **N** | humoribus σ] moribus **NW** 2 capiantur **NW** | a mari **N**] amari **W** | aut maris saevis ζ aut a maritimis σ 5 *lac. stat.* ζ; dix. ⟨collocatis⟩, idest S. ⟨et⟩ L., Mars et Saturnus in VIII. σ 8 epilenticos **NW** | mentem iratum ζ] mentem miratum **W**[b] mente miratum **NW**[a] (mente iratum *Lessing*) 10 proicient **W** 11 viri ζ] virgine **NW** | Luna] *non ipsum sidus denotat, sed Fortunam i. e. Lunae locum, cf. I 239, 20* 13 aut Mars *del.* σ [aut] mariti κζ 14 inventus **NW** *corr.* σ 15 ut **W**] et **N** 16 patientur **N** 18 mater *del.* κσ | constituta **NW** *corr.* κσ 21 *add.* σζ | adulterii **W** 22 omnis generis σ | proferantur *corr.* σ | substinentes **N** 24 vero e̤t̤ **N** 25 vel σ] mulier 26 respiciat **W**] recipiat **N**

sus mulieris Lunam viri Iuppiter simili radiatione respexerit, vel si utriusque geniturae Luna [a] trigonica radiatione iungatur, amor ipsos pari caritatis vinculo copulatus aequabili semper desiderio cupiditatis sustentat.

20 Si Venus in terreno signo fuerit inventa, et in hoc signo constituta VII. ab horoscopo locum vel MC. possederit, aut in XII. ab horoscopo loco constituta et in diametro Saturni posita partiliter radios exceperit, longae ac diuturnae viduitatis infortunia ex
21 ista radiatione decernit. Sed ⟨si⟩ sic posita Venus in matutino ortu [posita] fuerit inventa, in prima aetate constitutis infortunia viduitatis indicit. Si vero in vespertino ortu fuerit inventa, * * * aetate viduitatis decernuntur incommoda. Sed et quosdam incesto cupiditatis ardore possessos illicitos filiarum concubitus adire conpellunt.

22 Si Luna et Venus par[til]iter collocatae in nocturna genitura et in femininis signis positae occasum vel MC. possederint, et eas de diametro Mars Saturnusque respiciant, faciunt incesto furoris ardore et nefariae cupiditatis instinctu filias patribus inlicitis matrimoniorum vinculis copulari.

23 Si nuptialis signi dominus in feminino signo constitutus occasum vel MC. possederit, virgines latenter stupra * * * cupiditate conpellit. Sed stuprorum genera pro stellarum varietatibus invenimus. Nam si

1 Luna **NW** *corr.* κ | viris **NW** *corr.* ζ 2 *del.* ζ 3 vinculo *Lessing*] vel cum loco **NW** | copulatos *Lessing tamquam ex* **W**, *errans* 4 cupiditate **NW** *corr.* ζ (*an* desiderii cupiditate ?)

6 constituto **NW** | septimo ab hor. loco **NW** | MC.] nunc **W** medi[m] **N** (medium **N** *im.*) 8 posita ⟨eius⟩ κ positi *deleto* et σ ζ 10 *add.* ζ 11 *del.* ζ 12 constituti **NW** *corr.* ζ 13 aetatis **NW** *corr. et lac. stat.* ζ (*an* aet. *del.?*) 17 *del.* ζ 18 feminis **N** | occasu **N** 19 eas de ζ] easdem **NW** 21 inlicitis] in citis **NW**^{a} illicitis **W**^{b} 22 vinculis **W**] vel culis **N** | copulare **NW** *corr.* ζ 24 latentes **NW**^{a} 25 stupri **W**^{b} | *lac. stat.* ζ (*excidit infinitivus velut* adire *cum semper fere verbum* conpello *a Firmico cum infinitivo struatur, et attributum vocis* cupiditate *velut* prona) | stuprum generare **NW** *corr.* ζ

Saturnus nuptialis signi dominus fuerit inventus, aut
a patre aut ⟨a⟩ patruo aut a vitrico stuprum virgini
praeparatur, aut a sene aut a servo. Si vero nup-
tialis signi dominus Mars fuerit effectus, et sic et ipse
fuerit sicut diximus positus, cum quadam violentia
flos virginitatis eripitur. Si vero Venus nuptialis signi 24
domina fuerit effecta, et sit etiam ipsa sic ut diximus *fol. 76r I*
⟨posita, in nocturnis sacrorum vigiliis spontaneum
stupri crimen admittitur. Si vero Mercurius nuptialis
signi dominus fuerit⟩ * * * * * ante collocatus, pro-
missionum captae persuasionibus virginitatem suam
desiderio corruptoris addicunt. Sed ex occasione et
crimina concitantur, et tumultus seditiosae vocis in-
fertur. Sed fiunt maiora periculorum discrimina, si
cum Mercurio Mars fuerit inventus.

XXX.

Si in Saturni signo Iuppiter et Venus simul positi 1
easdem possederint partes, et Saturnus in vicino sit
signo, id est in secundo fuerit inventus, ut ipse
primus coniunctionem Veneris venientis ⟨ex⟩cipiat, et
Mars Lunam respiciens quacunque Veneri radiatione
iungatur, Saturnus etiam Lunam pariter aspiciat, et
Sol sit in MC., Luna et horoscopo in Cancro consti-
tutis [si], incesto furoris ardore et potestatis alicuius
praesidio sublevati matrum suarum conubia sortiuntur,
aut novercas suas praepostero mentis ardore * * * *

1 inventus] effectus ζ 2 *add.* ζ 7 fuerit] *explicit additamentum* **NW** | effecta **NW**] effectus | sit ζ] sic *ΓΔ* | etiam] et **NW** | ipsa **NW**] ipse 8 *add.* **NW** | nocturna **NW** *corr.* ζ 10 *excidit fere* effectus, et sit etiam ipse sic ut diximus 11 persuas. puellae W^b 12 ex ⟨hac⟩ a ⟨ista⟩ ϰ 14 sed ζ] et | si *om.* **DGNW**^{a} 19 ita ut W^b 20 primos *corr.* W^b**a** | coniunctionum *corr.* **W** *im.* | Veneris **W** *im.* **a**] muneris *Γ* numeris *Δ* numeros **W** *in textu* | venientes **W** (*corr. im.*) | excipiat ζ] cupiat **AB** capiat *cet.* 21 quicunque *Γ* | Veneris *corr.* **NW** 23 et] in **W** | horoscopo ... constitutis **NW**] horoscopus ... constituti 24 *del.* ϰ hii W^b hi **a** 25 sortiantur *corr.* W^b 26 noverca sua **AGD** | ⟨et incesta furoris⟩ *add. e. g.* ζ (cupid. *om.* **W**)

cupiditate possessi ad consortium tori genialis invitant. Si vero mulieris fuerit ista genitura, matrimonii gratia haec eadem mulier aut patri iungetur aut vitrico. Talem OEDIPODEM habuisse genituram antiquae ferunt memoriae lectionum. Fuit enim horoscopus in Cancro, Sol in Ariete, Saturnus in Piscibus, Iuppiter et Venus in Aquario, Mars in Libra, Luna in nebula Cancri, Mercurius cum Sole.

2 Si in finibus Mercurii Luna fuerit inventa, et masculini generis sidus acceperit, praesertim si in Aquario fuerit inventa, nec Venus Iovi trigonica radiatione iungatur, qui sic has stellas habuerint, nunquam filios sortiuntur.

3 Si in aequinoctialibus <signis> Luna in horoscopo fuerit inventa, id est in Ariete vel Libra, Iuppiter vero et Mars partili societate coniuncti in MC. vel in occasu fuerint collocati, Venus vero et Saturnus in Capricorno vel Aquario pariter constituti et eundem partium numerum possidentes Martem et Iovem qualibet *fol. 76r II* radiatione respiciant, facient steriles effeminatos et abscisos gallos, religionum caerimoniis servientes.

4 Si in domo Veneris aequata partis societate coniuncti Saturnus et Mars pariter fuerint constituti, occasum vel IMC. possidentes, et in diametro eorum Venus in domo Martis posita Saturno et Marti aequata partis sit ratione contraria, haec stellarum ordinatio eunuchi genituram nobis ostendit.

5 Si Mars et Luna diametra sibi fuerint radiatione contrarii, et easdem ambo in diametro constituti partes accipiant, Venus vero in dextro eorum quadrato fuerit constituta, et Venerem de diametro Saturnus

3 victrico **A'N** 4 *nomen Oedipodis variis modis leviter corruptum in codd.* 8 Merc. vero **W** 9 L. si i. M. fin. **W** 10 sidus] *explicit* **W** 11 Veneri Iuppiter **ΔG** 14 *add.* ζ 15 vel **a**] et 18 partis **Γ** 22 *et* 26 *possis* partium *et sic ubique* 25 Saturnus et Mars **Γ** 26 parte **Δ** | sit — contraria] societate coniuncti **A** | ratione] radiatione **N** | ordinatio **Γ**] radiatio **Δ** 31 constituta fuerit **Δ** | Venus d. d. Saturnum *corr.* ζ

respiciens per sinistrum quadratum Lunam Martemque pulsaverit, ut Venerem quidem de diametro, Lunam vero et Martem de quadrato respiciat, et Mercurius MC. possederit, [post] ex hac stellarum mixtura aut steriles aut hermaphroditi aut certe generantur eunuchi.

6 Si Saturnus et Venus in signo vel in finibus Veneris pariter constituti MC. possederint partem, et Mars ab his alienus fuerit effectus, aut pauperem ista coniunctio aut provectae aetatis decernit uxorem. Si vero sic Saturnum et Venerem constitutos trigonica Iuppiter radiatione respiciat, vel si cum ipsis fuerit inventus, ex isto Iovis testimonio vidua quidem uxor decernitur, sed divitiarum affluentia copiosa.

7 Si Venus in MC. pariter cum Iove fuerit inventa, ⟨ista⟩ sociatio adulterio cognitam decernit uxorem. Si vero his pariter constitutis Mercurii stella ad hoc idem consortium partis accesserit, et hoc marito relicto quem adulterio fuerat interveniente sortita, ad alterius mariti rursus nuptias transit, et hoc aut iuvenis amore capta perficiet, aut pauperis cuiusdam secuta concubitus, aut ignobilis concubitus humilitatem *fol. 76v I* prona mentis cupiditate desiderans, ut omnifariam pravi amoris illecebris inferioris viri consortium sortiatur.

8 Si Luna in MC. partiliter fuerit inventa, et Sol in horoscopo partiliter fuerit collocatus, Iuppiter vero in anafora horoscopi ⟨partiliter⟩ constitutus Lunae trigonica radiatione iungatur, ex ista coniunctione clara nobilitatis decernuntur insignia.

2 Venus *corr.* ϰζ | Luna v. e. Mars ΔG 3 respiciant Δ 4 *del.* a 5 sterilis Δ | hermofroditi ΔA 7 partes Γ 11 respexerit Δ | si *om.* Δ 14 in medio caeli pariter N] et Mercurius pariter D in Mercurii parte Γ 15 *add.* a] sociatio ista A sociatio haec Δ 17 partis] pariter N *omissum* consortium | et *del.* ϰ 18 intervenientes sortiti *corr.* a 19 et ϰζ] aut 20 secuta] sectata ζ 21 concubitus *om.* Δ | humilitatem ϰ] humiliat BG humilitat *cet.* 25 in MC. Δ] in Mercurio A cum Mercurio BG 27 *add.* Nv

9 Si in MC. Venerem constitutam trigonica Iuppiter radiatione respiciat, vel si cum ea fuerit inventus, et Venus ab omnibus malivolarum stellarum fuerit radiationibus separata, feminarum praesidio ex ista coniunctione maxima felicitatis insignia conferuntur, aut ex aliquo femineo opere initium felicitatis accipiunt. Sed hos eosdem facit musici carminis modos dulciter flectere, aut citharam lyramque percutere, aut certe molli corporis flexu cum grata venustate saltare.

10 Iuppiter semper in MC. partiliter constitutus misero libidinis studio ad sordidarum mulierum concubitus inpellit. Si vero cum eo Mars fuerit inventus, et ipse eandem possidens partem, uxorem eius alter violenter arripiet. Si vero his Veneris accesserit stella, illustribus viris de meritorio detracta mulier coniugali gratia copulatur. Si vero his omnibus Sol quadratus accesserit, concubinis patrum aut novercis suis nefaria cupiditate iunguntur, et retractas patrum uxores matrimonii societate coniungunt. Sed cum fuerint nuptiae prava cupiditate conpletae, interveniente mulieris fuga dissolvitur matrimonium, quod fuerat infaustis ominibus copulatum.

fol. 76v II Si Mars in MC. cum Luna fuerit inventus, et
11 Iuppiter in horoscopo fuerit partiliter collocatus, in occasu vero Sol fuerit constitutus, Iovem de diametro, Martem vero et Lunam quadrata radiatione respiciens, nuptias ista coniunctio cum exitiabili certaminis conflictatione decernit. Tunc gravia vulnera minax contendentium gladius infligit, tunc gravis pugna saevi ardoris certaminibus concitatur, tunc famosa proeliorum certamina saevi ardoris cupiditatibus excitantur,

3 malivolarum stellarum σ] stellarum scilicet malivolarum Δ stellarum *om.* Γ 8 cytharam ΔG 9 salutare Δ 17 concubiis ΔG | novercarum nefaria Δ 18 et] aut σ | retractas Γ (*cf. 153, 22*)] retractatas Δ 19 ⟨sibi⟩ societate σζ *sive alibi* 20 perveniente *corr.* ζ 26 Lunam de quadrato respiciens Δ 29 infligit *om.* Δ | pugnae *corr.* ζ

tunc ⟨cum⟩ cadentium gemitu strepituque pugnantium
acerba profusione sanguinis contractae nuptiae cruen-
tantur. Tale PARIS ALEXANDER decretum habuisse sug- 12
geritur, cuius ex nuptiis pugnarum famosa certamina
et fabulosa patriae excidia contigerunt. Sed totum
Alexandri Paridis decretum hac fuerat ratione conpo-
situm. Hora fuerat ⟨in⟩ Aquario, Sol ⟨in⟩ Leone,
Luna ⟨in⟩ Scorpione, Saturnus ⟨in⟩ Leone, Iuppiter
⟨in⟩ Aquario, Mars ⟨in⟩ Scorpione, Venus ⟨et⟩ Mer-
curius ⟨in⟩ Geminis.

Si Saturnus et Mars in MC. fuerint partiliter col- 13
locati, aut hunc eundem locum in aliis cardinibus con-
stituti quadrata vel diametra radiatione respiciant, nec
eorum malitiam Iovis ac Veneris salutaria praesidia
mitigarint, laboriosos pauperes misero onere pauper-
tatis oppressos et quottidiani laboris continuatione
quassatos perficiet ista coniunctio, ut quottidianis cor-
poris laboribus misera vitae alimenta quaerantur. Si
ve⟨ro⟩ hunc eundem locum Mars de diametro respe-
xerit, Saturno in MC. sive in IMC. aut certe in horo-
scopo constituto, sintque omnes ⟨Iovis⟩ divino testi-
monio destituti, cum praecedentibus malis publici car-
ceris custodia et ferrea decernuntur vincula [carceris]
catenarum. Si vero his sic constitutis plenam lumi-
nibus Lunam Iuppiter clementi radiatione respexerit,
post multos labores et post multa discrimina liberantur.

1 *add.* ζ | gemitus strepitusque **Δ** *Num hoc recte se habet et ante* acerba *inserendum* tunc *?* ζ 2 ⟨et⟩ acerba ϰ 6 fuerat **N**] fuerit 7 fuerit *corr.* ζ (*del.* ϰ) | in *septies add.* **N**; *in archetypo apparet sigla fuisse sic fere:* ℞ ≈. ☉ ♌. ☾ ♏. ♄ ♌. *etc., atque ita etiam Firmicum scripsisse credimus.* 9 et *add.* **A**, *archet. habuit* ♀ ☿ II 11 Mars **Γ**] Sol **D** Mars (vel Sol) **N** 15 miseros **Δ G** 17 cotidiani **Δ** 18 miserae **Δ** 19 *add.* **a** 20 Saturno ... constituto **a**] Saturnum ... constitutum **Γ** Saturnus ... constituti **Δ** | sive] aut **N** 21 *add.* **N** (omni divino σζ) 23 custodiam *corr.* ζ *sed possis et* decernunt | *del.* **a** 26 multa] multorum **Δ** *unde* multorum ⟨periculorum⟩ ζ (discriminum **N**)

14 Si Mars in MC. partiliter fuerit inventus, et secundum ab eo signum ⟨in⟩ vicino posita Saturni stella possideat, laboriosos pauperes et vitam manu quaerentes efficiet ista coniunctio. Sed et faciem eorum
fol. 77r I tristis semper vultus innubilat. Sed et si in MC. Mars constitutus * * * aequata parte respiciat, et in medii caeli secundo signo Saturnus sic sit sicut ante diximus constitutus, maiora decernuntur onera infelicitatis, et maiorum infortuniorum cumulus accedit. Sed et nunquam hi qui sic eos habuerint quod desiderant consequuntur.

15 Si Luna in labris Arietis vel in Capricorno fuerit inventa, vel Tauri labra simili ratione possederit, mulieres quidem viragines faciet, viros vero ad omnia vitia libidinum semper inpellit, ut misero concitati libidinis stimulo inpuri et inpudici coitus vota concipiant. Quod si Luna in his in quibus diximus signorum fuerit partibus collocata, et has easdem partes Mercurius et Mars cum Luna positi eadem ratione possederint, et Luna a Martis defluat stella, in quacumque signi parte Luna fuerit inventa, ex hac parte vitium libidinis invènitur. ⟨Sed si hos sic collocatos Iuppiter trigonica radiatione respiciat, vel si cum ipsis fuerit inventus,⟩ praedictorum vitiorum tegitur et mi-
16 tigatur inprobitas. Si vero sine testimonio Iovis Venus fuerit cum his inventa, omne vitium inpudicae inpuritatis indicitur. Tunc viri spontaneo furoris ardore muliebria patiuntur, tunc inpura facinora ardore vitiosae libidinis exequuntur. Si vero fuerit mulieris

2 *add.* ϰ (vicina ζ) 5 sed etiam et Δ 6 *lac. stat.* ζ | in *et* constitutus *del.* a 10 habuerint **N**] habuerunt 12 labiis *corr.* ζ | Capricorni **D** 13 labra **BG**] labia **A′** libra Δ | radiatione Δ 14 et quidem Δ | facit **AD** 17 sign. fuer. part. **BG**] sign. part. fuer. **A′** f. s. p. **D** fuerit *om.* **N** 20 ad ... stellam Γ 22 *add.* **N** | collocatus **N** *corr.* ζ 24 vitiorum praedictorum Δ**G** 27 spontanea furoris ad horam *corr.* ϰσ 28 inpuro *corr.* σ | facinora ardore ζ] honore (*sic* **AB** honere **G** onere Δ) ardorem

ista genitura, meretricem prostituti pudoris efficiet, et quae corpus suum pravis libidinum cupiditatibus tradat, pudorem suum mercedis quottidianae gratia potestati lenonis [se] addicens, et erit in publicis meritoriis prostituta, etiamsi †recto genere videatur esse progenita.

Si Sol et Luna et horoscopus ita sint in genitura 17 collocati, ut nulla sibi sint omnes ratione coniuncti, ut Sol horoscopum non videat, et Luna rursus nec Solem nec horoscopum similiter aspiciat, nec sint aliqua partium societate coniuncti, tanto paupertatis onere defatigantur, ut hi qui sic eos habuerint vario infelicitatis onere praegravati ad extremum exitium mendicitatis accedant.

Si Sol et Luna feminini generis possederint signa, 18 ⟨et⟩ horoscopus in feminino signo fuerit inventus, et in horoscopo sit Mercurius positus partiliter, manibus suis naturam suam amputare coguntur.

Si Sol et Luna in horoscopo partiliter fuerint *fol. 77r II* constituti, aut unus horoscopum praecedat et alius 19 subsequatur, ita tamen ut hoc in horoscopi fiat signo, et in anafora horoscopi Mars sit constitutus, et Saturnus Marti aliqua testimonii radiatione iungatur, oculis miserum onus caecitatis inponitur.

Si Luna in MC. fuerit inventa, et in IMC. Venus 20 constituta partili Lunam radiatione respiciat, ista coniunctio incestae cupiditatis ardore sorores fratribus iunget uxores.

Si in dextro quadrato Lunae Venus fuerit collo- 21 cata, faciet homines ad omnia officia negotiorum praeparatos, qui sibi multarum amicitiarum praesidia con-

4 *del.* **a** 5 recto] honesto ϛ (ex alto **a**) 8 omnes] luminis ϰ | radiatione **D v** 9 ut] et **N** 13 exitum Δ 16 *add.* ϰϛ 17 partiliter positus ϛ 18 amputare ϰσ] putare 21 horoscopo *corr.* ϛ 25 IMC. (*vel potius* imo caeli *ut semper* fere) Δ] MC. Γ 27 incesta Δ 28 iungere uxores facit Δ 30 paratos ϰ *commendante clausula*

quirant, et quos uxores fido diligant semper affectu, et facit omnibus amicis amabili caritate coniunctos. Sed haec fortius convalescent, si unum de duobus trigonica Iuppiter radiatione respiciat.

22 Si hora in signo Virginis fuerit inventa, et in eadem hora Mars et Mercurius et Venus partiliter fuerint collocati, Iuppiter vero in occasu collocatus Piscium possederit signum, et his qui in horoscopo sunt partili radiatione iungatur, Sol vero in anafora horoscopi id est in Libra sit constitutus, et Luna quintum ab horoscopo locum in Capricorno constituta possideat, Saturnus vero in nono ab horoscopo loco positus signum Tauri teneat, qui sic hos omnes habuerit talis erit orator, ut in modum fulminum dictorum eius sententiae proferantur, ut pro arbitrio eius multitudinis animi aut quiescentes excitentur, aut incensi facile mitigentur. Talia etiam erunt eius dicta, ut haec ad augmentum et ad nutrimentum ingenii sui posteritas contentiosa animositate perdiscat. Talis orator †apud Macedonem Philippum non armorum vi sed orationis licentia persequebatur, et ut manifestius explicemus: haec genitura divinum DEMOSTHENI inspiravit ingenium.

23 Si in Sagittario in finibus Veneris Mars et Mercurius et Venus simul fuerint collocati, et horoscopus eiusdem partis possederit finem, Iuppiter vero in Ge-

1 diligunt *corr.* a | semper diligunt Δ 3 si Γ] sed Δ 5 si horoscopus ... inventus Δ 8 et Δ] sed Γ 9 ratione Δ 10 quinto ... loco *corr.* ϰ (in quinto Δ) 11 in ϰ] id est in **N** id est **D** *om.* Γ | Capricorno **N**] Capricornum 12 possederit, Saturnum ... positum Δ | vero *om.* Δ | horoscopi Δ 13 hos *om.* Δ**G** 15 eius GD^2] enim ND^1 et **AB** 16 excitantur Δ 17 talia Δ] alia Γ | dicta eius **A** 18 ad *sec. om.* Δ**G** 19 praediscat Δ 20 apud] aliquando ζ | Macedone **N** Macedonie *cet., corr.* v | Philippum Γ] philosophum Δ | non ζ] nomine | armorum Γ] annorum Δ | vi (*i. e.* VI) σ] septem (*vel* VII) 25 in horoscopo Δ 26 fines ϰσ

minis constitutus ex occasu hos omnes diametra radiatione respiciat, sitque illis aequalium partium societate coniunctus, Sol vero in Capricorni signo et Luna in quinto ab horoscopo loco constituta Arietis si- *fol. 77v I* gnum teneat, ita ut in capite sit Arietis (in his enim partibus facit caecos), Saturnus vero in nono ab horoscopo loco sit positus ⟨id est⟩ in Leone constitutus, haec genitura divinum poetam heroici cuiusdam carminis facit, ut Martios strepitus pugnarumque metuenda certamina famosi carminis nobilitate perscribat. Talis genitura HOMERUM divinum Iliaci carminis fecit interpretem.

24 Si horoscopus in Aquario fuerit inventus, et in parte horoscopi Mars et Mercurius et Venus sint partiliter collocati, in occasu vero Iuppiter positus Leonis habeat signum, et in anafora horoscopi Sol constitutus signum Piscium teneat, Luna vero in Geminis collocata, et in quinto geniturae loco constituta, horoscopum trigonica radiatione respiciat, et Saturnus nonum ab horoscopo ⟨locum⟩ tenens in Librae sit signo constitutus, haec genitura divinarum et caelestium institutionum reddit interpretem, qui docili sermone et divini ingenii potestate conpositus, ⟨et⟩ caelesti quodammodo institutione formatus, vera disputationum licentia ad omnia secreta divinitatis accedat. Haec genitura PLATONIS fuisse suggeritur.

25 Si horoscopus in Libra fuerit inventus, et Mars et Venus et Mercurius in eodem sint horoscopo partiliter collocati, Iuppiter vero in occasu positus, id est in signo Arietis collocatus, Martem Venerem et Mercu-

1 ex occasu Δ G] et occasus 2 respexerit Δ | aequata ζ 3 in dextro Capr. Δ | *aut* vero ⟨sit⟩ *aut* [in] Capr. signum ζ 7 *add.* ζ 9 fecit Δ G 10 praescribat *corr.* v 11 Iliaci N] in iliacum hii D milia cumei Γ 14 et *prius om.* Δ 17 signum piscium Γ] pisces Δ 18 et] id est ζ | constitutus A G 19 trigona Δ 20 *add.* ζ | signo sit Δ 23 *add.* a (ac) 29 id est *om.* Δ 30 et Venerem Martem et Mercurium Δ

rium et horoscopum diametra radiatione respiciat, Sol vero in Scorpione positus in anaphora sit horoscopi constitutus, Luna etiam in Aquario posita quintum ab horoscopo locum teneat, Saturnus vero in nono ab horoscopo loco constitutus in Geminis sit collocatus, haec genitura divinum poetam lyrici carminis reddit, qui choreas libero rhythmo severa religiosi carminis moderatione conponat. Talis genitura PINDARO et ARCHILOCHO dulcissimi carminis modos divina ingenii inspiratione largita est.

26 Si hora in Ariete fuerit inventa, in finibus scilicet Iovis, et Mars et Venus et Mercurius in eodem *fol. 77ᵛ II* sint horoscopo partiliter constituti, et Iuppiter in Libra positus, id est in occasu, diametra horam radiatione respiciat, Sol vero in anafora horoscopi positus signum Tauri possideat, et Luna in quinto ab horoscopo loco collocata Leonis signum teneat, Saturnus vero in nono ab horoscopo constitutus loco Sagittarii habeat signum, haec genitura divinum facit artis mechanicae repertorem. Hic ille est noster, cuius ingenio fabricata sphaera lapsum caeli et omnium siderum cursus exemplo divinae imitationis ostendit. Hic est Syracusanus ARCHIMEDES civis meus, qui Romanos exercitus mechanicis artibus saepe prostravit. Hunc Marcellus in triumpho victoriae constitutus, inter ovantes militum strepitus et triumphales laureas collocatus, lugubri maerore deflevit.

1 et horoscopum *om.* Δ 7 libro Δ | rhythmo κζ *ex* v (*quae* rhythmos)] redimitus | severa κ] sed errare (sed et raro N) 8 Archiloco *codd.* 9 modus **BD** modo **G** 11 horoscopus . . . inventus Δ 14 horoscopum Δ 15 respiciens Δ 18 collocatus Δ | loco *ante* collocatus *ponit* **N** *om.* **D** | Sagittarium Δ**B**[a] 19 faciet Δ 20 hinc Δ 23 archimenides Δ**A** | civis meus σ] quis meus Γ qui naves Δ 25 Marcellum **AB**

XXXI.

Sed sufficienter tibi, Mavorti decus nostrum, illustrium virorum decreta narravimus. Nunc ad incepti operis ordinem revertamur.

Si Saturnus in Libra fuerit constitutus, in finibus 1 scilicet Iovis et in altitudine sua, et in eadem parte horoscopus fuerit inventus, in Ariete vero Venus constituta horoscopum ex occasu diametra radiatione respiciat, Mars vero et Luna aequata partium societate coniuncti in MC. sint partiliter collocati, Sol vero et Mercurius in Geminis constituti nonum ab horoscopo locum teneant, Iuppiter vero in Aquario positus et stationem faciens quintum geniturae possederit locum, haec genitura potentissimum regni decernit imperium, vel potentis dignitatis decernit insignia.

Si Luna in duodecimo ab horoscopo loco id est 2 in cacodaemone fuerit inventa, et sit in eo signo quod Saturni dicitur trigonum, id est in Aquario aut in Geminis aut in Libra, Sol vero in sexto ab horoscopo loco constitutus Lunam diametra radiatione respiciat, similique sint partium societate coniuncti, Iuppiter vero in octavo sit geniturae loco constitutus, laboriosae paupertatis ex ista genitura et miserae mendicitatis decernuntur incommoda.

Si Luna et Mars in septimo sint ab horoscopo 3 loco constituti, id est in occasu, et sint in eo signo constituti, in quo Martis invenitur trigonum, id est aut in Cancro aut in Scorpione aut in Piscibus, Iup- *fol. 78r 1* piter vero in MC. sit partiliter collocatus, et eis Sol trigonica radiatione iungatur, athletam faciet ista genitura, sed qui sacri certaminis victor famosa reportet insignia coronarum.

6 et ϰ] id est *cf. I 44, 9 et 48, 9* | horoscopi *corr.* ϰζ 11 constituti *Γ*] collocati *Δ* 16 Luna *om. Γ* 20 diam. paupertatis radiatione *Δ* 26 loco *om. Δ* 27 collocati *Δ* 29 ei a 31 sacris certaminibus *corr.* ϰ (⟨in⟩ sacris a) | repetet *Δ*

4 Venus si in feminino signo collocata in occasu geniturae fuerit inventa, et Mars in feminino similiter signo fuerit inventus, Sol etiam et Luna signa feminina possideant, cinaedum tibi hominem ista genitura demonstrat.

5 Si in parte horoscopi Saturnus et Mars simul fuerint constituti, et sit feminini generis signum, et in occasu Venus et Mercurius positi femininum teneant signum, vel si in MC. Mars et Saturnus partiliter constituti feminini habeant generis signum ⟨et Mercurius et Venus in IMC. positi feminini generis signum⟩ calcent, publicos cinaedos haec genitura aut certe abscisos gallos efficiet. Si vero mulieris ista genitura fuerit, meretricem publicam nundinato pudore perficiet.

6 Si in octavo ab horoscopo loco Luna et Mars simul fuerint collocati, et eos Mercurius in diametro constitutus partili radiatione respiciat, inmodico crudelitatis ardore latrones ista genitura perficiet, sed facinora eorum pro stellarum varietatibus invenimus. Si enim in terrenis signis Mars et Luna fuerint collocati, in desertis locis grassator constitutus latrocinantem manum profusione sanguinis cruentabit. Si vero in aquosis signis fuerint constituti, pecorum abactores efficient, insequentibus hominibus minaci semper gladio resistentes. In solidis vero signis constituti, famosos domorum effractores efficient, sed qui armati gladio quiescentibus hominibus et patrimonii iacturam et vitae discrimen infligant. Sed hi omnes in istis facinoribus conprehensi publicae animadversionis severitate plec-

1 ⟨id est⟩ in **N** 5 demonstrat *Γ*] significat *Δ* 7 sit] sint **BG** 10 signum generis **D** femininum habeant signum **N** | *add.* **N** 11 imo **N** 12 haec **D**] et **N** ex *Γ* 13 faciet *Δ* 14 nudato *Δ* 15 loco *om.* *Δ***B** | Luna cum Marte **AB** 17 inmodico σ] in medio 19 invenies *Δ* 22 cruentavit *Δ* 23 efficiet *Δ* 24 insequentis **BGN** 26 efficiet *Δ***B** | armato *Δ* 27 vitae discrimen **a**] varie crimen 28 hi omnes ζ] homines 29 animadversionibus **BG**

tuntur. Sed si Mars et Mercurius in IMC. vel in occasu simul fuerint constituti, Luna vero aut in diametro eorum aut in quadrato sit aut cum ipsis plena luminibus, haec eadem quae diximus simili ratione *fol. 78r II*
decernunt.

Si Saturnus et Venus in occasu geniturae fuerint 7
collocati, in octavo vero ab horoscopo loco Mars fuerit constitutus, Mercurius vero aut cum Marte aut cum Saturno et Venere, nec aliquem horum Iuppiter prospera radiatione conveniat, haec genitura aut servos faciet aut gallos, sed qui omnia inpudicae inpuritatis vitia sustineant.

Si Mars in horoscopi parte fuerit inventus, et in 8
occasu Venus partiliter constituta, MC. vero partem Saturni stella possideat, et Luna sit in IMC. posita, inpurum hominem ista genitura perficiet.

Si Mars in MC. fuerit inventus, in feminino scilicet 9
signo, et Saturnus et Venus in XI. sint ab horoscopo loco constituti, horoscopus vero cum Iove et Luna et Mercurio in Veneris signo sit constitutus, aut matres suas aut novercas aut matrum sorores qui sic has stellas habuerint incesta libidinis cupiditate corrumpunt.

Venus cum Saturno in horoscopo constituta, in quo- 10
cunque signo in quibuscunque partibus posita, †genitura licentia potestatis aut meretrices publicas aut provectae aetatis decernit uxores, praesertim si nulla illos Iuppiter radiatione respiciat.

Iuppiter et Mars si in MC. simul fuerint partiliter 11
collocati, faciunt homines praeconio bonitatis ornatos,

1 et Mercurius *om.* Δ | IMC] imo Δ | occasu cum Mercurio simul constitutus Δ 4 radiatione Δ 5 decernunt a *convenit clausulae*] decernuntur 8 vero aut Δ] autem aut G autem AB 9 Venus A′B | eorum Δ 13 Mars et Iupiter N 15 possederit etiam Luna sit in imo posita Δ 18 sint *om.* Δ 20 sint constituti Γ sit constituta Δ 23 Venus et Mars N | constituto v 24 et in a | posito ζ | in genitura Δ ex hac gen. ζ 28 in medio caeli partiliter fuerint collocati Δ

et quibus semper beatae felicitatis insignia conferantur, praesertim si in domo Iovis vel in finibus Iovis fuerit ista coniunctio.

12 Si in MC. Mars fuerit, aut in domo sit Lunae constitutus, et in eo loco Iuppiter cum Venere et Marte sit pariter collocatus, et ad Iovem feratur Luna plena luminibus, maximae felicitatis insignia decernit ista sociatio.

13 Si in MC. Mercurius Saturnus Mars Venus pariter et Luna consistant, aequata partium societate coniuncti, egestatem et onus miserae paupertatis indicunt, et hos eosdem faciunt ianitores, ad hoc obsequium mendicitatis necessitate conpulsos, sed et filiorum mortes frequenti infortuniorum calamitate demonstrant.

fol. 78v I Si in quinto ab horoscopo loco Mars et Venus
14 simul fuerint constituti, et sit Luna in horoscopo partiliter collocata, clarae nobilitatis decernuntur insignia, et regum fidus amor ex ista societate decernitur. Sed hi adulteriis cognitas sortiuntur uxores. Decernuntur etiam illis ad honoris ornatum praetextae et aureae vestes et aurearum insignia coronarum.

15 Si in malivolae stellae signo horoscopus fuerit inventus, et ⟨sit⟩ ipsa stella malivola in XII. ab horoscopo loco posita, homines faciet canum morsibus dissipari. Sed si XII. ab horoscopo locus in malivolae stellae sit signo constitutus, et ipsa malivola stella (cuius esse domicilium diximus XII. scilicet locum) in VII. ab horoscopo loco id est in occasu sit constituta, hoc idem mortis discrimen indicit, nisi flebile mortis exitium et gravium infortuniorum metuenda discrimina bonum

5 eodem ζ 6 sit **BG**] sic 9 Saturnus Mercurius **D** Saturnus Iupiter et Mercurius **N** 11 miseriae paupertates **DG** 15 Mars et Venus vel Saturnus **N** 19 adulteris *Γ* adulterio *Δ corr. κσ* 20 honoris **A′***Δ*] oneris **BG** *Pat.* | ornatus *Δ* | praetexta *corr. κσ* 23 *add. κζ* 25 sed ζ] et 26 malivolae stellae **BG** | domicilium esse *Δ* 27 locum ζ] loci (*an* in loco?) 30 gravium ζ] gravis *nisi quod* gravia **A**

testimonium Iovis pariter ac Veneris salutari numinum suorum praesidio mitigarit.

16 Si in trigono Martis Luna et Sol simul fuerint constituti, id est aut in Cancro aut in Scorpione aut in Piscibus, et ipse Mars aut in MC. aut in occasu fuerit inventus, assiduae peregrinationis decernuntur incommoda, et in extraneis regionibus et in peregrinis ⟨locis⟩ constituti extremum conplent diem vitae.

17 Si Mars cum horoscopo pariter in trigono suo fuerit inventus, id est aut in Cancro aut in Scorpione aut in Piscibus, et horoscopantẹ Marte Venus cum Mercurio in occasu fuerit constituta, et sint Marti aequata partium societate coniuncti, hi qui sic has stellas habuerint uxorum suarum mali interfectores existunt.

18 Si horoscopus in signo Veneris fuerit inventus, ⟨et⟩ in eodem horoscopo Venus sit partiliter collocata, Mars vero et Luna in occasu sint in signo Martis pariter constituti, in finibus scilicet Martis, mater geniturae eius gladio percussa morietur.

19 Si Luna in MC. fuerit inventa, et in IMC. Saturnus et Mars et Iuppiter sint pariter constituti, is qui sic *fol. 78v II* ⟨eos⟩ habuerit de patriis la[bo]ribus retractus grave iugum captivitatis accipiet.

20 Si Luna in MC. fuerit inventa, et cum ea Mars et Saturnus constituti aequata partium societate iungantur, aut sequestres aut ministros turpium libidinum ⟨facient, ut⟩ * * * quaestum vitae illis praesidia conparentur.

7 et *alt.*] aut **N** | *add.* σ 8 vitae diem **AN** 9 pariter **A'**] parte **BG** *om.* Δ | trigonis suis *corr.* σ 11 horoscopante ζ] horoscopantes Δ horoscopi partibus **A'** horosc partibus **BG** | Marte ζ] Mars et Γ Mars Δ 12 fuerint constituti Γ 13 partis Δ 14 erunt et existunt **N** 15 *add.* **v** 20 MC.] imo **N** | IMC. **D**] MC. at in IMC. **B** MC. *cet.* 22 *add.* ζ | patriis ϰ] patris | *del.* ϰ | detractus Δ 25 partis **D** partes **N** parte **G** 27 facient *add.* **a** ut *add.* **N** | *excidit* per *et attributum vocis* quaestum | quaestu **Nv** | vitae *post* praesidia Δ**G**

21 Si Saturnus in VI. ab horoscopo loco fuerit inventus, et Venus et Mercurius in XII. ab horoscopo loco sint constituti, et hi omnes diametra se radiatione pulsantes aequata partium societate iungantur, filias suas incesto cupiditatis ardore ad coniunctionem tori genialis associant. Sed et si Venus et Mercurius et Iuppiter domicilia sua mutaverint, hoc idem simili ratione decernunt.

22 Si in XI. ab horoscopo loco Venus et Mercurius et Iuppiter et Saturnus simul fuerint partiliter constituti, et omnes aequata partium societate iungantur, uxores sic positi ancillas potentissimorum virorum decernunt.

23 Si Saturnus et Venus in MC. sint partiliter constituti, et eos Iuppiter nulla radiatione respiciat, et sit mulieris ista genitura, cum eunuchis vel cum sterilibus viris inefficaci libidinis cupiditate concumbit.

24 Si in V. ab horoscopo loco vel in XI. Venus et Iuppiter pariter sint ⟨constituti⟩, et eos nulla ⟨benivola⟩ stella ex aliqua parte respiciat, difficiles nuptias aut graves decernunt ex nuptiis simultates, ut semper acerbis dissensionibus inplicati iurgia inter se [simul] malignae simultatis exerceant.

25 Si Mars et horoscopus aequabili partium societate iungantur, ⟨et⟩ in domo Iovis fuerint constituti, et Martem et horoscopum Saturnus trigonica radiatione respiciat, et Luna sit in novissimis horoscopi partibus constituta, hi qui ⟨sic⟩ has stellas habuerint aut cum

3 collocati *Δ* | se diam. **D** se *om.* **N** 4 partis *Δ* 5 coniunctionem *Δ*] contentionem *Γ* communionem *σ* consortium *ζ* 6 adsociant *Γ*] adducent *Δ* | Iupiter et Mercurius *Δ* 7 Iuppiter] Saturnus *ζ* 9 XII *Δ* 10 partiliter *ante* fuerint *pon.* **D** *om.* *Γ* 11 partium *Δ* **A**] partiliter **BG** 12 virorum **N**] divitum 19 *add.* *ζ* | *add.* *σ* 21 ut *Γ*] et *Δ* 22 inter se *Δ*] lites **AB** lites inter se **G** | *del.* a 23 exercent *corr.* *ζ* 24 et horoscopus *Δ*] cum horoscopo *Γ* | partis *Δ* 25 iungantur *Δ* **A**] iungatur **BG** | *add.* v 28 *add.* *ζ*

matre aut certe cum noverca concumbunt. Si vero mulieris sit ista genitura, aut cum patre suo aut cum vitrico suo incesta libidinis cupiditate concumbit, et erit nihilominus ista mulier circa omnem libidinem vitio prostituti pudoris inpatiens. Si vero Saturnus *fol. 79r I* in V. ab horoscopo loco fuerit inventus, et Mercurius cum Venere in XI. ab horoscopo loco sit, privignarum nuptias cum nefaria cupiditate decernunt.

⟨Si⟩ in quocumque cardine Saturnus fuerit inven- 26 tus, et in diametro positum Mercurium minaci radiatione respiciat, ex ista radiatione filiorum soboles denegatur.

Si Sole in horoscopo constituto Mars cum Saturno 27 in anafora horoscopi fuerit inventus, in dextro oculo vitium aliquod infligitur. Si vero Luna sit in horoscopo constituta, et in anafora horoscopi Mars et Saturnus fuerint inventi, hoc idem vitium sinister oculus accipiet, sed haec in nocturna genitura. Sed si in MC. Luna fuerit inventa, et Sol sit in horoscopo constitutus, Saturnus vero IX. ab horoscopo locum teneat, et Mars sit in XI. ab horoscopo loco constitutus, scilicet ******* et Lunam in VI. loco ab horoscopo constitutam diametra 28 radiatione respiciat, Saturnus vero et Sol partili societate coniuncti in VIII. ab horoscopo loco sint constituti, miserum exitium caecitatis infligunt. Sed et si Luna in IMC. fuerit inventa, et Saturnus et Sol et Mars in VIII. ab horoscopo loco constituti Lunam trigonica radiatione respiciant, caecitatem et debilitatem corporis

1 certe *om.* **AB** 3 victrico **D** marito **N** | suo *om.* Δ 7 cum *om.* Δ 8 nefaria Δ] fama varia nefaria **A** faria vel nefaria **BG** 9 *add.* κζ 10 et sic Γ (sit **A**) | positus Δ 13 cum Saturno Δ] et Saturnus Γ 14 ab horoscopo Δ 16 constituta *om.* Δ | et v] aut 17 fuerit inventus **AB²** (*probat* σ *qui* Mars cum Saturno) 18 accipiet **AB**] assequitur Δ assequetur **G** | sed *om.* Δ 19 sit *om.* Δ 21 loco *om.* **A'B** | scilicet *om.* Δ**A** | *excidit decretum, quod de suo add.* **a** 23 partili Γ] pariter Δ 24 sint *supra post* VIII *esse malit* ζ

⟨cum⟩ misera mendicitate decernunt. Sed et si Saturnus in XII. ab horoscopo loco fuerit inventus, et Sol et Luna et Mars simul positi Saturnum trigonica radiatione respiciant, caecitatem etiam ex ista societate
29 decernunt. Sed et si Sol et Mars in VIII. ab horoscopo loco fuerint constituti, et in diametro eorum in humano signo collocata Luna cum Saturno fuerit inventa, et haec radiatio caecitatem cum corporis infirmitate decernit. Sed et si Saturnus in occasu sit constitutus, et Mars in horoscopo, Sol vero in anafora sit horoscopi positus, ⟨et⟩ in VI. ab horoscopo loco Luna sit constituta, processu temporis caecitas valitudine suffusionis * ⟨suffusionis⟩ vitio afferunt caecitatem. Sed et si Luna in horoscopo fuerit constituta, et Sol sit in VII. ab horoscopo loco idest in occasu positus, maximum vitium oculis affertur.

fol 79r II Si in MC. Mars fuerit inventus, et Saturnus in
30 XI. ab horoscopo loco sit constitutus, Sol vero in anafora sit horoscopi, et Lunam in VIII. ab horoscopo loco constitutam diametra radiatione respiciat, extincto uno oculo lumen unius oculi reservatur.

31 Si Mercurius et Luna simul fuerint constituti, et sint aequata partium societate coniuncti, et in sinistro quadrati latere Martem habeant et Venerem constitutos, aut corpus acuto capite deformant, aut oculorum aciem perversa luminum conpositione dedecorant, aut cervicem uno facient latere deflexam.

32 Si Sol in horoscopo fuerit inventus, et in IMC. sit Saturnus constitutus, et dextrum trigonum ab horo-

1 *add.* σζ 1 *et* 5 sed et *om.* Δ 2 fuerit] sit **A B** 7 collocati *corr.* ζ 11 sit *post* vero *hab.* **A** *post* horoscopi **N B** | *add.* **a** 12 processu — 15 constituta *om.* Δ **v** 13 *post* suffusionis: ⟨affertur⟩ *add.*, suffus. *geminat* ζ *totum decretum excidisse ratus*, caecitas valit. *del.* κ *sine lacuna* 18 MC.] imo caeli **N** 19 sit *om.* Δ *post* Saturnus *ponit* ζ 20 Luna . . . constituta Δ 22 extinctio Δ | uno *om.* Δ | oculo lumen κσ] oculorum et 24 sinistri **A** 27 dedecorat Δ 28 uno **a**] nunc 29 Saturnus sit **D** *clausulae aptius*

scopo Luna possideat, etiam ista coniunctionis sociatio
periculum caecitatis infligit. Sed et si in tropico signo
Saturnus et Luna simul fuerint constituti, et in diametro
eorum Mars et Sol sint pariter collocati, et ex
ista coniunctione oculis periculum semper affertur. Sed
si sic collocatis Iuppiter in MC. fuerit inventus, omnia
paupertatis relaxat incommoda. Sed et si in MC. Sa- 33
turnus et Luna fuerint inventi, et Sol et Mars in VIII.
ab horoscopo loco sint constituti, etiam sic miseria decernitur
caecitatis. Sed et si Sol in horoscopo fuerit
inventus, et in anafora horoscopi sit Saturnus constitutus,
Luna etiam in MC. posita Mars in XI. ab
horoscopo loco inveniatur, etiam sic miseria decernitur
caecitatis. Sed et si Sol in horoscopo [et Saturnus]
fuerit inventus, et in anafora horoscopi sit Saturnus
constitutus, Luna etiam in MC. posita Mars in XI. ab
horoscopo loco inveniatur, etiam sic misera decernitur
caecitas.

Si in tropico signo Sol et Luna sint synodica ra- 34
diatione coniuncti, et sit Luna omni luminis splendore
privata, et cum his Mercurius ***, maximam
sapientiam et praeclarum ingenium et multarum rerum
scientiam cum oculorum caecitate et cum corporis debilitate
decernunt.

Si Luna et Saturnus et Mars in aequinoctialibus 35
signis sint pariter collocati, notis quibusdam totum
corpus inmaculant, aut albis varietatibus dedecorant, *fol. 79v I*
aut certe corpus hominum possidebit serpens molliter
inpetigo, aut minutis squamis cadentibus exasperati
corporis forma mutatur, ⟨aut⟩ hominem scabies diu-

3 fuerint simul Δ 4 et *alt. om.* Δ 6 si *om.* Δ | collocatus *corr.* **ND**[2] 7 paupertatis] caecitatis *e. g.* σ 9 sint] *cf. ad p. 155, 24* | misera ... caecitas Δ 11 Saturnus sit ζ 14 et Saturnus (*del.* σζ) Γ] sit Saturnus Δ *qui l.* 15 sit Sat. — 17 horoscopo *om.* 16 et Mars **A** Mars *om.* **G** 17 etiam] et **BN** 21 *lac. stat.* ζ 26 signis *om.* Δ 29 candentibus Δ 30 mutatur **NAG**] imitatur | *add.* ζ | scabie Γ (*num hac recepta lectione scribendum* quassabunt*?* ζ)

turna quassabit, aut lepram certe inhonesta figuratione decernunt.

36 Si Mercurius et Saturnus et Sol in VII. ab horoscopo loco id est in occasu simul fuerint collocati, et in VIII. ab horoscopo loco Luna cum Marte aequabili sit partis societate coniuncta, aut claudos reddunt, aut amputatis manibus debiles, aut certe faciunt insanos caducae mentis vitio laborantes.

37 Nunc tibi, Mavorti decus nostrum, decretum ioculare monstrabo, cuius instructus exemplo etiam similes poteris definire genituras. Ille deformis ac debilis Graecus, cuius conflati corporis formam divinis nobis Homerus carminibus intimavit, quem cum omnium risu vir sapiens severa ob[servatio]iurgatione castigat, hac habuit decretum ratione conpositum. Horoscopus si fuerit in Aquario constitutus, in Capricorno id est in XII. ab horoscopo loco Sole et Saturno aequata partis societate coniunctis, Iuppiter vero sit in horoscopo aut in anafora horoscopi positus, et Mars in IX. ab horoscopo loco cum Luna Librae possederit signum, Mercurius vero et Venus in horoscopo id est in Aquario fuerint constituti, hoc decretum nobis genituram Thersitae demonstrat. Fuit enim inbellis debilis ridiculus et garrula verbositate semper inpatiens. Haec itaque omnia praescripta nobis genitura demonstrat.

38 Si Venus in Capricorno constituta fuerit <et> [in]

1 lepram **A**] lepra 3 et *prius* **Δ G**] aut **AB** | et *alt.* **B**] aut 4 et in VIII. **Δ**] in VII. **Γ** (VI. **a**) 6 partium **Δ** 12 contracti ϰ | divinam A^{a} divinus **Bv** 13 initiavit **Γ** | omnium **NBG**] omni 14 *del.* **B** | constigat **Δ** 15 hoc **AD** 17 horoscopi **Δ** | Sol et Saturnus *corr.* σ 18 partis **AB**] partiliter | societate ζ] potestate | coniunctis σ] coniuncti **Γ** iungantur **Δ** | sit ζ] et 19 aut B^{b}] et 21 in horoscopo *om.* **Δ** 23 Thersitae demonstrat. Fuit σζ] thersitae monstravit **Γ** thersi demonstravit **G** thersitore monstravit **Δ**, *sed* fuit *add.* *iam* $BD^{2}a$ | imbellis **A**] imbecillis *cet. nisi quod* imbellicis **G** 27 in Capricorno *om.* **Δ** | *add.* **v** | *del.* **a**

diametra Saturnum radiatione percutiat, facit tales quos uxores suae omnibus generibus execrentur, et corpora eorum hircini odoris tristem illuviem desudatis gravibus humoribus evaporant. Erunt etiam hi ipsi †execrati coitu et ex venereis libidinibus semper infames, [hominum] et tales qui promiscuae libidinis vitiosos concubitus proiecta mentis cupiditate desiderent. Sed haec ex aliqua parte Iuppiter mitigat, si Venerem trigonica radiatione respexerit, aut ex- *fol. 79v II* istentibus ceteris odoris tantum tergit illuviem.

39 Si Luna et Saturnus et Venus in VII. ab horoscopo loco id est in occasu sint constituti, cum effeminati corporis mollitie cinaedos efficient, qui veterum fabularum exitus in scaenis semper saltantes imitentur, praesertim si sic quos diximus constitutos in MC. Mars positus quadrata radiatione respexerit. ⟨Tunc⟩ inpuros faciet et ad omne libidinosae vitium turpitudinis applicatos, et qui semper cum uxoribus suis inpuro aut inpudico coitu iungantur. Si vero hos omnes sic positos id est in occasu ex parte IMC. Iuppiter quadrata radiatione respexerit, cum his omnibus vitiis etiam puerorum amatores efficiet.

40 Si Iuppiter et Saturnus et Venus [fuerint] in MC. partiliter constituti aequata sibi partium societate iungantur, et in IMC. Mars constitutus omnes hos diametra radiatione respiciat, faciunt puerorum amatores,

1 Saturni Δ 2 exercentur **BN** 3 corpus Δ 4 evaporata Γ 5 execrati **A** execrato **D**v exerrati **BG** executi **N**; *latet adiectivum in* ali *cadens cum* ex *structum* ζ ex ferali σ ex crebro ϰ ex iterato ζ 6 *del.* Δ; *an excidit aliquid?* 7 prona σ 9 Venus *corr.* ϰζ | resistentibus ϰ 10 odoris *om.* Δ 11 et *prius om.* Δ 13 ⟨et⟩ qui a 15 sic ϰζ] hi | constitutus *corr.* ϰζ | IMC. Γ 16 *add.* ζ 18 aut] ac **D** et ζ 20 id est ϰζ] illos | ex parte ϰ] et partes in (et partili in **N**) | MC. Δ | a quadratione Δ (a *et* **G**) 21 etiam **NAG**] et 23 fuerint *hoc loco* **N**v *post* Saturnus Γ**D**, *del.* ζ 24 partiliter Γ] parte Δ | partis Γ 25 MC. Δ | hos omnes Δ

sed qui hoc libidinis vitium propria corporis iactura conpensent.

41 Si in VII. ab horoscopo loco id est in occasu Iuppiter et Venus et Saturnus simul fuerint collocati, ex morte uxoris hereditas conferetur. Sed hi ipsi gravi erunt aegritudinis continuatione quassati, et filiorum illis difficile decernitur soboles.

Si Mercurius in MC. fuerit constitutus et cum eo sint Venus <et> Saturnus et Iuppiter constituti, peregrinas quidem uxores decernunt, sed magna divitiarum affluentia copiosas.

42 Si Saturnus fuerit in horoscopo constitutus, Mercurius vero et Iuppiter in VII. sint ab horoscopo loco collocati, filios denegant. Sed si commutata fuerit ordinationis ista conpositio, id est si in horoscopo fuerint Iuppiter et Mercurius [prius], <et> hos in occasu positus Saturnus diametra radiatione respiciat, hoc idem simili ratione decernunt.

43 Si in IMC. Mercurius et Venus simul fuerint collocati, et Saturnus MC. possidens partem hos eosdem diametra radiatione percutiat, mulierem provectae aetatis decernit uxorem. Sed et ipse cum uxore sua inpuro coitu miscetur.

fol. 80r 1 Si in MC. Venus fuerit collocata, et ei Saturnus in MC. aequata partium societate iungatur, Luna vero in IMC. constituta hos eosdem diametra radiatione respiciat, aut steriles aut certe provectae aetatis decernit uxores, ut ex ista matrimonii copulatione filii in perpetuum denegentur.

44 Si Mercurius in V. ab horoscopo loco fuerit con-

2 conpescent **Γ** 4 et *prius om.* **Δ** 8 IMC. **Δ** *contra ordinem institutum* 9 *add.* **B** 10 magnas affluentia divitiarum copias **Δ** 13 sint *om.* **Δ** | loco ab horoscopo **A'B** 15 si in **Γ**] si **N** in **Dv** | fuerit *corr.* ζ 16 et *om.* **Δ** | *del. et add.* **a** | positos **A'B** 18 radiatione **Δ** | decernitur **Γ** 23 miscentur *codd. praeter* **G** 25 partium **Δ**] parte **AB** partis **G** 28 matrimonii σ] manumissionis

stitutus, et cum eo Mars aequata sit partis societate
coniunctus, sic positi sorores [aut] uxores decernunt.
Si Saturnus in MC. fuerit constitutus, et ei sic 45
posito Iovis et Martis in eodem loco societas accedat,
faciunt omne tristitiae genus ab uxoribus conparari,
ut numquam illis laetitiam gratiae coniugalis indicat.
Si Venus in vespertino ortu collocata in occasu 46
sit, id est in VII. ab horoscopo loco, et Venere sic
posita Saturnus in MC. sit parte constitutus, viros ad
Venerem languidos faciet, sed et feminas Venerea cu-
piditate sopita et omni extincta libidinis substantia
frigidas faciet semper ad coitum.
Si in MC. Mars et Luna aequata sint partis societate 47
coniuncti, et cum his Venus et *** Mercurius pariter
constitutus diametra radiatione respiciat, decretum hoc
in viri genitura publicos gallos efficiet, mulieres vero
meretrices reddit omni pudoris praesidio destitutas.
Si Saturnus et Iuppiter in IMC. sint pariter con- 48
stituti, aut si sint in occasu id est in VII. ab horo-
scopo loco collocati, ex infortuniis filiorum grave tri-
stitiae pondus indicunt. Quodsi cum his Mercurius
in iisdem locis fuerit inventus, et Venus in eodem
loco posita aequata illis partis societate iungatur, mu-
lieres quidem steriles efficient, et mares virilibus cu-
piditatibus destitutos ab omni coitu separabunt. Si
vero sint in tropico sicut diximus signo positi, faciunt

1 partis societate Γ] parte Δ 2 positis Δ | *del.* ϰ | uxores Δ] ex sorores **AG** (ex sororibus filias dec. uxores **Ba**) 3 ei Γ] eo Δ 6 ut Γ] et Δ | laetitia . . . accedat ϰ 7 collocatum **AB** 8 Venus *corr.* **v** (Venerem **D**) 9 positam Δ | sit in MC. **AB** 10 Venerea Δ**G**] Veneris **AB** 11 sopitas *corr.* ζ | omnia Δ 12 frigidas ac frigidas **BG** frigidas semp. fac. ac *sequente spat. vac.* Δ 13 IMC. *et* partium Δ 14 *lac. stat.* ζ constituti ⟨horoscopum⟩ d. r. respiciant ϰ 16 mulieris Γ 17 et omni pudore destitutas Δ | destinatas **AB** 20 constituti Δ 22 in Γ] et Δ | Veneri — 23 positae Δ 23 partium Δ | iungantur *corr.* **a** 26 in tropico sint Δ sint sic. dix. in tropicis signis **A** | signo *om.* Δ

naturale mulieris corpus incorrupto aditu glutinatum. Si vero cum his omnibus etiam Mars fuerit inventus, abscisos gallos facient sacrorum caerimoniis servientes.

fol. 80ʳ II Si Mars et Luna pariter inventi in horoscopo sint
49 constituti, et his sic positis Mercurius MC. possederit partem, et Saturnus in occasu positus illos diametra, Mercurium vero quadrata radiatione respiciat, filios in tenera constitutos aetate et adhuc in sinu nutricum vagientes satis inmaturis faciunt casibus interire.

50 Si Mercurius in IMC. fuerit constitutus, et ei Mars Saturnus et Venus aequata partium societate iungantur, faciunt sic positi filios ante conspectum patrum miseris et acerbis mortium necessitatibus interire.

51 Si Mars in IMC. fuerit inventus, in occasu vero sit Saturnus constitutus, et in horoscopo constituta Luna Marti de quadrato, Saturno vero diametra radiatione iungatur, ex ista societate mors cita praeparatur uxori.

52 Si in occasu id est in VII. ab horoscopo loco Iuppiter fuerit inventus, in horoscopo vero Mars et Mercurius aequata sint partis societate conpositi, filios denegabunt. Sed et si Mercurius et Iuppiter in cardinibus constituti diametra se radiatione respiciant, ⟨ut⟩ unus in horoscopo sit alius in occasu, vel unus in MC. et alius in IMC., masculos filios miseris mortium faciunt atrocitatibus interire. Sed et si Mercurius in aliquo cardine constitutus in contrario cardine Saturnum positum diametra radiatione respiciat, et ex hoc filiorum soboles denegatur.

53 Si in tropicis signis vel in duplicibus sit horoscopus constitutus, et in parte horoscopi Mars et Mer-

1 corpus] *cf. Löfstedt, Spätlat. Stud. p. 60* | incorrupto] = *ἄτρητος σ* corrupto *ϰ* 2 etiam *om. Δ* 3 faciunt *Δ* 5 IMC. *Δ* 6 partem *om. Δ* 7 Mercurius *corr. ζ* 9 satis *suspectum* | facit *Δ* 15 Luna *om. Γ* 17 coniungatur *Γ* 20 partiliter *Δ* 21 et *prius om. Δ* 23 ut unus *ζ*] Venus | alius *Γ*] alter *Δ* 24 filios masculos *Δ* 25 et *om. Δ* 27 Saturnus positus *Δ* 28 et *om. Δ* 29 in *alt. om. Δ* A

curius aequata sint partis societate coniuncti, Iuppiter vero horoscopum et hos diametra radiatione respiciat, aut epilempticos aut certe faciunt praepostera mente semper insanos.

Si Venus fuerit in horoscopo partiliter constituta, 54
et Saturnus in IMC. positus Veneri quadrata radiatione iungatur, faciunt homines templorum obsequiis deputatos, qui latenti divinitatis instinctu mutato mentis ordine et †instantis religionis potestate possessi, instantibus hominibus futura praedicant, ut illis ex ista conversatione quottidianae vitae augmenta quaerantur.

Si in Virgine sit horoscopus constitutus, et in *fol. 80v I*
eodem horoscopo Iuppiter Mars Mercurius et Venus 55
sint collocati, Saturnus vero in Piscibus id est in occasu ⟨positus⟩ hos omnes quos diximus diametra radiatione respiciat, et Sol in anafora horoscopi constitutus signum Librae possideat, Luna vero in Aquario sit posita, et omnes in suis sint finibus constituti, id est Iuppiter Saturnus Mars Mercurius et Venus, ex ista genitura decretum potentissimi imperatoris ostenditur.

Si Mars fuerit in horoscopo constitutus, et Luna 56
aut ad Martem feratur, aut ab eo defluat, vitae humilitatem gravia valitudinis vitia et acerba periculorum discrimina et miserae calamitatis incursus ex ista coniunctionis societate †iunguntur. Sed et si in occasu Mars fuerit inventus, et ab eo defluat Luna, haec eadem simili ratione perficiunt.

Si Sol * * * * * * * * fuerit constitutus, et cum 57

1 partium *Δ* 3 epilenticos *Γ* emptilenticos *Δ* 5 pariter collocata *Δ* 7 iungantur **AB** | facient **BG** | hominem *Δ* 9 instanti *Δ* insanientis *σ* | possessi *Δ*] posset si *Γ* 11 conversatione *om.* *Δ* 13 horoscopo *om.* *Δ* 15 *add.* *ζ* 18 in finibus suis (sint *om.*) *Δ* 19 Mercurius Mars Venus *Δ* 20 decr. pot. imp. ost. *Γ*] pot. imp. decr. decernitur *Δ***G** (decernitur vel ostenditur **v**) 22 aut *prius* *Γ*] ut *Δ* 24 incursu *Δ* 25 decernunt **a** largiuntur *κ* | Sed si **BGv** 28 Sol *om.* *Γ* | *spat. vac. exhib. omn. codd.* | in Ariete aut in Scorpione *suppl.* **a**

eo horoscopus aequata sit partium societate coniunctus, Mars vero et Saturnus et Iuppiter in oportunis geniturae locis positi trigonica se radiatione respexerint, facient tyrannos crudeles terribiles efficaces, ⟨et tales⟩ reddunt qui in hominum necibus et in miserorum poenis crudeli semper feritate grassentur.

58 Si Luna in horoscopo fuerit inventa, et eam in occasu id est in septimo ab horoscopo loco aut Saturnus constitutus aut Iuppiter diametra radiatione respiciat, eius qui sic eos habuerit conscientia latenti homicidio polluetur. Si vero in occasu id est in septimo ab horoscopo loco in tropico scilicet signo Sol et Mars et Mercurius aequa⟨ta⟩ sint partium societate coniuncti, homicidam latronem humano semper cruore perfusum et omni genere crudelitatis armatum stellarum ista societas efficiet. Si vero cum his Saturnus fuerit inventus, ipse nobis exitium mortis ostendit. Nam ⟨in⟩ istis facinoribus deprehensus severa animadvertentis sententia patibulo subfixus in crucem tollitur.

59 Si Iuppiter ⟨in iis Piscium partibus⟩ fuerit, in *fol. 80v II* quibus est Andromeda constituta, et Saturnus coniunctionem Lunae venientis excipiat, ex ista coniunctione maxima infelicitatis decernuntur incommoda. Quodsi sic Lunam sicut diximus positam Mars diametra radiatione respexerit, faciet homines ⟨in⟩ sceleratis cogitationibus deprehensos in crucem tolli.

60 Si ⟨Venus in Tauro fuerit⟩ constituta, et eas Tauri partes teneat, in quibus sunt Pleiades positae, et sit Luna plena luminibus, et Mercurius et Mars aut cum ea sint aequata partium societate coniuncti, aut de

2 Iupiter et Δ A 3 positus *corr.* v 4 *add.* ζ 11 vero *om.* Γ 13 et Mercurius *om.* Δ | *add.* ζ 14 latronum **NBG** 16 Saturnus cum his Γ 18 *add.* G 20 tollitur A] colligitur 21 in iis partibus *add.* a, Piscium *add.* ζ *cl. 312, 2 et Manil. V 538* 26 *add.* ζ 28 *suppl.* a 29 Pliades Δ 30 Mercurius Mars Δ 31 aut AGD²] ut BD

quadrato latere superiores effecti minaci eam radiatione respiciant, qui sic eos habuerit a latronibus captus peribit, sed minacis gladii mucrone percussus. Sed 61 ⟨et⟩ si Venus in Tauro cum horoscopo fuerit inventa, et Lunam in MC. constitutam plenam luminibus quadrata radiatione percutiat, hoc idem quod diximus simili ratione perficiet. Sed ⟨et⟩ si horoscopus in Tauro fuerit inventus, et Mars in Leone constitutus ex IMC. horam minaci radiatione respiciat, gladio faciet interire. Sed et si horoscopus in Libra fuerit inventus, et in Capricorno Mars id est in IMC. ⟨constitutus⟩ horam de quadrato minaci radiatione respiciat, etiam sic percussos gladio faciet interire. Illud autem sciendum 62 est quod si in Ariete horoscopo posito vel in Scorpione Mars in occasu vel in MC. ⟨vel in IMC.⟩ fuerit inventus, cum levi testimonio benivolarum, nihil mali decernit, praesertim si fuerit nocturna genitura. Mars enim domum suam semper tuetur, et nunquam eam in occasu positus evertit.

Si ⟨in *** horoscopus ita⟩ fuerit constitutus, ut 63 in occasu sint Saturni domicilia constituta, sitque ipse Saturnus in MC. positus, faciet homines hydropicos interire. Si vero haec quae diximus signa habuerint horoscopum, et Mercurius sit in MC. positus, homines veneno faciet interire. Si vero [in] his signis horoscopantibus Iuppiter in MC. fuerit inventus, inter pocula et mensas et inter laetos convivarum strepitus

1 superioris *Γ* 3 sed *prius*] vel ϰ 4 *add.* ς 5 Lunam **N**] Luna | constituta plena *Γ* (plena *et* **N**) *unde fortasse melius scribatur* et ⟨eam⟩ Luna . . . -ta plena 6 ratione *Γ* 7 *add.* ς 9 respiciat *Γ*] percutiat *Δ* 10 et *prius om.* *Δ* 11 id est *om.* *Δ* | IMC. *Δ* **G**] MC. **AB** | *add.* ς | horoscopum *Δ* 12 percussus *Δ* 15 *add.* ς 16 beniv. ⟨stellarum⟩ σ 17 decernit mali ς 18 enim *om.* *Δ* | eam in **G**] eam **ABN** in **Dv** etiam in ϰ 20 *suppl.* ς | fuerit ipse Saturnus const. *Δ* | ut **B** *supra lin. et* **va**] vel **A** et **G** *om.* *Δ* 21 sint Saturni *Γ*] sui *Δ* 22 ydropicos *Δ* **A** 24 Mercurius *Γ*] Aquarius *Δ* | IMC. *Δ* 25 *del.* **a**

ex cruditate aut ex nimio potu mors repentina decernitur. Si vero [in] his signis quibus diximus horo- *fol. 81r I* scopantibus Mars et Sol in MC. fuerint constituti, aut gladio perimuntur, aut flagrantia ignis exuruntur. Si vero [in] his signis horoscopantibus Luna in MC. fuerit inventa, sacris aegritudinibus quassatos faciet interire. Si vero *** Venus in MC. fuerit inventa, aut vitiosis humoribus oppressos aut torrentibus undis submersos faciet vitae munus inplere.

64 Si in VIII. ab horoscopo loco Mars et Mercurius simul fuerint collocati, malos fures efficient, qui res alienas prava mentis cupiditate desiderent, et qui furore mentis inmodico et avaritiae vitio possessi aliena patrimonia iniustis semper desideriorum cupiditatibus insequantur.

65 Si Sol in horoscopo fuerit inventus, et Luna in occasu ⟨sit⟩ posita, Saturnus vero et Mars aut cum Sole sint aut cum Luna pariter collocati, aut una malivolarum stellarum aut cum Sole aut cum Luna constituta, alia malivola stella de sequentibus cardinibus unum cardinem teneat, is qui sic eos habuerit exponetur.

66 Si Mars *** fuerit constitutus, et in MC. parte Mercurius positus quadrata Marti radiatione iungatur, publicos ac malignos accusatores efficiet. Sed et si Mercurius in occasu fuerit inventus, et in MC. Mars collocatus Mercurium quadrata radiatione respiciat, latrones perficiet sed qui frequenter humano sanguine cruententur.

2 *del.* **a** 3 MC. Δ] IMC. Γ 4 exurunt Δ ⟨incendia⟩ ignis exurunt σ 5 vero ζ] Venus (vero Venus . . . et Luna **a**) | *del.* ζ | horoscopantibus Γ] uritibus Δ | in MC. *om.* Δ 6 sacris Γ] egris Δ variis ζ 7 vero ζ] Venus Δ *om.* Γ | *lac. exhib. codd.* ⟨in Cancro vel in Scorpione⟩ **a**; *immo supplendum* his signis quib. dix. horoscopantibus ζ | MC. Δ] IMC. Γ 10 simul *om.* Δ 12 furorem Δ 13 possessi **a**] posset si Γ possident sed Δ 16 *add.* **N** 20 cardinem *del.* κ | is *om.* Δ 21 *lac. exh.* ω, in horoscopo *suppl.* **a**, *praestat* in occasu, *nisi plura exciderunt* 22 Mercurius **BG**] Mars Δ**A** | Martis Δ 24 MC. Δ] IMC. Γ 25 Mercurius **AB**

Si * * * * Mars fuerit inventus, et in quacunque 67 cardinis anafora Saturnus fuerit collocatus, Luna vero et Iuppiter in deiecto sint loco pariter constituti, tamdiu vivunt qui nati fuerint, quamdiu Luna Iovem cito transeat cursu. Si vero Luna cum Iove fideli fuerit radiatione coniuncta, tamdiu vivunt, quamdiu Saturnus primum occurrentem sibi transeat cardinem. Si vero instabiles fuerint Lunae radii, tot diebus vivunt sicut diximus, quot diebus Luna cum Iove *fol. 81r II* fuerit inventa. Si vero sic ut ante diximus Marte ac Saturno positis, et Iove in deiecto loco constituto, in principali cardine Luna fuerit constituta, id est in horoscopi parte, oligochronios cum malo discrimine mortis efficient. Si vero in MC. Saturnus fuerit in- 68 ventus, et Luna in IMC. constituta Saturno diametra radiatione iungatur, Mars vero aut in occasu constitutus aut in MC. Lunam minaci radiatione respiciat, aequatas Lunae possidens partes, statim uteri angustias ruperit partus, occurrenti sibi traditur morti. Sed et si Sol in horoscopo fuerit inventus, et Luna in occasu constituta diametra Soli radiatione iungatur, et Mars aut Saturnus cum uno eorum fuerit constitutus, id est aut cum Sole aut cum Luna aut †cum uno existente alius quemcunque alium cardinem teneat, qui natus fuerit exponetur.

Si Sol in VI. ab horoscopo loco fuerit inventus, 69

1 *lac. hab. libri* ⟨in horoscopo⟩ **a** 3 partiliter **Γ** 4 Iovem Luna **BG** 10 sic ut ante D^2] sicut **AB** ut ante GD^1 (9 quot — 10 diximus *om.* **N**) | Marte ac Saturno GD^2] Mars ac Saturnus 11 positis ϰζ] posito GD^2 positus *cett.* 13 horoscopi parte σ] horoscopo et Marte *codd.* (Mars **N**) 14 Saturno constituto Luna in imo celi fuerit inventa scilicet diam. rad. iungantur **Δ** 18 statim uteri **a** (*cf. Löfstedt, Beitr. z. Kenntnis d. spät. Latin. p. 24 sqq. Spätlat. Stud. p. 20 sq.*)] statum veri 19 rupit **A** | traditam mortis et si *corr.* ζ 21 Soli *om.* **Δ** 22 Saturnus **Γ**] scilicet **Δ** 23 ⟨altero⟩ cum uno ϰ *nisi plura exciderunt* | existente **a**] existent **Γ** existant **Δ** 26 VI.ζ] VII. **Γ** VIII. **Δ**

et in XII. ab horoscopo loco Saturnus positus Solem diametra radiatione respiciat, sed et Luna et Mars in XII. ab horoscopo loco cum Saturno aequata partium societate coniuncti Soli se etiam ipsi per diametrum opponant, faciunt debiles paralyticos quorum soluta conpagine nervorum omne corpus fractis ac dissipatis viribus dedecoret⟨ur⟩.

70 Si Saturnus et Mars et Luna pariter constituti, ⟨et⟩ aequata partium societate coniuncti, in XI. sint loco ab horoscopo constituti, et eos Iuppiter trigonica radiatione respiciat, aut in occasu scilicet aut in III. ab horoscopo ⟨loco⟩ constitutus, Sol vero horoscopum partiliter teneat, tyrannum nobis ista genitura demonstrat.

71 Si in XI. ab horoscopo loco collocati Mercurius Venus Saturnus et Mars aequata fuerint radiatione conpositi, faciunt luxuriosum qui profusis sumptibus et lascivis cupiditatibus inplicetur.

fol. 81ᵛ I Si in V. ab horoscopo loco Mars et Mercurius
72 pariter fuerint collocati, et hos Saturnus superior effectus quadrata radiatione respiciat, aut si cum ipsis positus aequata sit partium societate coniunctus, falsarios facient, aut qui pecunias publicas flaturarum adulteris artificiis imitentur. Si vero his sic positis aliquo consensu adnuat Luna, †in posteris latrones homicidasque perficient. Si vero Mars et Mercurius quintum ab horoscopo locum teneant, et Luna aut Saturnum minuta aut certe Mercurium aut Martem

1 ab hor. loco *om.* Δ | loco *om.* **BG** 3 partium Γ] partiliter Δ 4 Soli se **D**²] Solis **ABN** (**D**¹?) Solem **G** | ipsi per **a**] per ipsi 7 *add.* **a** 8 *add.* ζ (*an* pariter constituti *del.?*) 9 XI. ζ] XII. 11 III. Γ] VIII. Δ 12 *add.* **a** | horoscopi partem teneat Δ 14 collocati *om.* Γ 15 et Mars *om.* Δ 16 profusis Γ] prorsus Δ 17 implicatur **A** -catus **BG** -cator **D** -catos **N** *corr.* ζ (*an* inplicatus * * *?) 19 Saturnus Γ] scilicet Δ 22 conflaturarum Δ 23 adulteras *corr.* ζ (*probat* σ *qui transponit* adulteras flat. adulteratas ϰ) | artificis **A'B** artifices Δ**G** | imit. artif. ζ | sic *om.* **AB** 24 inpostores ϰ inprobos ζ 26 teneant **GN**] teneat 27 Saturnus *corr.* ϰζ | certe *om.* Δ | Mercurio aut Marti Δ

plena diametra radiatione percutiat, propter falsi crimen publicae decernunt mortis exitium, ut in isto detecti crimine severa iudicis animadversione plectantur.
Si vero Sole in horoscopo constituto et cum eodem 73
Mercurio collocato, Saturnus et Mars in occasu positi Solem diametra radiatione respiciant, facient in falsi crimine conprehensos in crucem tolli, nec hoc periculum bonum poterit Iovis testimonium mitigare, sed contempto eius salutari praesidio malivolarum stellarum minaces radii omnifariam publicae decernunt mortis exitium.

Si in horoscopo partiliter Saturnus et Mars fuerint 74
collocati, et in occasu Sol et Mercurius pariter positi diametra eos radiatione respiciant, ex ista radiationis societate aut pes amputatur aut manus. Sed postea cum ista fuerint corporis laceratione confecti, etiam miserum incurrunt mortis exitium.

Si in eodem signo horoscopi pars inter Saturnum 75
et Martem media fuerit inventa, lugubris infortunii monstrat flebilem casum. Nam intra matris viscera inpedito partu laniatum pecus miseris lacerationibus dissipatur, ut sic artuatis viscerum partibus membra omnia crudelis artificii praesidio proferantur.

Si Luna in duplici signo constituta MC. possederit 76
partem, et sit Saturnus in occasu constitutus et in IMC.
Mars, caducos efficient. Quodsi Luna synodica cum *fol. 81v II*
Sole fuerit, et sit cum ea Mars pariter constitutus, et Luna cum Sole et Marte MC. partem teneat, et sit

1 percutiant **A***Δ* 2 istis *Δ* | detecti *κ*] deiecti **G** deiectis **AB** delictis *Δ* 9 contento *corr.* **D**v 10 minaces *om.* *Δ* | radios *Γ* radio *Δ* *corr.* a | bifariam **A** bonif. **B** bñf. **G** 12 horoscopi parte *Δ* 13 Sole **A′B** 14 eos *om.* **A′B** 15 postea cum] posteaquam *σ* 16 ista *om.* *Δ* 18 parte *Δ* 19 Martem Venus media *Δ***G** | lugubre *corr.* a 20 flebile *Γ* 21 impeditio (-tie **N**) partus *Δ* | pectus *Δ***G**, *cf. ad I 146, 19; Weyman, Studien zu Apul. p. 352* 22 viscerum v] visceribus *Δ* visceris *Γ* 23 artifici *Δ* | proferatur *corr.* **B**v 25 IMC. *Δ*] MC. *Γ* 26 synodicha *Δ* 27 sit **GN**] si

Mars in matutino ortu constitutus, et Saturnus aut cum his aut in occasu fuerit positus, caducos simili ratione perficient, qui insano mentis furore mutati rectum perdant ordinem vitae. Si vero Marte et Luna et Sole sicut diximus collocatis, Saturnus in IMC. fuerit inventus, et eos in MC. constitutos diametra radiatione respiciat, vitio mentis oppressos et per praecipitia iactatos excipiet miserae mortis exitium. Sed et generaliter semper si in duplicibus signis Mars et Saturnus pariter constituti in occasu pariter fuerint inventi, haec eadem simili ratione decernunt. Sed et si Saturno et Marte in occasu positis Luna in horoscopo fuerit posita, haec eadem simili radiatione decernunt.

77 Si horoscopus cum Sole in Geminis fuerit inventus, et in MC. id est in Piscibus Luna fuerit collocata, in IMC. vero id est in Virgine Mars constitutus *** occasus cardinem teneat, ita ut ⟨in⟩ duplicibus signis constituti totos geniturae cardines teneant, caducos ex ista societate perficiunt.

78 Si in duplici signo Iuppiter collocatus [si] MC. cardinem teneat, et eum in IMC. Saturnus positus diametra radiatione respiciat, et Luna Saturno societatis coniunctione iungatur, ab extraneis adoptati hereditatis titulo patrimonium quaerunt, ut fiant eorum legibus filii, quibus natura filios denegarat.

79 Si in MC. Mars et Saturnus et Venus aequata sint partium societate coniuncti, et his quartus Mercurius

2 positus *om.* **Δ** 3 mutans **N** mutatis **D** 4 perdit **Δ** 5 IMC. — 6 MC. **Δ**] MC. — IMC. **Γ** 9 si *post* constituti *pon.* **ΔG** | si vero **AB** vero *post* signis *add.* **G** 12 si *om.* **Δ** | Saturnus et Mars **Δ** 17 vero in MC. in Virgine **Δ** | *lac. stat.* ζ 18 cardinum **BG** | *add.* **a** 19 toto **AB** (cardine **A**) 21 *del.* **v** | in medio celo **A′B** 22 cardinum **Γ** | eum] cum **ΔB** | in *om.* **Δ** 23 respiciat **Γ**] perficiat **Δ** | Saturno societatis **Γ**] Saturni **Δ** 25 patrimoniorum **Δ** 26 denegarit **B**[a]**v** 28 partiliter **Δ** (partes **G**) | quartus **Dv**] quatuor

testis accedat, meretrices efficient, quae detrimento nundinati pudoris et prostituti corporis gratia miserum quaestum per dies singulos quaerant. Si vero masculi fuerit ista genitura, effeminati furoris ardore muliebribus inplicabitur libidinum vitiis.

Si in horoscopo Sol et Mars simul fuerint inventi, 80 et in IMC. Saturnus positus quadrata eos radiatione *fol. 82r I* respiciat, Luna vero in MC. collocata Saturnum per diametrum, Solem vero et Martem respiciat per quadratum, paricidalia parentum circa filios odia semper exagitat.

Si Mars in horoscopo fuerit constitutus, et in VI. 81 ab horoscopo loco Iuppiter sit collocatus, et Luna cum Mercurio et Venere MC. partem aequata coniunctionis societate possideat, ex ista coniunctione praeclarae nobilitatis decernuntur insignia.

Si hora in Ariete fuerit inventa, et illic Mars Sa- 82 turnus pariter et Venus * * *, Sol etiam illis in eodem signo * * *, ancillam aut anum decernit uxorem, aut certe humilem et omni dignitatis praesidio destitutam. Quodsi sic positis Mercurius accedat, et meretrices publicas ad matrimonium tori genialis adducunt. Quodsi his omnibus sic sicut diximus constitutis in MC. Luna fuerit inventa, incesto furoris ardore et nefaria mentis cupiditate possessos ad filiarum concubitus venire conpellunt.

Si Mars et Sol in tropico signo constituti in oc- 83 casu fuerint inventi, et his tertius in eodem loco Mercurius accedat, efficiunt latronem, sed qui in peregrinis locis exercens latrocinia humano sanguine cruentetur.

3 masculini **G** mascula ϰ 4 mulieribus **BGN** 10 parricidalia **AGN** 12 VI. **AB**] V. **ΔG** 13 loco *om.* **Δ** | Luna Mercurius Venus **Δ** (Mercurius *et* **G**) 16 decernunt **BGv** 17 Saturnus **Γ**] scilicet **Δ** 18 *excidit fere* fuerint collocati ζ | illic **Bv** sit **a** 19 *excidit fere* positus coniunctionis societate iungatur ζ 21 ⟨iis⟩ sic **a** (*immo* his) | et *del.* **B²a** aut **A** 22 ad **a**] aut 23 sic *om.* **Δ** | Luna *om.* **Δ**

Sed hic idem in eodem facinore ex ista stellarum societate detectus, severa animadversione percutitur.

84 Si in XI. ab horoscopo loco Mercurius et Luna et Venus pariter fuerint collocati, et sit feminini generis signum, ⟨et⟩ Mars eos trigonica radiatione respiciat, musicos faciunt, qui lyrae vel citharae nervos dulci semper modulatione percutiant.

85 Si in horoscopo Mercurius et Mars et Venus et Luna simul fuerint collocati, vel in MC., saltatores pantomimos efficient gratia venustatis ornatos. Si vero hos Iuppiter sic collocatos prospera radiatione respi- *fol. 82r II* ciat, his ipsis gloriam ex populari iudicio largitur, praesertim si istis sic positis Saturnus bonum testimonium commodarit.

86 Si in XI. ab horoscopo loco Luna cum Sole synodica fuerit inventa, et cum his sit Iuppiter pariter constitutus, horoscopum vero Saturnus et Mars diversa radiatione respiciant, [ut] unus de quadrato alius de diametro, et unus ipsorum id est aut Saturnus aut Mars in aequinoctiali sit signo constitutus, elephantiae longam et diuturnam aegritudinem usque ad diem decernunt ultimum vitae.

87 Si in parte Aquarii humiliter † Saturnus aut Luna constituatur aut Mars, et hanc eandem partem de diametro Saturnus aspiciat, filios faciet a parentibus separari.

88 Si Luna in Tauri pedibus fuerit inventa, aut in nebula Cancri, aut in iuba Leonis, aut in fronte Scorpionis, ab VIII. scilicet parte usque ad X., ⟨aut⟩ in

1 hic idem κσ] his iisdem 4 generis v] cancri ω *nisi quod* cancris B 5 *add.* a 6 citharae nervos σ] herenervos Γ erenervos N aere nervos D 11 sic Iupiter Δ 16 Iupiter inventus pariterque constitutus Δ (inventa *om.* N *hab.* D) 18 *del.* σ id est κ 21 et v] aut 23 in Aquario humiliatur Δ | humiliter] humida *vel* ultima κ | *hoc loco* Saturnus *offendit non l.* 25, *quoniam Aquarius domicilium est Saturni in quo gaudet* 25 Saturnus aspiciat de diametro Δ 27 pedibus σ] pleiadibus Γ pliadibus Δ 29 *add.* ζ

Sagittario, aut in spinis Capricorni, aut in lino Piscium, aut in capite Arietis, et sit minuta luminibus, id est omni splendore luminis erogato, et eam aut Saturnus aut Mars aliqua radiatione respiciant, caecos efficiet. Si vero in his signis et in his in quibus diximus locis aliquem geniturae cardinem teneat, omni oculorum substantia dissipata miserum discrimen caecitatis affertur. Si vero sit Luna plena luminibus, aut adhuc augmenta splendoris accipiens, caecos quidem non efficiet, sed aut vitium aut valitudinem aut cicatricem aut notam in vultu semper infligit, ut faciem inhonesta specie [in]dedecoret.

Si Iuppiter et Mars in MC. partiliter fuerint in- 89
venti, et in III. ab horoscopo loco Mercurius et Venus aequata sint partium societate coniuncti, VIII. vero ab horoscopo locum Saturnus teneat, Sol vero sit in Geminis, Luna autem aut in domo sua aut in altitudine sua sit posita, hoc decretum heroem virum fortem homicidamque perficiet, qui victrici dextra acervos hostium eximia eorum strage perficiat.

Si horoscopus in altero de tropicis signis fuerit *fol. 82v I*
inventus, et Luna in XII. sit loco ab horoscopo 90
constituta, Iuppiter vero et Mars aequata partium societate coniuncti [in] IMC. cardinem teneant, Mercurius et Venus [in]aequatis partibus cardinem MC.

1 Scorpii Capricorni Δ | in *ante* lino *om.* Δ 3 in omni Γ 5 efficiet ΔB] efficiat A (*om.* G) efficient v 6 omnem oc. substantiam dissipatam serum Δ 9 aut κ] et 11 affliget Δ 12 *del.* v 15 aequata sint partium ζ] aequatis in partibus A′B aequata partium ΔG 16 locum *om.* Δ *unde* Saturnus locum ζ 17 aut in alt. sua *om.* Δ 19 acerbos BG (acies A) 20 eximium Δ eximia cum strage σ ex. caesorum str. κ | perficiat B] perficiet *cet. codd.* percutiat v conficiat a 21 in altero de tropicis signis Δ] in Tauro ditropico signo Γ 22 inventus *om.* Δ | sit in XII. ab hor. loco collocata Δ | sint — constituti Γ (*unde* Luna * * * ?) 24 *del.* κζ | teneant κζ] negant Γ *om.* Δ (vergant a) | Mercurius autem a 25 *del.* a

possideant, malitiosae meretricis animum demonstrat
ista genitura, ad cuius concubitum plurimos invitet
[et] gratia venustatis. Sed haec per loca peregrina
ducetur, et erit frequentibus causis et frequentibus
et magnis accusationibus inplicata. Accipiet etiam eam
publica custodia, et crebras turbationes et crebriores
91 iniurias sustinebit, abortabit etiam filios geminos. Sed
haec quaestus et libidinis causa pudorem suum et
duobus fratribus nundinabit, et ad coitum suum patrem pariter invitabit et filium. Omnia enim haec inmodico ardore libidinis ⟨et⟩ effrenata pecuniarum cupiditate perficiet. Sed cum mediae aetatis intraverit tempus, tunc revertetur ad patriam, et iuvenem peregrinum pauperem indignum ad consortium sibi tori genialis associat, et ei vinculo matrimonii copulata usque ad diem ultimum vitae cum misera necessitate perveniet.

XXXII.

1 Expositis his omnibus quae mixtura temperationis
ostendit, et diligenti ratione conpositis, ad finem libri huius, Mavorti decus nostrum, properat oratio. Sed est adhuc quod ad plenam operis huius substantiam requiratur, quod tibi nunc verissima expositione monstrabo. Aliter enim ad secreta matheseos venire non possumus, quae septimus habebit liber, et ad sphaeram barbaricam, quam octavi tibi libri corpus ostendit, nisi omnia prius quae ad fundamenta totius scientiae per-
2 tinent, diligenti fuerint ratione collecta. Ostendemus

1 possideat Δ | meretr. malit. Δ   3 *del.* a   4 frequentibus et *del.* v   10 mutabit Δ | enim] autem σ   11 *add.* ζ | pecuniarum σ] pecunia cum   12 medietatis (medienetatis A) *corr.* a   15 et ei vinculo matrimonii σ] ei et vehiculo manumissioni (-onis Δ)   21 properat oratio σ *cf. I 273, 15*] properatio Γ propero Δ   22 huius *om.* Δ (huius operis v)   23 expositione Γ] ratione Δ   25 possum usque *corr.* v | speram AΔ   28 ratione AN] traditione

itaque quid in quo loco et quatenus debeas quaerere. Neque enim parentes et parentum vitam ab horoscopo locus quartus ostendit, nec coniugem septimus, nec filios quintus, nec amicos tertius, nec valitudines sextus. Quia itaque omnia dicturos nos esse promisimus, accipe rationem plenam veritatis et fidei, ut haec omnia diligenti possis ratione colligere, ne platicis definitionibus occupatus fidem integram veri- *fol. 82v II* tatis amittas. Patris itaque locum partiliter hac ratione semper invenies.

[D e l o c o p a t r i s.] Si locum patris partili volueris 3
ratione colligere, et sit diurna genitura, conputes a parte Solis usque ad partem Saturni omnem partium numerum, omnium scilicet signorum quae a Sole usque ad Saturnum sunt, et cum integram numeri feceris summam, ab horoscopi parte incipiens hunc numerum qui conpletus fuerit signis omnibus divides, reddens triginta partes singulis signis; et in quo signo novissima pars ceciderit, ipsum tibi signum locum patris monstrat. In nocturna vero genitura a Saturni parte usque ad Solis conputes hoc idem faciens. Cum 4
itaque sollerti conputatione signum patris demonstratis inveneris signis, ex natura ipsius signi patris substantiam figurabis. Respice etiam quatenus hoc idem signum benivolarum stellarum radiis ornetur. Si enim in hoc ipso signo aut benivolae stellae fuerint, aut prospera illud radiatione respexerint, patris felicitas

2 *cf. lib. II cap. 19* | enim ⟨partiliter⟩ σ 3 quartus **G**] quadratus 4 quintus] qui **AB** | tertius *Γ*] IV. *Δ* 5 quia *Γ*] qui *Δ* 8 definitionibus **a**] definitis **AB** diffinitis *cet.* 9 radiatione *Δ* 12 computes **A** *cf. l.* 21] computas **BG** (*i. e.* comput^{a}es *Γ*) computa *Δ* 13 partem ϰ] partes | partem numerique *Δ* 17 divides **Bv**] dividens 18 partes **a**] pro 21 computes **A**] computas **BG** computa *Δ* 22 sollerti **A**] solerti | demonstratis σ] demonstrans 24 signum **AG**] signa 25 ornentur *Δ* (adornetur ζ *cl. de err. 61, 22*) 26 in *om.* *Δ* | hoc ipso ζ] horoscopi

invenitur. Si vero malivolae stellae hoc idem fecerint,
5 omnia nobis de patre contraria nuntiantur. Inspice etiam hoc ipsum signum, utrum benivolae stellae sit an malivolae, et quatenus dominus ipsius signi in genitura sit collocatus, vel in quo signo vel in quibus finibus, et ⟨an⟩ in primis an in secundis cardinibus adsistat, an in quibus gaudet locis an in pigris atque deiectis. Ex his enim omnibus invenies qualis geniturae pater fuerit.

6 Si itaque Iovis signum fuerit, in quo patris invenitur locus, Iuppiter autem in ipso loco sit constitutus, vel in quibus exaltatur signis, vel in primis cardinibus, vel in V. aut in XI. loco, et sit addens ad numerum, et in matutino ortu constitutus, respiciatque locum de trigono vel de exagono, patrem ostendit felicibus ornatum dignitatis insignibus. Si vero Iup-
fol. 83r I piter aut in secundis cardinibus fuerit, aut in deiectis et pigris locis, aut retrogradus, aut radiis Solis ab-
7 sconsus, mediocrem patrem fuisse demonstrat. Si vero huius signi in quo locus patris fuerit inventus, domina Venus fuerit, quaerendum est quo sit in [illo] loco stella Veneris collocata. Si enim aut in ipso loco fuerit, aut in primis cardinibus, aut in his in quibus gaudet signis, aut in quibus exaltatur, aut in V. ab horoscopo aut in XI. loco, et sit ⟨in⟩ matutino ortu, sed addens ad numerum et ⟨in⟩ his constituta locis vel [in] signis locum patris prospera radiatione respiciat, patri maxima honestatis decernit insignia et maximam gratiae venustatem. Si vero in deiectis lo-

2 patre **ADG**] parte | nuntientur *corr.* **a** 3 sit ζ] sint 6 *add.* **a** | an in **DG**] annis an in **AB** an in iis in **N** | consistat Δ | an] et **A** 7 gaudeat Δ 8 quale Δ 9 *Non sine consilio primo loco de benivolis stellis (Iove Venere Mercurio), secundo de malivolis (Saturno Marte), tertio de luminibus (Sole Luna) disseritur: noli igitur (cum* **a***) vulgarem ordinem reficere* 10 autem Δ] aut Γ 12 aut in **BG**] aut Δ vel in **A′** 20 quo **G**] quod | *del.* **G** 21 Veneris stella Δ 24 aut in XI. ab horosc. loco Δ | *add.* ζ | matutino **AG**] matutina **B** matutinus Δ 25 ortus Δ | *add.* **A** | constituti Γ 26 *del.* **a**

cis fuerit, et in his signis in quibus humiliatur, aut retrograda, aut radiis Solis absconsa, mediocrem patrem nobis ostendit.

8 Si vero in signo Mercurii locus patris fuerit inventus, quaere quo sit in loco Mercurius collocatus. Si enim aut in ipso loco fuerit, aut in altitudine sua, aut in alia domo sua, aut in partibus suis et in ipsis in quibus gaudet cardinibus et locis, et sit in matutino ortu, et add⟨ens⟩ ad numerum, faciet patrem omnibus negotiorum officiis applicatum, et cui frequenter lucra maxima conferantur, et qui filios suos tenero diligat semper affectu. 9 Si vero Mercurium id est dominum paterni loci benivolarum stellarum prospera radiatio adiuverit, maiora in his quae diximus consequetur augmenta. Si vero fuerit Mercurius in deiectis locis, aut in his in quibus non gaudet cardinibus, aut in humilitatibus suis, et sit retrogradus, aut radiis Solis absconsus, praecedentis felicitatis decreta mutantur, sed omnia quae diximus tenuiter patri et mediocriter conferuntur.

10 Si in Saturni signo locus patris fuerit inventus, quaere quo sit in loco geniturae Saturnus constitutus. Si enim fuerit diurna genitura, et Saturnus in ipso loco fuerit inventus, aut in suis partibus aut in suis signis ⟨aut⟩ in quibus partibus exaltatur, et in his [sit] in quibus gaudet locis, et sit in matutino ortu et addens ad numerum, et eum Iuppiter prospera radiatione respiciat, faciet patrem gravem modestum maturum, cum placida severitate terribilem, cultorem *fol. 83r II* agrorum, et cui ex istis fructibus maxima praesidia patrimonii conferantur, et ⟨qui⟩ magnis promotionibus

2 retrogradatur Δ 5 Mercurii GN 7 aut in alia domo sua *om.* Δ 9 addens ad a] addat ad N addat *cet.* 12 diligant Γ | Mercurius ω | domini Δ 14 radiatio G] radiatione A radiis Bv prosper radius Δ | adiuverit Γ] alleviarit Δ | consequatur Δ 17 in *om.* Δ 23 ipso in Δ 25 *add.* ς 26 *del.* ς (*alt.* sit *del.* a) 31 *add.* ς

11 sublevetur. Si vero sit nocturna genitura, et sit Sa-
turnus in deiectis locis aut in deiectis cardinibus aut
in humilitatibus suis, et sit retrogradus vel radiis
Solis absconsus, facit patrem laboriosum sordidum
horribilem tristem, pigris semper conatibus haesitan-
tem, servum vel servilibus moribus vel servitutis squa-
lore pollutum.

12 Si in signo Martis locus patris fuerit inventus, et
sit diurna genitura, Mars vero ipse aut in ipso loco
sit aut in cardinibus aut in V. aut in XI. ab horo-
scopo loco aut in IX. vel in III., et sit in matutino
ortu et recto partium gradu pergens, faciet patrem
austerum temerarium, variis laboribus et variis dis-
criminibus inplicatum, oligochronium praeposteris cu-
13 piditatibus semper inplicatum. Quodsi sic Mars po-
situs locum patris de quadrato vel de diametro viderit,
facit biothanatum. Si vero fuerit nocturna genitura,
et Iuppiter aut Venus locum patris aut matris pro-
spera radiatione respiciant, haec quae diximus ex parte
aliqua mitigantur, et facit patrem erectum militarem
severum, quem semper arma ferrumque delectent, et
pro mensura genituræ *** aut ducem reddit.

14 Si in signo Solis locus patris fuerit inventus, et
sit diurna genitura, quaere quo sit in signo vel in quo
geniturae loco Sol positus. Si enim aut in ipso signo
Sol fuerit, aut in altitudine sua aut in principalibus
cardinibus ⟨aut⟩ in V. aut in XI. ab horoscopo loco,

1 sublevetur **A′**] sublevatur **BG** sublevantur *Δ* 3 et] aut *σ* 4 sordidum laboriosum *Δ* 6 modis et moribus **N** 11 IX. *Δ*] VIII. *Γ* | in *ante* III. *et ante* matutino *om.* *Δ* 12 recto . . . pergens] *non intellegimus* 13 et variis — 15 semper *om.* *Δ* *solum* et variis *om.* **G** 15 *malim* inplicitum (*cum* **a**) *ζ* 16 locum **a**] loca 18 matris **D^2Gv**] martis *Δ* martem **A** matrem **B** [aut matris]? *ζ* 19 respiciant **BG**] respiciat 20 erectum *om.* *Δ* 21 delectet **BG** 22 ⟨aut principem⟩ *suppl.* **a** | aut *om.* *Δ* 25 Sol *om.* **N** *ac malimus transponere propter clausulam* | positus sit *Γ* (*ut* sit *bis exstet*) 26 card. princ. **D** card. suis pr. **N** 27 *add.* *ζ* (vel **a**)

patrem ostendit affluentibus divitiis copiosum, et ma-
ximis ornatum dignitatis insignibus, et magnae felici-
tatis gloriam reportantem. Si vero fuerit in deiectis 15
locis aut in secundis cardinibus aut in humilitatibus
suis, et eum benivolis destitutum malivolarum stella-
rum radius inpugnet, omnia haec quae diximus ex
maxima parte minuuntur, praesertim si fuerit nocturna
genitura; tunc enim patrem inter cetera etiam cita *fol. 83v I*
morte prosternit.

Si in signo Lunae locus patris fuerit inventus, 16
quaere quo sit in loco geniturae Luna posita. Si enim
aut in ipso loco fuerit, aut in his signis in quibus
exaltatur, aut in principalibus cardinibus aut in V.
aut in XI. ab horoscopo loco, et sit plena luminibus,
et sit nocturna genitura, et eam benivolae stellae pro-
spera radiatione respiciant, et sit ab omnibus mali-
volarum stellarum societatibus separata, faciet patrem
clarum perspicuum copiosum, et cui semper patri-
monium conferatur et dignitas. Si vero sit Luna in 17
deiectis locis aut in secundis cardinibus aut in hu-
militatibus suis, et eam destitutam benivolarum stel-
larum praesidio malivolarum stellarum radius inpugnet,
et sit diurna genitura, et sit minuta luminibus, et
eam Saturnus respiciat aut Mars plenam, omnia quae
ante diximus ex maxima parte minuuntur, et fit aut
exul aut biothanatus, erraticis moribus, vitae rectum
iter nesciens. Sed et in hoc loco ut ante diximus 18
omnium stellarum mixturas condiciones radiationes
diligenti debes ratione semper inspicere, ut mixtis om-
nibus et sagaci temperationis coniunctione conpositis

1 divitiis *Γ*] officiis *Δ* 5 eum **A**] cum | eum ⟨a⟩ ϰ 6 radius **A**] radios 7 nocturna *Δ*] diurna *Γ* 14 XI. *Δ*] XII. **AG** VII. **B** | sit *om.* *Δ* 16 malivolarum **GN**[b] (*an* **N**[2]*?*)] benivolarum 22 radius] alius **B***Δ* 23 et *sec.* **N**] vel | sit *alt.*] si **BG** 24 Saturnus ⟨minutam⟩ ϰ 26 erraticis ϰζ] erratis 27 hoc *om.* *Δ* 28 condiciones ϰ] condonationes 29 semper ratione *Δ* 30 et *Γ*] ex *Δ* | temperatione *Δ*

patris locum veris possis explicare sententiis. Partem
etiam ipsam diligenter exquire, et vide qui sit partis
dominus, et quatenus positus; et ipse enim ex natura
19 sua inficit locum. Hanc rationem apotelesmatum in
sequentibus quoque locis servare debebis. Nam et in
matris loco et in fratrum et in uxoris et filiorum, et
in valitudinis et in vitiorum omnia debes saepissimis
rationibus temperare, ut omnium stellarum radiatione
respecta, et locorum et signorum potestate collecta, par-
tium quoque id est finium, omnia veris possis ex-
20 plicare sententiis. Sed in aliis locis et haec eadem
†sint apotelesmata * * * locum collegimus. Generaliter
autem in genituris Sol loco patris ponitur, sed nos
partiliter melius invenimus.
21 [De loco matris.] Si matris locum partili vo-
lueris ratione colligere, et sit diurna genitura, a parte
fol. 83v II Veneris inchoans et per sequentia signa pergens, om-
nes partes usque ad Lunae conputes partem, et om-
nium partium summa collecta, ab horoscopo inchoans
totas partes sequentibus divides signis, et in quocumque
signo novissima pars venerit, hoc tibi signum in diurna
22 genitura locum matris ostendit. Si vero fuerit [in] noc-
turna genitura, a Lunae parte inchoans usque ad Ve-
neris partes collige, et cetera simili ratione perficies.
Itaque hunc locum cum partili ratione collegeris, om-
nia sic requires sicut in patris te loco debere quaerere

2 inquire *Δ* | quis *Δ* 3 quatenus ϰσ] quotiens 4 Hanc *Γ*] Nam *Δ* 5 observare ζ 6 loco *Γ*] locum *Δ* | uxore **BGD** | et fil. **AB**] et in fil. *Δ***G** 7 sapientissimis σ 8 radiationibus **A′G** 9 partium **a**] partem 11 aliis *Δ*] astris *Γ* (sed et in al. locis haec σζ) 12 *lac. stat.* ζ *vi utitur* **a** | colligimus *Δ* 14 partiliter *Γ*] partem *Δ* 16 ratione volueris *Γ* 18 computas **AG** | partes *Γ* 20 dividens **AB**^{a} 22 locum — 23 genitura *om.* *Δ* | *del.* **a** 23 a *Γ*] aut *Δ* 24 partes *Γ* (*recte nam est obiectum verbi* collige)] partem *Δ* 25 cum part. rat. **v**] part. rat. cum ω (*nisi quod* part. cum rat. **D**) 26 requiris *Γ* requirens **N** | in patris **a**] sint patris **N** suppatris **D** patris *Γ* | quaerere *om.* *Δ*

diximus, benivolarum scilicet malivolarumque radios, locorum etiam et signorum potestates, etiam et mixturas temperationesque radiorum. Quae cum omnia aequata conparatione contuleris, matris locum veris poteris explicare sententiis.

[De loco fratrum.] Si locum fratrum partiliter 23 volueris invenire, et sit diurna genitura, a parte Saturni inchoans usque ad partem conputa Iovis, et quantuscumque conputus fuerit, summam hanc eandem ab horoscopi parte inchoans per sequentia divides signa, et in quocunque signo totius numeri novissima pars venerit, hoc tibi signum fratrum ostendit locum. Si vero nocturna fuerit genitura, a Iove ad Saturnum simili more conputabis omnem partium numerum, et sic ab horoscopo inchoans hoc idem simili ratione perficies. Cum ergo locum fratrum ista partili ratione 24 collegeris, inspice hunc eundem locum quatenus malivolae stellae benivolaeque respiciant. Vide etiam signi potestatem, et quo loco geniturae hoc signum positum esse videatur. Si enim benivolae stellae aut in ipso 25 signo fuerint inventae, aut in oportunis geniturae locis constitutae, et in his signis in quibus gaudent, vel in quibus exaltantur, vel in domiciliis suis sint collocatae, multorum ac bonorum fratrum consortium decernunt. Si vero malivolae stellae hoc idem fecerint, benivolarum stellarum testimoniis destitutae, contrarium faciunt. Si vero benivolae et malivolae stellae hunc 26 eundem locum aequata societatis potestate respexerint, et dant fratres pariter ac tollunt. Sed secundum stellarum genera cuncta tractabis. Masculae enim beni- *fol. 84r I*

2 etiam et *posterius*] *cf. ad I 67, 6; adde Soran. 30, Löfstedt, Spätlat. Stud. p. 32; at tamen* etiam *del.* σ 7 et a] si (*om.* **N**) 8 incboas **BG** *item v.* 10 | partes *Γ* 9 quantamcumque Iovis comp. *Δ* 12 fratris *Δ* 13 genit. fuerit **AB** 14 more (ratione **A**) conputabis *Γ*] modo incohabis *Δ* | partium *Δ*] partis *Γ* 15 inchoas **BG** 23 sint *del.* σ sint suis ζ 24 consortium **N**] consortem 27 beniv. stellae et mal. hunc **A** *et* **B**, *qui* et *om.* 29 ac **AB**] et *Δ***G**

volae stellae masculos dabunt, femininae vero beni-
volae feminas. Hoc idem etiam malivolae stellae per-
ficiunt. Sic omnia pro singularum stellarum potestate
conplentur. Sed generaliter sicut in libro institutionis
diximus, III. ab horoscopo locus fratres ostendit. Sed
nos partiliter requiramus.
27 [De loco coniugis.] Si locum coniugis partiliter
volueris invenire, conputa a parte Saturni usque ad
partem Veneris, et quantamcunque conputus fecerit
summam, tantam ab horoscopo inchoans per sequentia
divides signa; et in quocumque dividens signo novis-
simam inveneris partem, haec tibi pars in diurna ge-
28 nitura coniugis locum monstrat. In nocturna vero
genitura a Venere inchoans ad Saturnum conputabis,
et similiter conlectum partium numerum ab horoscopo
inchoans divides, et in quocumque signo novissima
pars venerit, hoc tibi signum in nocturna genitura
locum coniugis monstrat. Alii a Sole ad Lunam et
in diurna et in nocturna ⟨genitura⟩ et tantundem ab
horoscopo conputant, et in virili et in muliebri geni-
tura similiter conputantes, et hoc nos in multis geni-
29 turis probavimus. Cum itaque locum coniugis hac qua
diximus ratione collegeris, primum inspice signi pote-
statem, utrumnam solidum sit an duplex an tropicum.
Secundo ordine illud quaeres quo in loco geniturae
signi sit dominus collocatus. Tertio requires hunc
eundem locum, id est in quo est finium dominus, qua-
tenus benivolae stellae malivolaeque respiciant. Cum
enim idem signum in quo locus coniugis fuerit in-
ventus, benivolae stellae possederint, ⟨in⟩ oportunis

1 feminae *Γ* 3 per sing. st. potestatem *Δ* 4 *cf. lib. II 19, 4* 6 partem *Δ* 8 conputa **A***Δ*] conputas **BG** (conputes **v**) 11 dividens *om. Δ* (*probat ζ*) 14 cum a Venere *Δ* (locum et Venere **G**) 15 conlectum] collectum *Γ* coniectum *Δ* | numerum *om. Δ* 16 dividas *Δ* 19 *add.* **a** 21 nos hoc *Δ* 27 eundem **DG**] secundum | quatenus eum **a** 29 loco *Δ* 30 *add.* **a**

geniturae locis positae, et nulla humilitate deiectae, et
condicionis suae secutae sint potestatem, dabunt uxores
gloriosas divites, sed quas semper concordialibus
vinculis copulent. Sed nec multarum uxorum nup- 30
tiae decernuntur. Nam quamcunque sortiti fuerint, *fol. 84r II*
usque ad diem ultimum vitae perseverat in matri-
monio cum gratia et laetitia venustatis. Sed uxorum
mores ex signorum natura definies; ex differentia enim
signorum matrimoniorum genera poteris invenire. Si 31
vero malivolae stellae hoc idem fecerint, omnia his
contraria facient. Tunc enim humiles tunc ingloriae
decernuntur uxores, tunc in matrimoniis dissensiones,
tunc acerba iurgia simultatum, tunc discidiorum per-
petratur misera turbatio, tunc steriles tunc adulterae
dantur uxores. Sed haec omnia pro stellarum pote-
statibus poteris explicare. Si vero in genitura mu- 32
lieris locum mariti volueris invenire, et sit diurna ge-
nitura, a Marte ad Venerem * * * a Venere ad Martem
hoc idem simili ratione perficies. Tantundem ab ho-
roscopo ⟨inchoans per sequentia divides signa⟩, et in
quocunque signo novissimae partis venerit numerus,
hoc signum tibi mariti locum monstrat. Qualis sit
itaque maritus, simili poteris ratione ⟨colligere⟩, quam
in genituris virorum de mulieribus diximus. Memi-
nisse autem debes quod generaliter uxorem Venus, ma-
ritum Mars semper ostendit.

1 nulla a] Luna | humilitatem Δ 2 condictionis BG condonationis Δ | potestates N 3 quas] quae a 4 vehiculis Δ | copulent A] copulentur 6 perseverant *corr.* κσ 7 et *om.* Γ (grata G) 8 mores σ] mortes Γ, *om.* Δ | definies κσ] deficiens (discernes A) 11 facient AΔ] faciunt Gv faciant B 13 acerba σ] acerbas | iurgia σ] iniurias ΔG insidias A inhas B | dissidiorum Γ 18 a Marte — ad Martem A] a Marte ad Venerem ad Martem B a Sole ad Martem Δ a Venere ad Martem G | in nocturna vero *suppl.* a *recte ad sensum* 19 perficies ζ] percipies | et tantundem a 20 *suppl.* ζ 22 monstrat *om.* Δ 23 ratione poteris Δ | *add.* ζ (cognoscere a invenire *post* diximus v) | qua κ 24 in *om.* Δ 26 ostendat G

33 [De loco filiorum.] Locum nobis filiorum Venus
et Mercurius semper ostendunt. Quicumque ipsorum
prior in genitura sit positus, ab eo inchoans usque
ad alium conputabis, et collectam omnium partium
summam ab horoscopo inchoans signis sequentibus
divides, et in quocumque signo novissima pars venerit,
34 hoc tibi signum filiorum locum monstrat. Quomodo
autem sit quod diximus quicumque prior fuerit, hoc
docemus exemplo. Si Venus in Tauro fuerit et Mer-
curius in Geminis, prior Mercurius invenitur; a Mer-
curio itaque inchoans usque ad Venerem conputabis.
Si vero simili modo Venus abante fuerit et ⟨in⟩ signis
posterioribus Mercurius, a Venere conputationis dabis
35 exordium. Si vero in uno ⟨signo⟩ fuerint constituti,
ab eo inchoans * * * usque ad alium veneris, qui in
eodem signo [qui] in posterioribus partibus fuerit in-
fol. 84v I ventus. Si vero in isdem partibus fuerint inventi,
ab illo inchoas cuius minuta praecedunt. Si vero in
isdem [partibus fuerint inventi, ab illo inchoas, cuius
minutae] minutis fuerint, tunc hoc praetermisso a
Iove ad Mercurium in diurna, in nocturna a Mercurio
36 ad Iovem iisdem rationibus conputabis. Cum itaque
locum filiorum partili ratione collegeris, inspice simili
modo quatenus hunc eundem locum benivolae stellae
malivolaeque respiciant. Sed et condiciones stellarum

3 prius Δ | usque — 5 inchoans *om.* Δ 7 quomodo] quo **AG** quõ **D** 9 docebimus Δ 12 Simili modo si (vero *om.*) Δ | *add.* **a** | signo posteriore σ (*partim propter clausulam*) 14 uno Γ] imo Δ | *add.* **a** 15 inchoas **BG** | *lac. stat.* ζ (*excidit fere* qui in prioribus partibus fuerit conputa quoad) 15 venies Δ 16 *del.* ζ (*fuit in archetypo* si^{gni}gno, *inde* **a** in post. eiusdem signi part.) 17 Si — inventi *om.* Δ 18 inchoans **N** inchoes **v** | minutae *corr.* **a** | in *om.* Δ 19 *del.* σ *illata e lin.* 17 *sq.* | fuerit Δ | inventi *om.* Δ**G** | inchoes **v** 20 minutis] minutus **N** 23 inspice **D**^{2}**N**^{2}] in Piscibus 24 quatenus simili modo Δ | locum *post* malivolaeque *pon.* Δ 25 condictiones **G** condonationes *cet. corr.* **v**

diligentissima ratione pertracta, signi etiam naturam
pariter ac potestatem. Si enim benivolae stellae hunc
locum respexerint in oportunis geniturae locis positae
et in secundis signis, filios pro locorum et signorum
potestate decernunt. Malivolae vero contrarium fa- 37
ciunt. Sed et ipsae interdum malivolae si condi-
cionis suae genitura fuerit, filios decernunt, id est
Saturnus in diurna Mars in nocturna. Decernuntur
autem filii pro natura signorum. Illud sane memi-
nisse debemus, quod si in duplici signo locus filiorum
fuerit inventus, de duabus uxoribus, si vero solidum
fuerit signum, vir quidem de una uxore, mulier vero
de uno marito filios habebit. Si vero locum filiorum 38
malivolae stellae et benivolae pari ratione respiciant,
filiorum sobolem et dant pariter et tollunt, aut si
benivolarum stellarum obtinuerit potestas, malivolarum
stellarum inimicis radiis debilitas quaedam susceptis
filiis inferetur, aut certe filios a parentibus grandi si-
multate dissociant. Et in hoc itaque loco et in ce- 39
teris omnibus mixturas temperationesque stellarum
diligenti ratione perspicies, signorum etiam naturam,
sed ⟨et⟩ locorum ab horoscopo venientium proprias
potestates. Generaliter autem filiorum locum V. osten-
dit locus et eius signi dominus et natura ipsius signi
et testimonia benivolarum vel malivolarum stellarum.
[De loco vitiorum et valitudinis.] Si vitiorum 40
ac valitudinis locum partiliter volueris invenire, in
diurna quidem genitura a Saturno inchoans usque ad
Martem conputabis, et tantundem ab horoscopo, in *fol. 84v II*
nocturna vero a Marte inchoans ad Saturnum conpu-
tabis, et tantundem ab horoscopo, et in quocumque
signo collectarum partium novissimus venerit numerus,

6 si in Δ | condonationis *corr.* ϰ 18 inferetur **AG**] infertur 21 perspicies **G**] perspicias **A** prespicies **B** respicies Δ 22 *add.* ζ (et *pro* sed ϰ) 24 domini **BG** 25 stellarum *om.* Δ 26 valitudinum **Γ** 32 novissimus *om.* Δ

hoc tibi signum vitiorum ac valitudinis locum mon-
41 strat. Sed generaliter vitium ⟨VI.⟩ ab horoscopo si-
gnum ostendit. Vitium itaque valitudinum principe in
loco ex signi natura definiens — in institutionis enim
libro diximus, quas corporis partes singula signa possi-
deant — secundo ordine inspicies, quatenus hunc
eundem locum benivolae stellae malivolaeque respiciant.
42 Si enim locum in domibus suis aut in altitudinibus
collocatae prospera radiatione respiciant, ab omni va-
litudinis incursione hominem liberabunt. Si vero mali-
volae stellae hunc locum minaci radiatione respiciant,
acerba valitudinum vitia cum misera calamitate decer-
43 nunt. Sed haec vitia pro signorum natura perspicies,
et pro potestate sua. Mars enim plagas, vulnera mi-
nora corporum, praecipitia ruinasque, et ex ipsis ca-
sibus miserorum vulnerum exitia decernit. Saturnus
vero pestiferi humoris incursu spasmos tremores cali-
gines et ex aquis misera discrimina et his similia
decernit. Quodsi malivolas stellas †decernentes vitia
44 pro testibus. Si vero hic locus possessus a mali-
volis nudus ab omni benivolarum stellarum praesidio
relinquatur, perpetua vitia valitudinum et calamitatum
exitiales exitus decernuntur. Vitiabit autem Mars in-
tra XV annos, Saturnus intra XXX annos, Sol intra
XIX annos. Quodsi [hi] duo fuerint qui vitiant, utri-
usque annos conputans defini tempus, et utroque tem-

1 valitudinum AΔ 2 Sed — 3 ostendit *om.* Δ | vitium ζ] exitium | *add.* a (*cf. lib. II 19, 7*) 3 *vel* vitia *vel* ac valitudinem σ | percipe Δ 4 diffiniens AB | *cf. II 24* | in *om.* Δ 6 secundum ordinem *corr.* a 7 stellae possideant mal. resp. Δ 8 hunc locum a 10 hominem Γ] hoc Δ 11 min. rad. hunc loc. Δ 13 perspicies ζ] perficiens Γ perficies Δ 14 sua *om.* N (*commendante clausula*) | minora] misera σ 15 corporis Δ | ipsis Γ] hiis *vel* ijs Δ 17 incursum spaumos humores tremores Δ | calligines BGN 19 *temere emendat* a 20 pro potestatibus σ 21 ab *om.* Δ 22 relinquantur Δ 24 XV. Γ] XI. Δ | annos *om. bis* Δ 25 *del.* a 26 comparans Δ | definitum N -itur D

pore incursionem spera[vit] vitii vel valitudinis ****** pro natura sua utraque stella decernit.

[De loco Cupidinis et desideriorum.] Locum 45
desideriorum si partiliter volueris invenire, in diurna quidem genitura a parte Daemonis usque ad partem Fortunae conputa, et tantum ab horoscopo. In nocturna vero ⟨a⟩ Fortuna usque ad Daemonem simillimis rationibus conputabis, et tantum ab horoscopo, et cum locum partili ratione collegeris, ex signo et ex stellarum testimoniis omnis tibi desideriorum cupiditas *fol. 85r I*
demonstrabitur. Sed locum Fortunae et locum Daemonis qua ratione invenias, in quarto diximus libro.

[De loco necessitatis.] Si necessitatis locum par- 46
tili volueris invenire ratione, in diurna quidem genitura a Fortuna conputabis ad Daemonem, in nocturna vero a Daemone ad Fortunam, et tantundem ab horoscopo, et cum hunc eundem locum ista ratione collegeris, omnia de eo loco pro signorum et pro stellarum qualitate definies.

[De honoribus.] Si honorum locum partili vo- 47
lueris ratione colligere, ⟨a⟩ IX. semper conputabis ad Solem, et tantundem ab horoscopo, et quodcunque signum novissimam acceperit partem, hoc tibi honorum monstrat insignia, et ex sua natura et ex stellarum omnium testimoniis.

1 spera ζ] speravit (sperati **a**) | *excidit fere* qualem κ vitiorum autem genera ζ 3 Cupidinis et *om.* Δ | desideriorum in nocte a Venere ad daemonem (Venerem **G**) die aliter *Γ* 6 fortunae **D**²] Veneris **A**′ *om. cet.* | tantundem **a** *et l.* 8 7 *add.* **v** | fortunae usque ad partem daemonis Δ 10 omnibus Δ | tibi **a**] sibi 11 locum *post. om.* Δ 12 *IV 17 sq.* 13 *post* de loco necess. *add.* *Γ*: i. a. inter daemonem a mercurio ad fortunam noct. contrarium 14 ratione invenire Δ 17 et hunc e. l. cum pari ratione Δ 20 De honoribus ·i· (id est **G**) a noc̃t. azã (ara **A**) contin (coñti **G** contr̃ **B**) *Γ* (*hoc est* in diurna, nocturna contrarium); De loco honorum Δ | vol. rat. **Nv**] rat. vol. 21 *add.* **a** | IX.] Iove κσζ | computa Δ 23 novissima acc. pars Δ

48 [De militia.] Si militiae locum partili volueris ratione colligere, a Marte semper conputabis ad Solem, et tantundem ab horoscopo, et in quocumque signo novissima pars venerit, hoc tibi signum pro natura sua et pro stellarum testimoniis militiae monstrat eventum.

49 [De peregrinatione.] Si peregrinationis locum partiliter volueris invenire, a Sole semper conputabis ad Martem, et tantundem ab horoscopo, et in quocumque signo novissima pars venerit, hoc tibi signum pro natura sua et pro stellarum testimoniis peregrinationis exitum monstrat.

50 [De fama et existimatione.] Si existimationis famam partili volueris ratione colligere, a Sole usque ad MC. conputabis, et tantundem ab horoscopo, et in quocumque signo novissima pars venerit, hoc tibi signum pro natura sua et pro stellarum testimoniis famam existimationis ostendit.

51 [De virtute corporis.] Si virtutem corporis partiliter volueris invenire, a Luna conputabis ad Iovem, *fol. 85r II* et tantundem ab horoscopo, etiam cetera simili ratione pertractans; omnia enim tibi pro natura signi stellarum testimonia monstrabunt.

52 [De possidendo.] Si possessionum substantiam partili volueris ratione colligere, a Mercurio semper conputabis ad Iovem, et tantundem ab horoscopo, et in quocumque signo novissima pars ceciderit, ex ipsius signi natura et ex stellarum testimoniis ordinem possessionis invenies.

1 De loco militiae Δ 4 naturae suae Δ 5 mil. locum **A** 6 et eventum **A** nec eventum **B** 7 De loco peregrinationis Δ 11 naturae suae Δ (suae *om.* **N**) | peregrinationis *om.* Δ 12 exitium Δ 13 De loco existimationis famae **N** 19 De loco virtutum corporis **N** *et similia saepius* | virtutem Γ] virtutum Δ | partem Δ 21 etiam **A′B**] et Δ**G** 22 pertractas **AB** | signorum et st. testimoniis **AB** 25 semper *om.* Δ

53 [De accusationibus.] Si accusationis locum partili volueris ratione colligere, a Marte semper conputabis ad Saturnum, et tantundem ab horoscopo, et in quocumque signo pars ultima ceciderit, hoc tibi signum pro natura sua et pro testimoniis ceterarum stellarum accusationis exitum monstrat.

54 [De adversariis et inimicis.] Si adversariorum locum et inimicorum partili volueris ratione colligere, per diem a Marte ad Mercurium conputabis, per noctem vero a Mercurio rursus ad Martem, et tantundem ab horoscopo, et in quocumque signo novissima pars venerit, ⟨hoc tibi signum⟩ ex natura sua et ex stellarum testimoniis monstrat inimicos.

55 [De amicis.] Si amicorum locum partili volueris ratione colligere, per diem quidem a Iove ad Mercurium conputabis, per noctem vero a Mercurio ad Iovem, et tantundem ab horoscopo; in quocumque itaque signo pars ultima venerit, hoc tibi signum ex natura sua et ex stellarum testimoniis amicos verissima ratione monstrabit.

56 Gloriae nocte a Venere ad Iovem, die contra. Nemesis nocte a Fortuna ad Lunam, potestatis nocte a Saturno ad Solem, basis nocte a fortuna ad genium. Si vero Venus XXX partes excesserit, sive in nocte sive in die, †inter contra inter d. contra diu contra.

57 [De servis.] Si servorum locum partili volueris ratione colligere, a Mercurio semper conputabis ad *fol. 85v1* Lunam, et tantundem ab horoscopo, et in quocumque signo ultima pars venerit, hoc tibi signum pro natura sua et pro stellarum testimoniis servitia demonstrat.

5 sua *et* pro *alt. om.* Δ | ceterarum *om.* **AB** certarum **D**[1]**Gv** 6 exitium **A'B** 8 et inim. locum Δ 12 *add.* ζ (hoc **a**) | ex *alt. om.* Γ (pro **A**) 21 *Haec librarius archetypi coartavit ex plenioribus Firmici verbis* (*inde a* -cte a Venere *hanc paragraphum om.* **N** *in spat. vac. 3 lin.*) | die autem contra *ter add.* **a**, *iure, cum haec fere latere videantur in verbis corruptis lin. 25* 23 basis] *cf. Catal. I 160, 16* 29 pars venerit Γ] pervenerit Δ | natura stellarum et sua et testimoniis Δ

58 [De sepultura.] Si sepulturae *** ⟨sepulturae⟩ exitum monstrat.

XXXIII.

1 Coepimus tibi Mavorti omnia secreta matheseos verissimis definitionum sententiis intimare, sed plenissimum tibi horum omnium tractatum liber septimus monstrat, ut omnia sine aliqua difficultate facillimis ac verissimis possis inquisitionibus invenire. Sed ad complementum huius libri illud addetur, ut demonstrem tibi, quae stella cum domina temporum fuerit, et sibi ceterisque stellis totam X annorum ac IX mensium diviserit substantiam, quid et qua ratione decernat. Quatenus autem inveniatur temporum dominus, quem Graeci chronocratorem vocant, in libro institutionis manifesta ratione monstravimus; quam rem diligenter inquire, ut possis periculorum ordines et exitus invenire.

2 Si Saturnus temporum dominus fuerit effectus, sibi ex omni tempore sicut in libro institutionis diximus, XXX ⟨ven⟩dicat menses. Respice itaque quatenus sit in genitura positus, et an sit diurna genitura an vero nocturna, et an geniturae cardines teneat, et quid ex signi natura vel ex loci potestate decernat. Quae cum omnia diligenti ratione collegeris, tunc invenies quid
3 faciat cum dominus temporum fuerit. Si enim in genitura pericula ab ipso decreta fuerint, tunc exequitur quicquid ante decreverat. Si orbitatem in genitura decernat, tunc [enim] miseram filiorum sobolem crudeli potestate persequitur. Si viduitatem decreverit, tunc matrimonium aut morte aut dissensione dissociat.

1 *lac. stat. et add.* ζ hic deficit D^2 *im.* 2 exitium Γ 4 Mavorti decus nostrum **Nv** 5 plenissime Δ 7 sine Γ] sint Δ 8 rationibus Δ 12 et κζ] ei 14 libro II. inst. manifeste monstr. Δ *cf. II 26* 18 Saturnus si Δ | tibi Γ 19 *cf. II 27, 1* 20 XXXV **AGD** | *add.* D^2 22 et an quid in signis Δ 27 decreverit ζ 28 *del.* **AB**

Si accusationes decreverit, tunc inimicorum suscitat turbas. Si aegritudines decreverit, tunc vitium miserae calamitatis infligit. Si damna decreverit, tunc patrimonium variis lacerationibus quatiet. Si vero *fol. 85v II* bene fuerit collocatus, et prosperum aliquid in genitura decernat, condicionis suae secutus potestatem, tunc reddit quicquid ante promiserat, praesertim si geniturae dominum bene collocatum habeat, et sit diurna genitura.

4 Si Saturnus temporum dominus fuerit effectus, Iovi ex tempore suo XII menses deputat. Si itaque male sit in genitura [a] Saturnus positus, et per ipsum aut periculum aut aegritudo aut damnum aut infortunium decretum fuerit, tunc omnes periculorum minae salutaris dei potestatibus mitigantur. Si vero bene constitutus in genitura Iovi decreverit tempora, maximae felicitatis incrementa largitur, praesertim si fuerit diurna genitura, et in bonis signis vel in bonis partibus positus Iovi trigonica radiatione iungatur.

5 Si Saturnus temporum dominus effectus Marti deputaverit tempora, deputat quidem [et] ex decennio suo menses XV. Sed cum Mars deputatum sibi a Saturno tempus acceperit, omni malitia sopita laeti decernit temporis gaudium; invicem se enim ex contrariis potestatibus mitigant.

6 Si Saturnus temporum dominus fuerit effectus, ex decennio suo deputat Soli menses XIX. Cum itaque Sol deputatum sibi a Saturno tempus acceperit, causas concitat et iurgiorum contentiosa certamina. Sed ipsae

4 quatiet **Nv**] quatit 5 aliquid **NA**] aliquod 6 decernat in genitura *Δ* | condictionis **G** condonationis *corr.* *ϰ* 8 dominum **BGD**] dominium **A′** dominus **N** | collocatum habeat *ϰσ*] collocatus beata *Γ* collocatus *Δ* 11 deputat menses **v** 12 in *om.* *Δ* | a Saturno *del. et corr.* *ϰσ* | posita *Δ* 13 aut *prim. om.* *Δ* 15 salutaribus *Δ* 16 decreverit] diviserit *ϰ* 17 infelicitatis *Δ* 18 in diurna *Δ* 21 quidem] eidem *ϰ* | *del.* *Δ* 24 temporis decernit *Δ* 26 effectus *om.* *Δ* 28 deputatus Saturnus sibi *Δ* 29 iurgiorum *ζ*] iurgio **AB** iurgii *Δ***Gv**

causae ex maxima parte de domorum aut fundamentorum proprietatibus inferuntur, praesertim si sit nocturna genitura. Sed et patri periculum decernit et iacturam dignitatis facit.

7 Si Saturnus temporum dominus fuerit effectus, ex decennio suo deputat Veneri menses VIII. Cum itaque Venus deputatum sibi a Saturno tempus acceperit, gratum tempus ⟨faciet et⟩ ab omni infortunio separatum, ut praecedentis infortunii quod alterius stellae malitia perpetrarat, discrimen salutari remedio corrigatur. Quod si ipse decreverit nuptias, vidua tunc uxor nuptiali vinculo copulatur.

fol. 86r I Si Saturnus temporum dominus fuerit effectus, ex
8 decennio suo Mercurio XX deputat menses. Cum itaque Mercurius deputatum sibi a Saturno tempus acceperit, veterum causarum sopitas excitat simultates, et latentia contentionum iurgia redivivis rursus actionibus faciet inferri.

9 Si Saturnus temporum dominus fuerit effectus, ex decennio suo Lunae XXV deputat menses. Cum itaque Luna deputatum sibi a Saturno tempus acceperit, ex vitiosis humoribus aegritudines concitabit, aut ex aqua maximum periculi discrimen inpingit, aut novarum litium faciet denuntiatione turbari, ut omne hoc tempus varia pericula et varias sollicitudines semper indicat. Sed haec si fuerit Luna plena luminibus; si minuta et in genitura Saturni radiatione pulsata, cum miseris calamitatibus mortis decernit incommoda.

1 ex *Δ*] ea *Γ* | aut de **GN** 2 sit *ζ*] in (sit *post* nocturna **a**) 4 dignitati *corr.* **D**^{2}**a** 8 *add.* *ζ* 9 ut **a** (ita ut)] aut 10 stellae *om.* *Δ* | perpetrat *Γ* 11 corrigetur **A** | vidua **GA**^{b}] viduat **A**^{a}**BD**^{2} inducis **D**^{1} induit *Δ* 12 uxor *suspectum censet σ* | vehiculo *Δ* 15 Mercurius prius *Δ* 17 redivivis *Γ*] redimus *vel similia* *Δ* 18 inferri faciet *Δ* inferi fac. **G** 19 effectus fuerit **AB** | Lunae XXX ex dec. suo *Δ* *cf. 190, 20* 24 ut *Γ*] aut *Δ* 27 ⟨diurna⟩ genitura *κ*

XXXIV. [IUPPITER.]

Cum ad Iovem ordo temporum venerit, etiam ipsi 1 anni X et menses IX deferentur. Sed hoc omne tempus etiam ab ipso simili ratione dividitur. Inspiciendus est itaque etiam ipse cum dominus fuerit, quatenus sit in genitura positus, et in quibus sit signis et in quibus partibus collocatus, et an sit in primis an vero in secundis cardinibus constitutus, et an in secundis geniturae ⟨locis⟩ an vero in pigris atque deiectis, et an sit diurna genitura, an vero nocturna. Ex his enim 2 omnibus cum dominus temporum fuerit, decretorum eius efficacias invenimus. Quicquid enim in genitura a Iove decretum fuerit, cum dominium temporum nactus fuerit reddit. Sed hoc et in ceteris omnibus stellis servare debebis. Quicquid enim de Saturno et de Iove diximus, hoc et in ceteris stellis simili debes ratione colligere. Omnes enim stellae quicquid in genitura decreverint, sive sint prospera sive mala, cum temporum dominium nactae fuerint exequentur.

Cum Iovi X anni et IX menses delati fuerint, ipse 3 sibi primus ex omni hoc tempore XII vindicat menses. In his itaque XII mensibus, quos sibi ipse Iuppiter deputavit, felicitates gloriam laetitias pro geniturae *fol. 86r II* mensura decernit, praesertim si ipse geniturae dominus fuerit. Tunc cuicunque geniturae aut nuptiae aut filii decreti fuerint, si tempus aetatis admiserit, etiam cum dominus temporum fuerit, [et] maxima ratione perficiet, glorias etiam et honores et augmenta patrimonii largitur, sicut diximus, pro mensura geniturae.

1 *lemma om.* Δ 3 anni X Δ] X anni **A′** X *om.* **BG** | deferuntur Δ 8 et in secundis Δ 9 *add.* **v** 12 inveniemus **GN** 13 dñm **GN** 15 servare — ceteris stellis *om.* Δ 20 Iovi **D**^{2}] Iove **ABND**^{1} Iovem **G** (ad Iovem **v**) | delati — 21 menses *om.* Δ 22 quos Δ] quod Γ | sibi κζ] sic *codd.* (sit **G**) 23 felicitatis **BG** 25 aut *alt. om.* Δ | filii **a**] si 26 decretae Δ | admiserit Γ] ammisceri Δ | etiam] tum κ 27 *del.* **a** 28 et *post* honores *om.* Δ | patrimonī *postulare videtur clausula*

4 Si Iuppiter temporum dominus fuerit effectus, ex decennio suo deputat Saturno XXX menses. Cum itaque Saturnus deputatum sibi a Iove tempus acceperit, pigra homines conversatione faciet semper hebetari, ut in omnibus actibus pigro frigoris torpore deficiant; sed haec si sit nocturna genitura, et si non sit Saturnus bene in genitura positus.

5 Si Iuppiter temporum dominus fuerit effectus, ex decennio suo XV menses deputat Marti. Cum itaque Mars deputatum sibi a Iove tempus acceperit, omnem vitae ac negotiorum ordinem mutat, et quicquid praecedenti negotiorum dispositione tractatur, ad alterius vitae ordinem transferetur, ut hoc tempore instituta prioris officii deserantur; aut certe variis discriminibus nocebit.

6 Si Iuppiter temporum dominus fuerit effectus, ex decennio suo Soli XIX deputat menses. Cum itaque Sol deputatum sibi a Iove tempus acceperit, omnia faciet vitae secreta publicari, et omnes actus varia ratione convertit, et animum per diversa sollicitudinum genera variis cogitationibus ducit. Dissipat etiam quicquid fuerit ante conpositum, ut turbatis omnibus atque confusis animus per diversa genera sollicitudinum dividatur; sed haec in diurna genitura minuuntur, in nocturna rursus * * *

7 Si Iuppiter temporum dominus fuerit effectus, ex decennio suo Veneri VIII deputat menses. Cum itaque Venus deputatum sibi a Iove tempus acceperit, in nocturna quidem genitura, si sit domina geniturae, aut si Iuppiter dominus sit, nuptias facit et prospera

2 suo *om.* **Γ** 3 deputat *vel* deputatur **Δ** | tempus a Iove **Δ** 5 corpore **A**(?)**NG** 10 deputatur **Δ** 12 dispos. negot. **Δ** | ulterius **Δ** 13 ordinem **Γ**] reimẽ **D** crimen **N** | transfertur **ΔB** 14 deferantur **BD** 18 deputatum **Γ**] deputat *vel* deputatur **Δ** 22 ut] et **AB** 23 sollic. gen. **Δ** 25 *lac. indicant* **BDN** *excidit fere* augentur 30 facti **Γ**

decernit tempora, felicitatis etiam commoda. In diurna vero genitura mediocres sed assiduas amoris indicit illecebras, praesertim si Venerem loci vel signi natura *fol. 85v I* commoverit.

8 Si Iuppiter temporum dominus fuerit effectus, ex decennio suo Mercurio XX deputat menses. Cum itaque Mercurius deputatum sibi a Iove tempus acceperit, decernit actus ex quibus maxima lucrorum commoda conferantur, et plurimarum ac magnarum amicitiarum praesidia largitur, et omnibus officiis augmenta prosperae promotionis assignat, ut ex omnibus rationibus et ex omnibus actibus prospera et lucrorum et felicitatis commoda conferantur.

9 Si Iuppiter temporum dominus fuerit effectus, ex decennio suo Lunae XXV deputat menses. Cum itaque Luna deputatum sibi a Iove tempus acceperit, tranquillae serenitatis quietem et maxima felicitatis incrementa decernit, pro geniturae scilicet substantia. Tunc enim praecedentium infortuniorum dolor variis solaciorum generibus mitigatur, tunc egestatis angustiae relaxantur, tunc aegritudinum vitia sanitas constringit, tunc periculorum metus prosperis praesidiis opprimuntur, tunc in omnibus certaminibus et causis pro ipsis sententiae proferentur, tunc dolor frangitur, tunc sollicitudo mutatur, ut praecedentium infortuniorum squalore deterso purum ac mundum felicitatis tempus accedat, praesertim si Lunam plenam luminibus in genitura Iuppiter prospera radiatione respiciat.

1 tempora *Γ*] commoda vel tempora *Δ* | felic. etiam commoda *Δ*] cum commoda (commodo **AD**[2]) felic. *Γ* 2 mediocri *Γ* mediocris *Δ* *corr.* **a** | sed ϰσ] et 3 Venus *Γ* | naturam *corr.* **N** | Venus . . . naturam commutaverit ϰ comminuerit ζ 7 deputatur *Δ* | tempus a Iove **AB** 11 promotionis σ] remotionis *Δ***G** rationis *Γ* | affirmat *Δ* 12 et *prim.om.* *Γ* | et lucrorum et *om.* *Δ* 15 XXX *Δ* 20 mitigantur, tunc enim *Δ* | egestates **AN** 21 sanitas *ante* aegrit. *transpon.* ζ 22 opprimuntur ϰσ] opponuntur 23 et ϰ] ex 24 proferuntur *Δ***G** 28 respexerit *Δ*

XXXV. [MARS.]

1 Cum ad Martem dominium decennii venerit, id est X annorum et IX mensium, omne hoc tempus etiam ab ipso iisdem rationibus dividitur. Sed ⟨et in⟩ hoc sicut ⟨in⟩ Saturno et Iove omnia simili ratione debes inspicere, signum partem condicionem locum testimonia, ut omnia possis manifestis inquisitionibus invenire. Cum itaque Mars temporum dominus fuerit effectus, ex decennio suo sibi XV menses retinet. In his XV mensibus actus quidem maximos pro geniturae substantia cum potiori turbatione decernit, ut in ipsis *fol. 86v II* actibus qualescunque sint varium periculorum discrimen oriatur, praesertim si geniturae fuerit dominus, et si sit diurna genitura.

2 Si Mars temporum dominus fuerit effectus, ex decennio suo Saturno XXX deputat menses. Cum itaque Saturnus deputatum sibi a Marte tempus acceperit, omnibus conversationibus pigrum tarditatis pondus inponit, ut omnia negotia tarditate semper hebetentur, et facit inefficax tempus, sordidum squalidum, et ab omnibus actibus separatum.

3 Si Mars temporum dominus fuerit effectus, ex decennio suo Iovi XII deputat menses. Cum itaque Iuppiter deputatum sibi a Marte tempus acceperit, omnia decernit commoda prosperitatis, et negotia prospero conpleri faciet semper eventu. Lucra etiam et

1 *lemma om.* Δ 3 X annorum κζ] ex anno | IX **GN**] VIII 4 et *add.* ζ in a 5 *add.* a | Saturno **N**] Saturni | Iove **GN**] Iovis 6 condicionem **A**] condictionem **BG** condonationem **N** (*om.* **D**) 7 ut] aut **BG** 8 Mars cum fuerit temp. dom. Δ 9 detinet σ *cf. 199, 6* | his quidem XV mens. act. quidem Δ 11 ⟨sed⟩ cum σ | potiori **GN** *cf. 200, 28*] priori 13 si sit geniturae dom. Δ 18 pondus Γ] onus Δ 19 tarditate ζ] tarditatis **AB** tardi actus Δ**G** | hebetentur κζ] habentur Γ habeantur Δ 23 Iovi XII dep. m. **N**] I. XII m. dep. **D**· dep. Iovi m. XII Γ 25 prospera commoditatis Δ

omnia negotiorum officia largitur, et reddit laborantibus requiem, aegris salutem, sollicitis securitatem, errantibus reditum, litigantibus finem, in angustia constitutis abundantiam.

Si Mars temporum dominus fuerit effectus, ex de- 4
cennio suo Soli XIX deputat menses. Cum itaque Sol deputatum sibi a Marte tempus acceperit, maxima periculorum discrimina ex assidua calamitate decernit, et omnem ordinem vitae misera semper mutatione conturbat, et turbas excitat seditionesque concinnat, et oculorum dolores cum maxima aegritudinis continuatione decernit. Vitam etiam omnem maximis periculis et maximis damnorum incursionibus concutit, et erunt inevitabilia pericula, nisi omnibus bonum Iovis testimonium restiterit.

Si Mars temporum dominus fuerit effectus, ex de- 5
cennio suo Veneri VIII deputat menses. Cum itaque Venus deputatum sibi a Marte tempus acceperit, facit quidem prosperum tempus, et ab omni periculorum discrimine separatum, sed ex multarum mulierum coitu latens ipsis †mensibus infamia semper infertur. Quod si in genitura quadrati sibi fuerint, adulteria tunc faciunt perpetrari, sed hoc facinus cum testimonio Iovis celant, cum Mercurii et Solis publicant cum misero vitae discrimine.

Si Mars temporum dominus fuerit effectus, ex de- *fol. 87r I*
cennio suo Mercurio XX deputat menses. Cum itaque 6
Mercurius deputatum sibi a Marte tempus acceperit, ex scripturis quibusdam pericula faciet concitari, aut ex furto miserum damnum semper infligit, sed ini-

1 officia] genera **GN** 3 constitutus **GN** 9 misera permutatione **AB** 12 etiam] et **BN** 13 incursibus **Δ** 15 restiterit **a**] praestiterit 18 faciet **GN** 19 ab omni **Γ**] aliorum **Δ** 21 latens **AD**] lateris | latentis i. rumoris inf. *κ e. g.* 22 fuerint iuncti, adulteria faciunt *σ* 23 haec facinora **Δ** (haec *et* **B** *Pat.*) 24 Mercurius et Sol *corr.* *κζ* 27 deputat XX **A′B** 29 facient **ND**^{2} faciant **D**^{1}

micos frequentibus rationibus faciet dissipari. Quod si in genitura quadrati vel diametri sibi iuncti fuerint, maleficiorum vel adulterae pecuniae crimen indicunt, praesertim si Mercurius in finibus Saturni vel in domo fuerit inventus.

7 Si Mars temporum dominus fuerit effectus, ex decennio suo Lunae XXV deputat menses. Cum itaque Luna deputatum sibi a Marte tempus acceperit, maxima periculorum discrimina faciet semper inferri, praesertim si Luna fuerit plena luminibus. Tunc enim periculosa decernuntur temporum spatia, tunc fugae tunc exilia tunc misera periculorum discrimina concitantur, tunc homines custodia aut publicus carcer accipiunt, tunc incendia tunc febres tunc grave damnum cum misera patrimonii laceratione decernitur, tunc gravium aegritudinum casus semper affertur. Quod si in genitura sine testimonio Iovis quadrati vel diametri fuerint, tunc sine dubitatione aut cruentam aut fle-
8 bilem aut repentinam mortem faciunt. Quod si in genitura Saturnus cum Luna fuerit inventus, et Luna a Marte deputatum sibi tempus acceperit, etiam tunc mortis acerbae ex praecedentibus periculis inferentur exitia; quae pericula ⟨pro⟩ signorum varietatibus sortiuntur eventum.

XXXVI. [SOL.]

1 Si Sol dominus temporum fuerit, id est cum ei X annorum et IX mensium fuerit assignatum tempus, omnia etiam in ipso quae in ceteris diximus, simili

2 iuncti κσ] tunc 3 adulteratae κ 4 vel Saturnus **AB** 9 semper *om.* **AN** 11 pericula **AN** | fugas *corr.* a 12 pericula *Γ* 13 in custodiam aut publicis carceribus *Δ* 15 decernit *Γ* 16 gravitas aegritudo *corr.* ζ (gravis aegritudinum a) 17 genituris *Δ* | sine κ] in 18 sine dubitatione *om.* *Δ* | aut *alt.*] et **AD** 23 *add.* v 25 *lemma om.* *Δ* (Sol etirmicum *Γ*: *videtur paginae titulus* Firmic.. *in textum irrepsisse* σ) 26 Si Sol A] Sol si *Δ* si *om.* **BG** 28 etiam *Γ*] et *Δ*

debes ratione perspicere, mixturas temperationes signum locum partes, ut ex horum omnium conparatione totum decretorum ordinem invenias. Sed et ab ipso *fol. 87r II*
omne hoc tempus simillimis rationibus dividetur. Cum itaque Sol dominus temporum fuerit effectus, ex decennio suo XIX menses sibi detinet. In his itaque XIX mensibus nihil ab eo prosperum, sed omnia infortuniorum genera sperare debemus. Sed haec omnia in diurna genitura ex parte aliqua mitigantur, sed et ex Iovis testimonio sopiuntur, Saturni vero et Martis eriguntur, praesertim si in genitura male fuerit collocatus.

Si Sol temporum dominus fuerit effectus, ex de- 2
cennio suo Saturno XXX deputat menses. Cum itaque Saturnus deputatum sibi a Sole tempus acceperit, in nocturna quidem genitura pestiferum ac mortiferum minatur exitium, in diurna vero genitura maximae felicitatis incrementa decernit, pro geniturae substantia, praesertim si bene in decreto fuerit collocatus.

Si Sol temporum dominus fuerit effectus, ex de- 3
cennio suo Iovi deputat XII menses. Cum itaque Iuppiter deputatum sibi a Sole tempus acceperit, tranquillae felicitatis commoda cum maxima vitae laetitia decernit, ut malorum omnium vestigio deterso prosperum eum omne felicitatis tempus accipiat. Tunc relaxantur damna, tunc sanitas redditur, tunc ex praecedentibus discriminibus liberantur.

Si Sol temporum dominus fuerit effectus, ex de- 4
cennio suo Marti menses XV deputat. Cum itaque

1 inspicere Δ | signorum Δ 2 comparationes **BGN** 3 ab **a**] aut Γ *om.* Δ | ipse . . . simili ratione dividet Δ 6 retinet **A** *cf. 196, 9* 8 omnia **A**] Luna **BG** Lunae Δ mala ϰ 9 mitigantur sed *om.* Δ 10 sopiuntur Γ] mitigantur Δ 11 fuerint collocati σ 15 tempus a Sole Δ 16 pestiferum — 17 genitura *om.* Δ 20 ex Δ] de Γ 21 XII deputat **N** 24 omnium **GN**] omni 25 eum ζ] enim (*om.* **Aa**) | omne Δ] hominem **BGv** omen **A** (*probat* ϰ *qui* tempus *del.*, prospero eum omine σ) 29 suo *om.* **AB**

Mars deputatum sibi a Sole tempus acceperit, sive in diurna sive in nocturna genitura, patrimonio miseris lacerationibus dissipato, extremae paupertatis indicit angustias, sed et crebras causarum conflictationes exagitat, oculorum etiam crebros dolores efficiet, et grave periculi discrimen indicit, et assidua damnorum continuatione concutiet.

5 Si Sol dominus temporum fuerit effectus, ex decennio suo deputat Veneri VIII menses. Cum itaque Venus deputatum sibi a Sole tempus acceperit, in *fol. 87v I* omnibus quidem negotiis prosperum decernit eventum, sed uxoris animos cum quadam malitiae dissensione semper inflammat, ut uxoris latens animus tunc se et prodat et detegat, aut si tunc uxor non fuerit, a muliere discrimen indicitur, et propter hoc publicas causas et forenses simultates exagitat, et turbis sed mediocribus excitatis.

6 Si Sol temporum dominus fuerit effectus, ex decennio suo deputat Mercurio XX menses. Cum itaque Mercurius deputatum sibi a Sole tempus acceperit, negotia crebros actus et assidua decernit lucrorum commoda, sed ipsa lucra cum maximis laboribus et cum maximis periculis deferuntur.

7 Si Sol temporum dominus fuerit effectus, ex decennio suo XXV menses deputat Lunae. Cum itaque Luna deputatum sibi a Sole tempus acceperit, omnem vitam hominis ⟨in⟩stabili semper varietate conturbat, ut quicquid ipso tempore collatum fuerit, rursus potioribus rationibus auferatur, et erit ipsum tempus ex

1 sive sit diurna sive noct. Δ 4 exagitat **a**] excogitat 5 dolores crebros Δ 6 gravis per. crimen Δ 13 perflammat *corr.* **a** (perflammant **AN**) 14 prodit **B** *Pat.* perdit **A** 15 indicit ϰ 16 turbis **A**] turbas (turbas sed mediocres excitat ϰ) | sed Δ**G**] se **AB** 18 dominus temporum Γ 19 XV Δ (Merc. XV dep. mens. **N**) 20 negotii ϰ 21 lucrorum decernit Δ. 25 XXV **B**] XXX | Lunae XXX dep. menses Δ**G** (dep. mens. *et* **B**) 27 *add.* ϰζ 28 ut **G**] aut (et **N**) | collatum **A**] collocatum | posterioribus ϰσ 29 tempus ipsum Δ

varia inaequabilitate mutabile, ut angustiae repentinis divitiis releventur, et divitias rursus paupertatis angustiae subsequantur.

XXXVII. [VENUS.]

Veneri quoque X annorum et IX mensium spatia 1
deferentur. Cum itaque Venus domina temporum fuerit, omnia et in ipsa pari debes ratione perspicere, quae in ceteris observanda esse monstravimus. Ex omni itaque hoc tempore ipsa sibi VIII tantum vindicat menses. Hoc itaque omni tempore ⟨tori⟩ coniugalis affectum maxima relevat gratia venustatis, sed et laetitiam maxima cum securitate decernit, praesertim si geniturae fuerit domina.

Si Venus temporum domina fuerit effecta, ex de- 2
cennio suo Saturno XXX deputat menses. Cum itaque Saturnus deputatum sibi a Venere tempus acceperit, aut ***** cum muliere graves dissensionis indignationes exagitat. Tunc enim ab uxore aut morte aut simultatibus separantur.

Si Venus temporum domina fuerit effecta, ex de- 3
cennio suo Iovi XII deputat menses. Cum itaque *fol. 87v II*
Iuppiter deputatum sibi a Venere tempus acceperit, bonum quidem tempus et laetum decernit, sed quasdam infamias cogitabit.

Si Venus temporum domina fuerit effecta, ex de- 4
cennio suo Marti XV deputat menses. Cum itaque Mars deputatum sibi a Venere tempus acceperit, multa

2 relevantur *corr.* D | angustia *vel* angustias *Δ* 3 subsequuntur N 4 *lemma om. Δ* 5 X anni et IX menses deferuntur *Δ* 6 temp. dom. *Δ* 7 et ipsa omnia *Δ* (omnia et ipsa G) | respicere *Δ* 8 servanda *Δ* 10 omni *om. Δ* | *add. σ* (coniugis *ζ*) 12 cum maxima *Δ* 13 dominus BG 16 Saturnus *post* Venere *pon. Γ* 17 aut *Γ*] erunt *Δ* | *lac. stat. κσ* | dissensiones indignatione sua agitat (cogitat *Δ*) *corr. κσ* 19 simultate separatur *Δ* 20 domina fuerit temporum BG 23 quibusdam A 24 agitabit a concitabit *κ*

mala et frequentia dolorum decernit incommoda. Tunc enim animum variis amorum illecebris semper exagitat, et propter amoris dura tormenta gravem animo dolorem semper inponit, ut propter haec errantis animi vitia etiam causarum discrimina frequenter accedant. Turbae etiam et pericula propter uxores pessimas aut ab uxoribus pessimis inferentur, aut adulterii crimen exurgit, aut amor inpura cogitatione conceptus.

5 Si Venus temporum domina fuerit effecta, ex decennio suo Soli XIX deputat menses. Cum itaque Sol deputatum sibi a Venere tempus acceperit, facit ut suas fugiant semper uxores, et hoc cum periculo capitis et cum iactura patrimonii semper efficiunt. Si vero Iovis prosper radius accesserit, peregrinationis necessitatibus separantur.

6 Si Venus temporum domina fuerit effecta, ex decennio suo Mercurio XX deputat menses. Cum itaque Mercurius deputatum sibi a Venere tempus acceperit, omnia negotia prospero eventu conpleri perficiet; frequentia etiam laetitiae gaudia decernit, lucra maxima conferri faciet et idonea subsidia facultatum.

7 Si Venus temporum domina fuerit effecta, ex decennio suo Lunae XXV deputat menses. Cum itaque Luna deputatum sibi a Venere tempus acceperit, stridorem animo zeli latentis indicit. Si vero Luna in genitura fuerit plena luminibus, et ei Venus deputaverit tempora, maximis ⟨in⟩ rebus nocebit, omnia infortuniorum concitans vitia.

5 etiam *Γ*] aut **D** et **Nv** | accedunt *Δ* 6 turba *corr.* **a** 10 XIX Soli **A′B** 14 prosper **A′**] prospera | radiatio *Δ* **G** 20 etiam *om.* *Δ* 22 domina temporum *Δ* 23 XXV *post* menses *Γ* | computat *Δ* 24 stridore *Γ* 25 zeli ζ] telis | latentis *om.* *Δ* 26 fuerit plena in genitura *Δ* 27 *add.* **a**

XXXVIII. [MERCURIUS.]

1 Mercurio quoque X annorum et IX mensium spatia deferentur; et in hoc itaque omnia sicut in ceteris stellis simili debemus ratione colligere. Cum itaque *fol. 88r I* ⟨Mercurius⟩ temporum dominus fuerit, ex decennio suo XX sibi menses reservat. Hoc itaque omni tempore id est XX mensibus omnia bona ex assiduis felicitatibus decernuntur, et facit ut omnes actus prospere sequatur eventus, praesertim si geniturae fuerit dominus et bene sit collocatus.

2 Si Mercurius temporum dominus fuerit effectus, ex decennio suo Saturno XXX deputat menses. Cum itaque Saturnus deputatum sibi a Mercurio tempus acceperit, domesticorum mortes ex assidua infortuniorum calamitate decernit, parentum affinium patronorum, et qui nobis prodesse consuerunt.

3 Si Mercurius temporum dominus fuerit effectus, ex decennio suo Iovi XII deputat menses. Cum itaque Iuppiter deputatum sibi a Mercurio tempus acceperit, tempus quidem quietum et ab omni negotiorum strepitu separatum decernit, sed in hac ipsa quiete maxima laudis commoda et gaudiorum laetitiam semper accommodat, filios etiam non habentibus si geniturae ratio permiserit, omni ratione decernit.

4 Si Mercurius temporum dominus fuerit effectus, ex decennio suo Marti XV deputat menses. Cum itaque Mars deputatum sibi a Mercurio tempus acceperit, inimicos suscitat, accusationes infert, lites ex nova de-

1 *lemma om.* Δ 2 IX] VIII **A′G** 4 eadem debes Δ | Cum itaque ζ] itaque cum **AD** is cum **BGN** 5 *add.* v 7 assidua felicitate Γ 8 ut *om.* **BG** | prosper Δ 12 XXX Saturno Γ 15 ⟨ut⟩ parentum a 16 consueverunt **A′DG** 22 laetitiam **GNv**] laetitias **A** laetitia **B** *Pat.* licentiam **D** | accommodant Δ 23 geniturae ratio Γ] natale **D** natale enim **N** (*qui deinde* omni *om.*) 26 XV menses accommodat Δ 28 nova] nociva κ

nuntiatione decernit; quas omnes bonum semper Iovis testimonium mitigat.

5 Si Mercurius temporum dominus fuerit effectus, ex decennio suo Soli XIX deputat menses. Cum itaque Sol deputatum sibi a Mercurio tempus acceperit, maxima patrimonii damna et maximas animo sollicitudines semper indicit.

6 Si Mercurius temporum dominus fuerit effectus, ex decennio suo Veneri VIII deputat menses. Cum itaque Venus deputatum sibi a Mercurio tempus acceperit, bona commoda ex assidua felicitate decernit, securitatem † vel tota quiete commoda lucra pro mensura geniturae.

fol. 88r II Si Mercurius temporum dominus fuerit effectus,
7 ex decennio suo Lunae XXV deputat menses. Cum itaque Luna deputatum sibi a Mercurio tempus acceperit, maximas aegritudines et maxima languorum vitia decernit; pro loci ac signi natura ad vitiosi languoris incommoda frigidum mentis addet torporem, sed haec Iuppiter bono semper testimonio mitigabit.

XXXIX. [LUNA.]

1 Lunae quoque X annorum et IX mensium spatia deferentur; et in hac itaque sicut in omnibus ceteris stellis, omnia debes diligenti ratione tractare. Ex hoc itaque decennio Luna sibimet ipsa XXV menses reservat. Hoc itaque tempore quo sibi Luna XXV mensium deputat spatia, si sit sic posita ut minuta

4 deputat XIX **AB** 6 animi **A** 9 Cum — 10 acceperit *Γ*] Sed tunc Venus *Δ* 12 vel tota quiete *Γ*] omnia quietis *Δ* salutem quietem *σ cf. 197, 2* vitae quietae *ζ* 17 maxima aegritudinum *Δ* 18 ad *ϰ*] aut 19 frigidus *Δ* | addet *ζ post Krollii* addit] adiuvet | torporem *ϰ*] tempus 20 sed *ζ*] et | mitigarit *corr. ϰ* (*an codicum textus tenendus lacuna post* mentis? *statuta respice clausulam* adiuvet tempus *ζ*) 21 *lemma om. Δ* 22 X anni et IX (VIII **AN**) menses deferentur *Δ* 23 hoc *Γ* 24 omnia *om. Δ* 25 XXX *Δ* 26 quo *Δ*] quod *Γ* | Luna sibi XXV menses deputat *Δ* 27 ut **A′B**] et *Δ* **G**

luminibus ad Saturnum feratur vel plena ad Martem, omnifariam mortem decernit. Si vero plena luminibus et benivolarum stellarum fuerit testimoniis adornata, cum maximis laboribus modica patrimonii incrementa decernit. Semper enim et Solis et Lunae tempora malos habent exitus, praesertim si eos malivolae stellae minaci radiatione respiciant.

2 Si Luna temporum domina fuerit effecta, ex decennio suo Saturno XXX deputat menses. Cum itaque Saturnus deputatum sibi a Luna tempus acceperit, si minuta sit lumine, ex vitiosis humoribus aut ex aquis aut ex naufragiis misera periculorum decernit exitia, et miseras mortes. Si vero sit plena, facit quidem haec eadem, sed dat evadendi facultatem.

3 Si Luna temporum domina fuerit effecta, ex decennio suo Iovi XII deputat menses. Cum itaque Iuppiter deputatum sibi a Luna tempus acceperit, omnia bona cum laetitia et cum hilaritate decernit, praesertim si Luna fuerit plena luminibus: tunc pericula tunc metus tunc aegritudines sopiuntur, tunc pro mensura geniturae felicitatis augmenta procedunt.

Si Luna temporum domina fuerit effecta, ex decennio *fol. 88^v I* suo Marti XV deputat menses. 4 Cum itaque Mars deputatum sibi a Luna tempus acceperit, si sit plena luminibus, maximas turbationes et maximas seditiones decernit; et si in genitura sic sit [quadrata] posita ut quadrata vel diametra videatur a Marte, cruentum ac flebile calamitatis decernit exitium.

5 Si Luna temporum domina fuerit effecta, ex decennio suo Soli XIX deputat menses. Cum itaque Sol deputatum sibi a Luna tempus acceperit, incendia exustiones aegritudines et flagrantium febrium miseros

3 stellarum *om.* **Γ** 9 XXX *om.* **AB** 11 lumine ζ] luna **Γ** *om.* **Δ** 18 cum *alt. om.* **ΔG** 25 plena luminibus **Δ**] Luna plena **Γ** 26 sic *om.* **Δ** | *del.* ζ 27 posita — quadr. *om.* **Δ** | ut ζ] aut **Γ** vel **Γ**] aut **Δ** 28 exitium *om. in spat. vac.* **Γ** 29 dom. fuerit temp. **Γ**

languores indicit. Sed haec omnia Iovis prosperum testimonium mitigat.

6 Si Luna temporum domina fuerit effecta, ex decennio suo Veneri VIII deputat menses. Cum itaque Venus deputatum sibi a Luna tempus acceperit, si fuerit diurna genitura, *** stridore sterili decernit. Si vero fuerit nocturna, maxima lucrorum incrementa largitur, praesertim si fuerit Luna minuta luminibus.

7 Si Luna temporum domina fuerit effecta, ex decennio suo Mercurio XX deputat menses. Cum itaque Mercurius deputatum sibi a Luna tempus acceperit, frigidas aegritudines cum corporis debilitate decernit.

XL.

fol. 88v II His rationibus, Mavorti decus nostrum, temporum
1 summa dividitur. Sed nolo ut in tractatibus ex istis definitionibus abruptae sententiae proferantur. Frequenter enim si benivola stella deputatum sibi tempus acceperit, si habuerit tunc secum malivolam temporalem, ***** tunc quadrata vel diametra radiatione respiciat, bonitatis suae decretum ex malivolae stellae
2 potestate dimittit. Hoc idem et in malivola stella simili ratione reperies. Nam si deputatum sibi malivola stella tempus acceperit, et eam tunc benivola temporalis aut pariter posita aut prospera radiatione conposita mitigaverit, omne decretum infortuniorum benivolae stellae salutari praesidio mitigatur.

3 Intimata tibi itaque est sic ut intelligatur, perfecti

1 prosperum Iovis *ΔG* 6 *lac. stat.* ζ | stridore sterili] uxorem sterilem **G** sterilitatis stridorem **a** (*post* stridore *spat. vac. 25 litt.* **D**) | sterili] servili **ϰ** (*qui* turbas ex *suppl.*) 15 ex *om.* **Γ** 16 diffinitionibus *Δ*] de finibus **A** definitibus **B** de[ti]finibus **G** 18 tunc *om.* *Δ* | maliv. vel tempor. *Δ***G** 19 ⟨aut eam malivola temporalis⟩ *suppl.* σ 20 ex *om.* **AB** 22 reperies ratione *Δ* (repperies **Nv** *et sic legendum esse clausula convincit*) | a malivola **Γ** 24 temporalis *om.* **AB** 27 intelligatur **AB**] intelligi datur **G** intelligis **N** intelligitur **Dv**

operis disciplina, nec est adhuc aliquid quod requiratur. Omnia enim quibus rudes animos instituere debemus, docili sermone enarravimus. [qui] Nunc qui primis caerimoniis initiati ad ipsum secretorum limen accessimus, intento animo reliqua debemus audire, ne in fastidio auribus constitutis et ista respuentibus dicta, errantium tractatuum †pereuntes sententias ingeramus.

Conpleto itaque sexto libro omne dicendi studium 4
ad secreta libri septimi transferetur.

1 adhoc Δ 3 narravimus ζ | qui *del.* ζ sed *vel* itaque σ | nunc Γ] modo **N** m̄s **D** | qui] quia κσ | primus caerimoniis initia *corr.* κσ 4 ipsud Γ | lumen Δ 6 respuentia Δ 7 tractatuum a] tractatum Γ tractatim Δ | pereuntes] perversas *vel* pravas ζ 9 *subscribunt fere ut libro VI*

LIBER SEPTIMUS

I.

fol. 89r I Cum incognitis hominibus Orpheus sacrorum caeri-
1 monias ⟨intimaret⟩, nihil aliud ab his quos initiabat
in primo vestibulo nisi iurisiurandi necessitatem [et]
cum terribili auctoritate religionis exegit, ne profanis
auribus inventae ac conpositae religiones proderentur.
Sed et †Platonici meum perpetuum a se eum fre-
quenter convenit, nec secretarum disputationum vene-
randa commenta inperitis aliquando ⟨auribus⟩ inti-
mari. Patiuntur enim haec omnia iacturam, cum per-
ditis ac desperatis animis ingeruntur. [apud] Pytha-
goras etiam et noster Porphyrius religioso putant
2 animum nostrum silentio consecrari. Vnde et ego
horum virorum legem [in]secutus convenio te iure-
iurando, Mavorti decus nostrum, per fabricatorem mundi
deum, qui omnia necessitate perpetuitatis excoluit, qui
Solem formavit et Lunam, qui omnium siderum cursus
ordinesque disposuit, qui maris fluctus intra certos

3 *cf. VIII 33. Vett. Val. VII pr. Lobeck Aglaoph. 450. Kroll de orac. chald. 59, 2 Skutsch Arch. f. Rel.-Wiss. XIII 291 sqq.*
4 *add.* ϰζ (ostenderet **D**[2] aperiret **a**) 5 vestibulo ⟨constitutus⟩ σ | nisi **N**] ad minus *Γ***D** ad unius **v** *genetivum in* -aminis *cadentem latere putat* ϰ | iusiurandi *corr.* **v** *cf. l. 15 et 209, 20* 7 religionis *corr.* **Dv** (religionis secreta **a**) 8 Plato Timaeum perp. apud se fr. continuit **a** | meum] deum ϰ | perp. — eum] discipulum suum σ | a] ad **N** 9 nec *si recte se habet, lacuna ante statuenda;* ne *ras.* **D** (ne . . . intimaret **a**) 10 *add.* **N** 12 *del.* ζ (*est dittographia syllabae* pyt(hagoras); aput **G**) | Pythagoreos *Δ* 13 religioso putant ζ] religiosa putat **N** religiosa epulanti *cet. codd.* 14 consecrati **AB** 15 *del.* **v** 17 excolit *corr.* **a** expolit ϰ 18 format **A**

terrae terminos coartavit, qui ignem ad sempiternam substantiam divinae perpetuitatis inflammat, qui terram in medio collocatam aequata moderatione sustentat, qui omnes homines feras alites et omnia animantium genera divina artificii maiestate conposuit, qui terram perennibus rigat fontibus, qui ventorum flatus cum quadam facit necessitatis moderatione variari, qui ad fabricationem omnium quattuor elementorum diversitate conposita, ex contrariis et repugnantibus cuncta perfecit, et ortum occasumque † terraemotum omnium * * * * * per descensum ascensumque animae, per inmortalem aeternae perpetuitatis ordinem: ne haec *fol. 89r II* veneranda commenta profanis vel inperitis auribus 3 intimentur, sed his quos animus incorruptus ad rectum vivendi ordinem casto ac pudico praesidio mentis ornavit, quorum illibata fides, quorum manus ab omni sunt facinorum scelere separatae, integris pudicis sobriis ac modestis, ut puro mentis splendore decoratis integra se scientia divinationis insinuet. Accipe itaque omnia partili ratione collecta, et quia te iurisiurandi religione convenimus, accipe quod tibi cum maxima animi trepidatione ⟨pro⟩misimus.

II. [DE EXPOSITIS ET NON NUTRITIS.]

Quorumcumque horam benivolae non viderint stellae, 1 et Luna eorum sit in aliquo cardine constituta, Marte et Saturno in VII. ab horoscopo loco id est in occasu constitutis, nati statim exponuntur a matribus. Sed

2 sibi substantiam **A′B** | inflammavit **BD** inflammator **A** 3 moratione **AG** 4 omnes *om.* *Δ* homines *om.* *Γ* | alites et] *Δ* alienantes ex *Γ* | omni animantium genere *Γ* omne an. genus *Δ* *corr.* v 10 perficit *Γ* | terrae motum] astrorum *σ* 11 *lac. stat.* *κσ* | inmortalitatem **BG** *et* **a** *quae* ordinavit *pro* ordinem 13 commenta v] communia (commercia D^2) 15 ornavit *κζ*] ordinavit *Γ* ordinata *Δ* 18 ut] et *κ* 19 itaque *Γ*] etiam *Δ* 20 iusiurandi **NA** 22 *add.* *σ* (*transmis.* **a**) 23 *lemma om.* **D** 24 horam *Γ*] horoscopum *Δ* 25 et] si *σ* eorum *del.* **a** seorsum *κ*

et si horoscopus in his signis fuerit, quae brevia
habent tempora, et Mars in VII. loco ab horoscopo
id est in occasu, Luna autem minuta lumine ad Satur-
num feratur aut ad Martem plena, natus infans simi-
2 liter exponetur. Sed et si dominus Fortunae id est
dominus eius signi ⟨in⟩ quo locus Fortunae fuerit in-
ventus, et dominus eius signi in quo pars horoscopi
constituta est, radiis sint Solis absconsi, aut in his
signis in quibus ante diximus fuerint constituti, Sa-
turnus vero aut Mars in occasu geniturae sint consti-
tuti, natus infans exponetur. Sed et si Luna in horo-
scopo fuerit inventa aut in occasu horoscopi, et Mars
et Saturnus diametra sint radiatione coniuncti, aut si
una malivola in conceptionali Sole fuerit inventa, is
3 qui natus fuerit exponetur. Sed et si Sol et Luna
diametra se radiatione respiciant, aut si quadrati
fuerint, ita tamen ut haec schemata in cardinibus
faciant, et cum ambobus malivolae sint stellae pariter
constitutae, id est si Sol in horoscopo fuerit et Luna
in occasu, aut Luna in horoscopo et Sol in occasu, et
fol. 89v I cum uno Mars et cum alio Saturnus fuerit, in ipsis
partus angustiis constitutus suffocatus extinguitur. Si
vero superiores malivolae stellae effectae Lunam minaci
radiatione respiciant, et mater in ipso partu grave
4 discrimen mortis incurrit. Si Sol in horoscopo fuerit
inventus, et Luna plena luminibus in quocumque signo
feratur ad Martem, Saturnus vero in aliquo sit car-
dine constitutus, is qui natus fuerit expositus interibit.
Sed et si Luna cum Marte in quocumque cardine
fuerit inventa, et in contrario Sol cum Saturno fuerit
constitutus, et omnibus testimonium Iovis desit, is qui

1 his *om.* Δ 2 ab horoscopo *om.* Δ 3 autem **B**v] aut 5 fortunae Γ] fortior Δ 6 *add.* **a** 10 occasu geniturae Δ**G**] nocturna genitura Γ 13 sint diametra Δ 14 malivola ⟨stella⟩ σ | fuerint inventae *corr.* **a** 17 scemata Γ**N** 21 ipsis partus σ] ipso partu (*tenet* ϰ *qui* spiritus *pro* constit.; constit. angust. ζ) 27 et Saturnus **AB** 29 Marte et in Δ 31 absit Δ

natus fuerit aut exponetur aut statim cum matre
pariter interibit. Si Luna in quocumque cardine 5
fuerit inventa, et Mars eandem de alio cardine dia-
metra radiatione respiciat, aut cum ipsa in eadem
parte fuerit inventus, et Saturnus alium geniturae
cardinem teneat, aut in anafora sit cardinis constitutus,
is qui natus fuerit exponetur. Quodsi Iovis stella in
quocumque cardine fuerit inventa, et eam Mars de loco
superiore respiciat, expositos aut inveniri faciet aut
reverti, praesertim si Martem Venus quacumque radia-
tione respiciat. Si Sol cum Saturno in horoscopo 6
fuerit inventus, et Luna sit in MC. constituta, Mars
vero in IMC. positus Lunam diametra radiatione respi-
ciat, is qui natus fuerit exponetur. Sed et si Sole in
horoscopo constituto et Luna in MC. Saturnus sit in
occasu et Mars in IMC., is qui natus fuerit expositus
statim peribit, aut et mater cum ipso pariter morietur.
Sed et semper (quod et generaliter servare convenit)
si Solem et Lunam in quibuscumque cardinibus con-
stitutos ambos Mars et Saturnus diametra radiatione
respiciant, aut unum de diametro alium de quadrato,
aut exponentur nati, aut statim peribunt, aut cum
ipsis matres misero perimuntur exitio. Si Mars et *fol. 89v II*
Saturnus in aliquo cardine fuerint inventi, aut uno 7
eorum in cardine constituto alius sit in anafora posi-
tus aut in epicatafora, Luna vero ab uno ipsorum aut
diametra aut quadrata radiatione pulsetur, aut pariter
sit constituta, is qui sic natus fuerit exponetur. Si
vero his sic constitutis benivola stella coniunctionem
Lunae venientis exceperit, expositi ab aliis colligentur,
et libertati redditi in filiorum loco nutrientur. Si Luna 8
in horoscopo fuerit inventa, et Mars sit in XII. ab

11 respexerit **DG** 14 Sed si **Γ** 17 aut [et] ϰ 18 quod et] quod te ϰ 21 diametra . . . quadrata *corr.* σ 26 aut in **AB**] vel in **G** vel **Δ** | epintacafora **G** epintacafore **B** epitacafore **A** 27 quadrata aut diametra **Δ** 30 colligentur **ΔG**] coniungentur **AB** 31 liberati **AΔ**

horoscopo loco, Saturnus vero in anafora horoscopi
positus Solem quacumque radiatione respiciat, pecus
intra viscera matris artuatim concisum ⟨a⟩ medicis
proferetur. Quodsi sic his ordinatis alienus a cardi-
nibus Iuppiter fuerit, et mater in ipso partu consti-
tuta morietur. Si Luna sic fuerit constituta, ut mali-
volam stellam in praecedenti signo habeat, aliam in
sequenti, et sequens Lunam stella Solem quacumque
radiatione respiciat, is qui natus fuerit aut exponetur
9 aut statim ut natus fuerit interibit. Si dominus geni-
turae aut dominus signi in quo Fortunae locus fuerit
inventus, in XII. ab horoscopo aut in VI. loco fuerint
inventi, aut in II. ab horoscopo aut in VIII., nec eos
aliqua benivolarum stellarum prospera radiatione respi-
ciat, nec dominus geniturae in suis sit finibus consti-
tutus, is qui natus fuerit statim exponetur. Sed et si
aliqua malivola stella aut Lunam aut horoscopum
viderit, ⟨et⟩ omnes benivolarum stellarum radii ab his
10 alieni fuerint, expositi laniabuntur a canibus. Si do-
minus geniturae in tropicis signis fuerit inventus, et
in his signis constitutus in pigris et deiectis locis
positus, et eum Luna diametra radiatione respiciat,
malivolae vero stellae aut per quadratum aut per dia-
metrum Lunae aequata partium societate iungantur,
hi qui nati fuerint aut in mari aut in fluvio proiecti
fol. 90r *I* statim interibunt. Si vero benivolae stellae testimonium
commodarint, † aut horoscopus paucis diebus nutriti
11 proicientur. Cum Sol et Luna in quocumque signo
XXX. signi possederint partem, is qui natus fuerit

2 pecus] *cf. ad 169, 21* 3 *add.* **Na** 4 his sic **G** | alie-
nis **AΔ** 6 ut ϰ] et **Γ** *om.* **Δ** | ut ⟨unam⟩ ϰ 8 stellam **Δ**B^a
10 statim ut *om.* **D** statim *post* fuerit *habet* **N** 14 *aut* beni-
vola stella *aut* radiatio ϰ 17 Lunam] stellam **AB** 18 *add.*
D^2a 21 sit *alicubi videtur addendum esse* 22 eum **N**] cum |
Lunam **Γ** 24 partium **Δ**] parte **AB** (part **G**) 25 aut *prius*
om. **Δ** 26 stellae Lunae aut horoscopo test. comm., paucis **a**
(ab homine *pro* aut hor. **N** ab aliis ϰ [aut] horoscopo σ)
29 partes **Nv** (*cf. 213, 2 ubi idem vitium in omnibus codd.*)

nulla habebit vitae tempora. Si vero Solem et Lunam in XXX. parte constitutos malivolae stellae aut ⟨de⟩ quadrato aut ⟨de⟩ diametro respexerint, is qui natus fuerit expositus a canibus laceratus extinguitur. Sed et si Luna et Sol in XII. ab horoscopo loco constituti pariter fuerint inventi, et benivolae stellae nec hos nec horam prospera radiatione respexerint, is qui natus fuerit exponetur. Si vero malivolae respexerint stellae, expositus consumetur a canibus. Si vero sic ut diximus in tropicis signis fuerint constituti, sine testimonio benivolarum stellarum, natus statim in aqua peribit. Si in genitura neque Solem neque Lunam 12 neque horoscopum neque Fortunae locum benivolae stellae prospera radiatione respexerint, is qui natus fuerit exponetur. Si vero malivolarum stellarum radius accesserit, expositus consumetur a canibus. Si nulla benivolarum stellarum nec cum Sole et Luna neque in horoscopo neque in MC. neque in V. ab horoscopo loco neque in XI. neque in IX. neque in III. neque in VII. neque in IV. fuerit inventa, sed in his locis solae sint stellae malivolae constitutae, is qui natus fuerit exponetur. Si in genitura benivolae quidem 13 radiis sint Solis absconsae, malivolae vero stellae in matutino sint ortu, is qui natus fuerit exponetur. Sed et si Luna sic sit synodica ut omnem substantiam luminis perdat, nec eam aliqua benivola stella prospera radiatione respiciat, is qui natus fuerit exponetur. Sed et si malivola stella sic positam Lunam viderit, aut mortui nascuntur aut nati lacerabuntur a canibus. Si omnes stellae cum Sole et Luna in VI. 14 aut in XII. ab horoscopo loco fuerint collocatae, is

2 partibus *corr.* σ 3 de *prius add.* a *alt.* ζ 5 constituti *om.* **AB** 6 partiliter *Γ* 7 horam *Γ*] horoscopum *Δ* | respiciant *Δ* 16 nulla **a**] Luna 20 IV. **a**] quadrato 22 benivolae stellae sint quidem radiis *Δ* (ben. stellae *et* **B**[a]) 25 synodica] si non dictam **BG** 28 positam **N**] posita | Lunam] lumen **AB** | viderit Lunam ζ 30 VI. loco *Γ* 31 in *om.* *Δ* | XII. loco aut horosc. loco **D** | fuerit inventa **AB**

qui natus fuerit exponetur. Quodsi ceteris stellis in his in quibus diximus locis positis una benivola stella *fol. 90r II* in quocumque cardine fuerit inventa, expositus ab alio collectus nutrietur. Sed ei haec ipsa benivola stella 15 ad vivendum minora temporis sui spatia decernit. Si Luna aequis partibus cum Marte iungatur in eodem signo posita, aut si in diametro constituti aequas partes teneant in †IMC., nec eos aliqua benivola stella respiciat, Saturnus vero sic positam cum Marte Lunam qualibet ratione videat, matres eorum in ipso partu constitutae moriuntur. Si vero aliqua benivola stella sic cum Marte positam Lunam respiciat, conciso infante particulatim prolato mater ex mortis periculo 16 liberatur. Si Luna in occasu fuerit inventa, et Mars aut cum ipsa in isdem partibus fuerit inventus, aut in horoscopo partiliter constitutus, et sit diurna genitura, is qui natus fuerit exponetur. Sed et si Iuppiter hos sic collocatos in alio cardine positus respexerit, aut si Venus hoc idem fecerit, exposito vitae praesidia per alium conferuntur, scilicet ut ab his collectus nutriatur. Sed et si Luna in anafora horoscopi ⟨fuerit, et eam Saturnus in VIII. ab horoscopo⟩ loco constitutus diametra radiatione respexerit, et Mars aut horam aut Lunam de quadrato respiciat, nec has omnes aliqua benivola viderit stella, is qui natus fuerit expositus 17 statim peribit. Si Luna in uno signo cum Marte et Saturno fuerit inventa, ita ut inter ambos constituta medium teneat locum, et nulla eam benivola stella

3 fuerit cardine **AB** 4 ei *Γ*] et **D** etiam **N** 5 minora *Γ*] in mora **N** mora **D** 6 Luna *Γ*] in *Δ* 7 positi aut sibi diametro *Δ* 8 in IMC. **AG**] in MC. *Δ* IMC. **B** ⟨in MC. et⟩ in IMC. ϰ 9 positus *Δ* 12 sic **AG**] sit **B***Δ* | posita *corr.* **a** 15 ipsa in ζ] ipsis | isdem *om.* *Δ* | partibus ϰ] partiliter | part. fuer. inv. *Δ* (*et habuit* **G** *qui* fuerit — partiliter (*l.* 16) *om.*)] fuer. inv. part. **AB** f. p. inv. **va** 16 horoscopi parte *Δ* 17 et *om.* *Γ* 19 vit. pr. per. al. **A**] vit. per al. pr. 21 *add.* **N** 22 loco *om.* *Γ*, *post* const. *pon.* **D** | constitutus **N**] constituta 23 Martem **N** 24 respexerit *Δ* | benivola aliqua *Δ* 28 et ζ] vel

videat, si quidem sic sit in medio collocata, ⟨ut⟩ longe
ab ea sint malivolae stellae, nec ei vicina societate
iungantur, is qui natus fuerit exponetur. Si vero
ambae malivolae stellae ita sint constitutae, ut vicinis
Lunae lateribus adhaerescant, nec aliquid his beni-
volarum stellarum testimonium accedat, is qui natus
fuerit statim cum matre pariter interibit. *fol. 90v I*

Si Sol in MC. fuerit inventus, Luna vero in occasu, 18
id est in VII. ab horoscopo loco, Saturnus ⟨vero⟩ et
Mars ita sint positi ut unus Solis alter Lunae radiis
adhaerescat, is qui natus fuerit exponetur. Si vero
hos sic collocatos benivolae stellae prospera radiatione
respexerint, expositus ab alio collectus nutrietur.

Si in anafora horoscopi Iuppiter fuerit inventus,
et Lunam a Marte diametra radiatione percussam ipse
quacumque radiatione respiciat, expositi et nutriti la-
queis servilibus inplicantur. Sed et si Sol in occasu
fuerit inventus, et Saturnus cumeo aut in horoscopo,
Mars vero aut in anafora horoscopi aut in epicatafora,
id est in VIII. ab horoscopo loco, et nulla benivola
stella aliquem cardinem teneat, is qui natus fuerit
exponetur. Si dominus eius signi in quo est horo- 19
scopus constitutus, in anafora horoscopi fuerit inven-
tus, et dominus anaforae in XII. sit ab horoscopo
loco constitutus, in diurna genitura cum Sole, in noc-
turna vero cum Luna, is qui natus fuerit, exponetur.
Sed et his sic ordinatis id est in anafora et in XII.
ab horoscopo loco sicut ante diximus, si Sol et Luna
nulla sibi ⟨radiatione⟩ iungantur, is qui natus fuerit
expositus statim peribit. Si Luna in III. ab horo- 20

1 medio ζ] MC. | *add.* ζ 2 stellae *om.* Δ 4 ambo **ADG** 5 aliquod **N** (*cf. Skutsch Glossa I 305*) 9 *add.* κζ 10 Soli **A′B** 11 adhaerescant **BGv** 15 Luna . . . percussa Δ Lunam . . . percussa **G** 17 Sol *om.* **A** *in lac. et* **B** 24 sit *om.* **DG** *post* horoscopo *habet* **N** 25 constitutus loco Δ 27 Sed his Δ 29 nulla **N**] invita | *add.* **N** | iungatur Δ**G**

scopo loco fuerit inventa, et Sol in XI. ⟨vel VI.⟩, domini vero eorum signorum in quibus Sol et Luna ⟨sunt⟩ constituti, in IX. ab horoscopo loco sint positi, is qui natus fuerit exponetur. Si Sol et Luna in occasu fuerint inventi, id est in VII. ab horoscopo loco constituti, ⟨Mars vero et Saturnus in VIII.⟩, domini vero utriusque signi in VI. sint ab horoscopo loco positi, is qui natus fuerit expositus a canibus lacerabitur. Si dominus eius signi in quo est horoscopus constitutus, in MC. fuerit inventus, et in horoscopo sit malivola stella constituta, nec alicuius benivolae stellae radius ad horoscopi partes accedat, is qui natus fuerit exponetur, et a canibus lacerabitur.

21 Si datoris vitae signum sit hoc quod est in anafora horoscopi constitutum vel in VI. ab horoscopo loco, ipse vero dator vitae cum malivola stella pariter sit in MC. ⟨vel IMC.⟩ constitutus, is qui natus fuerit statim lacerabitur a canibus. Sed et si dator vitae dominus sit eius signi in quo est anafora constituta, *fol. 90v II* ipse vero dator vitae in VI. sit ab horoscopo loco constitutus, is qui natus fuerit non nutrietur. Si dator vitae in IMC. fuerit inventus, et dominus ipsius signi in anafora horoscopi aut in VI. ab horoscopo loco fuerit inventus, nec aliqua benivola stella in quocumque cardine fuerit inventa, is qui natus fuerit non nutrietur.

22 Si Luna et Sol sic fuerint collocati, ut neque se neque horoscopum videant, is qui natus fuerit non nutrietur. Sed illud generaliter sciendum est quod si qui omnes stellas in anafora horoscopi habuerint, vel in VI. ab horoscopo loco vel in VIII. vel in XII., aut exponetur

1 *add.* **N** | domini κ] domicilio **A'B** domicilia **ΔG** 3 *add.* κζ (fuerint **a**) | sint loco ζ 6 *add.* **N** (*ante* constituti *ponit* σ) 10 MC. vel IMC. **N** 12 ad] ab **D¹G** | partem **Δ** | accedat partes **Γ** 14 anaphora id est in horoscopo **Δ** 16 cum **a**] in **Γ** et **Δ** 17 *add.* **N** 18 a can. lac. **Nv** | et *om.* **A'B** 20 loco ab horoscopo **Δ** 22 MC. **A'B** 23 horoscopus autem in **Δ** 24 stella *om.* **BG** 25 inventa *om.* **Δ** 30 VIII.] *expectes* IX. | aut *om.* **Δ**

aut non nutrietur. Si vero una stella quaecumque, 23
aut certe Sol per diem aut Luna per noctem, aut in
cardine fuerit aut in V. ab horoscopo loco, ceteris
sicut diximus constitutis, nutrietur is qui natus fuerit,
sed erit oligochronius et infelix. Sed et si Mars et
Saturnus pariter sint in anafora horoscopi constituti,
nec Sol nec Luna in domibus eorum reperiantur, is
qui natus fuerit exponetur. Si dominus eius signi in 24
quo locus Fortunae fuerit inventus, aut in anafora sit
horoscopi, aut in VI. sit ab horoscopo loco, locus
vero Fortunae sit in MC., nec aliqua benivola stella
in cardinibus geniturae reperiatur, is qui natus fuerit
non nutrietur. Sed et si locus Fortunae in IMC. fuerit
inventus, et malivolae stellae hunc eundem locum par-
tili radiatione possederint, dominus vero ipsius signi
aut in anafora horoscopi aut radiis ⟨sit⟩ Solis ab-
sconsus, is qui natus fuerit non nutrietur. Sed si in 25
VII. ab horoscopo loco Fortunae locus fuerit inventus,
dominus vero ipsius signi aut in ipso signo sit, aut
in MC. radiis Solis absconsus, is qui natus fuerit non
nutrietur. Sed et ⟨si⟩ in quocumque signo locus 26
Fortunae fuerit inventus, dominus vero ipsius signi
aut in anafora horoscopi aut in VI. ab horoscopo loco
positus locum Fortunae non videat, is qui natus fuerit
non nutrietur. Sed et si in anafora horoscopi locus
Fortunae fuerit inventus, dominus vero ipsius signi in
MC. radiis Solis absconsus, is qui natus fuerit non
nutrietur.

1 aut] et Δ 2 Luna *om.* **AB** | aut *ante* in card. *om.* Δ 5 et infelix **a**] etiam felix (et fel. **Dv**) 7 reperiatur Δ 10 loco ⟨constitutus⟩ **A** 11 MC. vel IMC. **N** 13 IMC. **N**] MC. 15 ratione Δ 16 *add.* **v** 17 Sed *om.* Δ 20 MC. vel IMC **N** 21 *add.* ϰ 26 inventus *om.* **AB** 27 MC. vel in IMC. sit **N**

III.

fol. 91r I [De gemino partu.] Si Iuppiter et Mercurius
1 pariter positi in horoscopo partiliter sint constituti,
horoscopus autem ipse in duplici sit signo, Luna etiam
in quocumque cardine constituta [signo] fuerit, Sol
vero in eo signo in quo est aliam sibi stellam habeat
applicatam, aut gemina est genitura, aut qui sic natus
2 fuerit geminos habebit filios. Illud sane observandum
est, ne quem horum malivola stella superior effecta
respiciat. Nam si unum eorum respexerit, de geminis
quicumque prior conceptus fuerit, aut in partu morie-
tur, aut ante tempus eicietur. Sed et si non fuerit
Luna in cardinibus inventa nec in duplici signo, Iup-
piter vero et Mercurius sicut ante diximus in duplici
signo constituti in horoscopo sint pariter inventi, Luna
vero sit cum aliqua stella coniuncta, aut Sol, gemini
3 nascentur. Si Luna aut cum Mercurio aut cum Iove
fuerit inventa, et Sol aliam stellam sibi habeat appli-
catam, et in duplicibus signis constituti invicem se
quacumque radiatione respiciant, sed et si horoscopus
in duplici signo fuerit inventus, et habeat [horoscopus]
quamcumque sibi stellam pariter applicatam, gemini
4 nascentur. Sed et si Luna in Iovis aut Mercurii signis
fuerit inventa, Iuppiter vero et Mercurius sint in horo-
scopo constituti aut in occasu [ab] horoscopi, gemini
nascentur. Si Luna in duplici signo fuerit inventa,

3 partiliter sint Δ] parte sint **G** sint pariter **A′B** | horoscopi parte sint σ 5 *del.* **a** 6 habeat stellam **D²N** 7 gemina est ζ (*cl. 220, 20*)] geminas | genituras **ΔG** 9 est *om.* **Δ** | horum **AN**] horoscopum 10 de geminis **N**] decem in his 12 tempus **ΔG**] conceptus **AB** | eicitur ζ 15 partiliter **AΔ** 16 coniuncta **ΔG**] collocata **A′B** 19 et] aut κ 20 respexerint vel si **Δ** 21 *del.* **a** 22 stellam sibi **A′B** 25 ab horoscopo *codd., corr.* σ *et* κ *qui et* in octavo ab horoscopo ⟨loco⟩ *vel* occasu ⟨id est in VII.⟩ ab hor. ⟨loco⟩ *proponit*

et Sol in cardine constitutus II. a Luna possideat
signum, aut certe duplex cum Mercurio aut cum Iove
positus signum teneat, gemini nascentur aut filios ge-
minos habebunt. Sed utrumnam masculini generis an 5
feminini nascentur, hac ratione colligimus. Si enim
Sole et Luna et horoscopo in masculinis signis con-
stitutis masculinarum stellarum testimonia accesserint,
id est Iovis, Saturni et Martis, masculini nascentur.
Si vero Venus sola hoc idem fecerit, in feminino signo *fol. 91r II*
constituta, Sole et Luna et horoscopo in femininis
signis constitutis, gemini feminini generis *** et † fe-
mininis stellis Soli et Lunae et horoscopo hac qua
diximus ratione iungantur, diversi sexus gemini pro-
creantur. Si Mars et Saturnus in domibus suis con- 6
stituti Solem et Lunam et horoscopum viderint, nec
his benivolarum stellarum radius accedat, aut eicientur
inmaturi, aut nati statim peribunt. Si vero sic his
omnibus sicut diximus constitutis hac ratione et beni-
volarum et malivolarum radius accedat, quicumque
prior de geminis exierit interibit. Si Luna in aliquo 7
cardine fuerit inventa, in fecundo scilicet signo, et cum
ea benivola stella sit pariter constituta, horoscopus
autem in duplici signo sit aut in fecundo aut cum
Iove aut cum Mercurio, aut tres aut quinque nascen-
tur. Si dominus eius signi in quo partiliter locus

1 possedeat **A** possederit ζ 4 utrumnam . . . nascentur *Γ*] utrum est . . . editura mulier *Δ* (utrumque nam **G** nati *pro* nam **v**) | an **BGv**] aut **AD** vel **N** 5 nascantur κσ 8 et] vel **a** 9 hoc *Δ***G**] hic **A′B** 10 horoscopus **AB** | in femininis — 12 horoscopo *om.* **A′B** | feminino signo **N** 11 gemini feminini **G**] gemini feminis **N** feminini **D** | *excidit fere:* ⟨nascentur. Si vero (*stella*) hoc idem fecerit in masculino signo constituta,⟩ et femininae stellae Soli . . . ζ | femininis stellis Soli **DN**] feminis stellae sibi **G** 12 et Lunae] ac L. **D** 14 constitutos *Δ* 16 eic. aut inmaturi **BG** 20 exierit *Γ*] exibit *Δ* 21 *et* 23 fecundo ζ] secundo 22 ea **A**] eo 23 sit *om.* **A′B** 24 in III aut in V **BG** (in tertio aut in quinto gemini **a**) 25 pars loci *Δ* | locum **AB**

filiorum invenitur, in duplici signo fuerit inventus, V. vero ab horoscopo locus in duplici ⟨sit⟩ signo constitutus, et Lunam in duplici signo constitutam Iuppiter aut Mercurius quacumque radiatione respiciant, aut si cum ea fuerint inventi, gemini nascentur.

IV.

1 [De servili genitura.] Si Lunam per diametrum
Mars Saturnusve respiciant, aut unus per diametrum
respiciat, alius se quadrata radiatione Lunae coniungat,
servus nascetur, praesertim si Luna in IMC. aut in
occasu fuerit inventa. Si vero hos sic positos Iup-
piter prospera radiatione respiciat, libertatis praemia
2 consequetur. Si Sol et Mercurius in MC. pariter
fuerint constituti, et Lunam malivola stella diametra
radiatione respiciat, constituta in cacodaemone, qui na-
tus fuerit mulieri supponetur ancillae. Si vero Iuppiter
quos diximus prospera radiatione respiciat, ingenuae
fol. 91ᵛ I mulieri supponetur. Si locus Fortunae in malivolae
stellae signo partiliter fuerit inventus, et in hoc
3 signo Mars fuerit inventus, servilis erit ista genitura.
Quodsi Mars in matutino ortu in supra dicto loco
cum Saturno fuerit inventus, infelix erit servus.
Quodsi Mars in eo loco quo diximus ⟨cum⟩ benivola
stella fuerit inventus, felices servos efficiet. Sed et si
locus Fortunae partiliter in Leone aut in Libra aut
in Sagittario aut in Aquario aut in Geminis fuerit

2 *add.* a (*post* signo, *transpos.* ς) 3 Lunam . . . constitutam **N**] Luna . . . -tuta | Iovem aut Mercurium *Γ* 4 respiciat a 7 *lemma om.* **D** Pro ortu servorum **N** | servili **v**] sterili *Γ* 8 Saturnus Venus **N** | respiciat *om.* *Δ* 9 iungat *Δ* 13 consequentur **N** -quuntur **A** | MC. vel IMC. **N** 15 cacodaemone **N**] caro daemone **D** cardine *Γ* 16 mulieri *om.* *Δ* 17 ⟨hos⟩ quos ς 19 partiliter *om.* **A′B** 22 cum Sat. f. inv. *Γ*] fuerit inv. c. Sat. aut cum Sole *Δ* | infelix — 24 inventus *om.* *Γ* 23 diximus benivolae stellae *corr. et add.* ς 25 locus **Na**] locum

inventus, et Mars in iisdem signis fuerit partiliter con-
stitutus, servos efficiet. Quodsi dominus signi cum 4
Marte constitutus in eodem signo fuerit inventus, aut
alia benivola stella, in servili statu constituti liber-
tatis praesidia consequentur. Si Sol et Luna in car- 5
dinibus fuerint inventi, et Mars aut Saturnus aut cum
ipsis in cardinibus sint constituti, aut hos ex aliis
cardinibus respiciant, nulla ex benivolis stellis in car-
dinibus constituta, servus nascetur. Sed et si Luna
in IMC. vel in occasu fuerit inventa, et eam de dextro
quadrato Saturnus respexerit, aut Mars ex eodem qua-
drato aut de diametro hos eosdem videat [aut certe de
quadrato], servos efficient. Sed et si Marti coniunctam 6
Lunam partiliter Saturnus respiciat, Luna scilicet gene-
raliter in cardine constituta, servos efficiet; sed si
istam coniunctionem nulla benivola stella viderit, faciet
servos laboriosos et miseros. Si Lunam Mars et Sa- 7
turnus [de] diametra radiatione respiciant, nec aliqua
benivola stella Lunam viderit, nec in eodem signo
benivolae stellae se Luna coniungat, servos efficiet, et
qui a parentibus suis alienentur. ⟨Sed⟩ et si ⟨sit⟩
Luna in IMC., Mars vero Lunam quacumque radiatione
respiciat, servos efficiet. Si Sol et Luna in XII. ab 8
horoscopo loco fuerint inventi, aut in VI., et his Sa-
turnus quolibet genere testimonium conmodet, nec
Solem et Lunam benivolae stellae respiciant, servos
efficiunt. Sed et si Luna in IMC. fuerit inventa, et

1 fuerit *om.* Δ 5 praesidia] praemia ϰ *cl.* *220, 12. 222, 18. 224, 19* 12 de *prius om.* **A′B** | *del.* **a** 13 Marti ϰζ] Mars in **Γ** (Mars **D** Lunam, *deinde* coniunctam Mars part. **N**) 14 generaliter **N**] ter generaliter *cet. codd.* trigonaliter **v** temporaliter *vel* cardinaliter [in cardine] ϰ in aliquo geniturae card. σ 15 sed *om.* **Γ** 18 *del.* **a** 20 efficient Δ 21 *add.* ζ 23 efficiet ⟨et qui a parentibus suis alienentur⟩ *add.* **D**, *ac videtur habuisse etiam exemplum librarii* **G**, *qui cum totam sententiam inde a voce* alienentur *l.* 21 *omiserit, hac ipsa voce iterata ut aberraret adductus est* 23 ab horoscopo in XII. **Γ** 24 et Δ] aut in **Γ** aut ϰ 25 quolibet genere **Γ**] quomodo libet Δ | commodet **Γ**] praestet Δ 26 et] nec **a** 27 sed et *om.* Δ

cum ea Saturnus, Mars vero eos aut [de] quadrata aut
fol. 91v II [de] diametra radiatione respiciat, servos efficient. Sed
9 et si Sol in XII. loco ab horoscopo fuerit inventus,
et Luna in anafora horoscopi, et nulla sit benivola
stella in cardinibus constituta, servi simili ratione
nascuntur. Sed et si Sol in XII. ab horoscopo loco
fuerit inventus, et Luna in VIII., nec eos benivola
10 stella prospera radiatione respiciat, servos efficient. Si
in nocturna genitura Luna quidem in MC. fuerit in-
venta, Sol vero sit in VI. loco ab horoscopo consti-
tutus, domini vero signorum amborum, id est eius in
quo Luna est et eius in quo Sol est, in VIII. ab
11 horoscopo loco sint constituti, servos efficient. Quod
si domini eorum signorum in quibus sunt constituti
[domini signorum] Sol et Luna, aut in horoscopo aut
in MC. fuerint partiliter constituti, sic ceteris stellis
constitutis sicut ante diximus, servus quidem nascetur,
sed in prima aetate constitutus libertatis praemia con-
sequetur. Si vero hi ipsi in hora aut in MC. sicut
diximus aut in IMC. aut in occasu fuerint aut in V.
ab horoscopo loco positi aut in XI., tardius manu-
12 mittentur. Si Sol in IMC. fuerit inventus, Luna vero
in VI. ab horoscopo loco constituta, Iuppiter autem
in MC. sit positus, Venus vero aut Martem aut Sa-
turnum inpugnet, aut certe in deiectis locis fuerint

1 Mars vero **BG**] et Mars **N** *et* **A** (*qui om.* vero — efficient) *et* **B** *altero loco* (*nam post* efficient *l.* 2 *verba* Sed et si Luna — Mars *iterata sunt*) Mars **D** 1 *et* 2 *del.* **a** 2 efficiet *Δ* | Sed et si **G**] Sed si **AB** Si *Δ* 3 ab hor. loco *Δ* 4 benivola sit *Δ***G** 8 efficiet *corr.* *σ* 9 MC. vel IMC. **N** 10 in VI. sit *Δ***G** 11 dominus *corr.* *ζ* | amborum signorum *Δ* | eius in *ζ*] eum in **N** cum in **D** cum *Γ* 12 est Sol *Δ***G** | IX. *Δ* 13 efficiunt **BDG** 14 dominus **A'B** 15 *del.* *κσ* | Solis et Lunae *corr.* *κσ* 16 medii caeli parte sint constituti *Δ* Merc. partiliter fuerint const. **G** 19 hora *Γ*] horoscopo *Δ* | sicut **A***Δ*] ut **BG** 21 positi **Gv**] positis **AB** posito *Δ* | rarius vel tardius *Δ* 22 IMC. *σ*] MC.; *aut l.* 24 MC. *in* IMC. *mutandum* 23 autem *Γ*] vero *Δ* 24 Venerem autem et Martem *Δ*

constituti, servi nati manumittentur. Sed et si Sol et
Luna partiliter in VI. sint ab horoscopo loco consti-
tuti, ceterae vero stellae in MC. fuerint inventae, fa-
ciunt ex servitute ad libertatem transferri. Si Luna 13
in VI. ab horoscopo loco fuerit inventa, et Mars in
superioribus caeli partibus constitutus [et] Lunam
quadrata radiatione respiciat, et domini eorum signo-
rum in quibus Sol et Luna fuerint constituti, in III.
ab horoscopo loco sint positi, Saturnus vero in horo-
scopo sit partiliter constitutus, servos usque ad diem
ultimum vitae facit permanere. Si Luna in IMC. fuerit *fol. 92r I*
inventa, Sol vero cum Marte in occasu fuerit consti- 14
tutus, Saturnus vero et Iuppiter in VI. sint ab horo-
scopo loco constituti, aut in VIII., servos facient la-
boriosos infelices, et qui semper servitutis onere de-
primantur. Sed et si Iuppiter cum sole in VI. ab
horoscopo loco fuerit inventus, Luna vero cum Marte
in occasu fuerit constituta, et Venus in IMC. sit posita,
Saturnus autem III. ab horoscopo locum teneat, servi
simili ratione nascuntur. Si Saturnus in XII. ab horo- 15
scopo loco fuerit inventus, Mars vero in anafora horo-
scopi sit constitutus, et Luna partiliter sit in horoscopo
constituta, Iuppiter vero in VIII. sit loco ab horoscopo
constitutus, et Sol in III. loco ab horoscopo positus,
servi simili ratione generantur. Si Mars in deiectione
sua fuerit constitutus, id est in eo signo in quo hu-
miliatur, et Luna minuta luminibus ad eum feratur,
Saturnus vero in III. ab horoscopo loco sit constitu-
tus, et Sol in IMC. sit positus, benivolae ⟨vero⟩ stellae

4 ad *om.* **B** in **A**   6 *del.* **a**   7 dominus *corr.* ζ   8 fuerint *om.* *Δ*   9 sint loco *σ* | horoscopi sit parte const. *Δ*   14 aut *Δ*] vero *Γ post lacunam* | facient *Γ*] efficient *Δ*   17 in occasu cum Marte *Δ*   19 autem *Γ*] vero | IV. **N** (*om.* **D**[1]) | servili natione *corr.* *σ*   22 sit in hor. part. *Δ*   23 sit in VIII. (VIII. vel IX. **N**) ab hor. loco *Δ*   24 ab hor. loco *Δ***G**   29 Sol ζ] Mars vel Sol **N** Mars *cet.* | MC. **A'B** | *add.* ζ | ⟨et⟩ beniv. *κ*

in VI. sint loco constitutae, servos infelices efficiet.
16 Si Luna minuta luminibus, et in eo signo constituta in quo humiliatur, in VII. sit loco ab horoscopo cum Saturno partiliter posita, Mars vero in VI. loco ab horoscopo et Sol in III., servus simili ratione nascetur. Sed et ⟨si⟩ in III. ab horoscopo loco Sol cum malivola stella fuerit inventus, aut in IMC., benivolae vero stellae in deiectis locis sint positae, et Luna minuta luminibus simili modo in deiecto loco sit constituta,
17 servos debiles faciet. Quodsi ceteris sic sicut diximus ordinatis, Luna cum Marte in XII. loco sit ab horoscopo constituta, Saturni vero stella in IMC. fuerit inventa, nascentur servi lunatici. Si Sol aut cum Marte aut cum Saturno in anafora horoscopi fuerit inventus, Luna vero in XII. ab horoscopo loco sit
fol. 92r II constituta, et benivolae stellae in III. sint ab horoscopo loco positae, servos infelices efficient. Quodsi his sic ut diximus ordinatis Iuppiter in MC. fuerit inventus, post multos annos libertatis praemia consequuntur. Si omnes benivolae stellae in VI. ab horo-
18 scopo loco fuerint inventae, malivolae vero aut in IX. aut in VIII., Luna etiam in III. sit loco ab horoscopo posita, nascentur servi miseri aprocopi oligochronii.

V. [DE NUMERO DOMINORUM UT INVENIAS QUOT DOMINORUM SIT SERVUS.]

Si autem aut in II. aut in V. aut in VIII. aut in XI. ab horoscopo loco Luna fuerit inventa, in mascu-

1 sint loco **N**] loco *om.* **G** loco sint **A′BD** | efficient *Δ* 3 et in VII. *Δ* | cum — 5 horoscopo *om.* **GN** 5 ratione *Γ*] modo *Δ* 6 *add.* v | si cum *Δ* 7 inventus **A′B**] constitutus *Δ***G** | MC. **A′B** 9 loco sit] sit *om.* **N** sit loco ς 10 Quodsi sic cet. sicut **N** Quodsic cet. ut **D** 11 sit loco *Δ* 15 loco sit *Γ***N**] loco *om.* **DG** sit loco ς 20 VI. vel XII. **N** 21 aut — VIII **DG**] in IX. aut in VII. vel VIII **N** aut in VIII. aut in IV **A′** aut in VIII. aut in VII. **B** 23 apocopi *Δ at cf. I 185, 3. Vett. Val. 92, 30* 24 *lemma om. Δ* 26 autem in *Δ* | aut in (vel **N**) VIII. aut in V. *Δ*

lino signo, dominus vero signi Lunae aut in humilitate sua aut in deiectis locis fuerit inventus, Martem vero Luna superior effecta quadrata radiatione respiciat, ob hoc quia Mars a Luna in IV. signo est constitutus, qui sic natus fuerit quattuor serviet dominis. Quodsi inter Lunam et Martem alia stella media fuerit inventa, ad praecedentem numerum dominus alter addetur. Sed et si Sol in diurna genitura quantacumque 2 signa a Marte recesserit, deiectus aut signo aut loco, tantos dabit dominos. In nocturna vero genitura quantiscumque signis a Marte vel a Saturno absit deiecta Luna, ab ipso numeras usque ad novissimum * * * * * tantos dominos invenies; duplicia signa pro duobus numeras dominis. Si Sol et Luna in servili 3 genitura deiecti fuerint, domini vero eorum signorum in quibus Sol et Luna sunt constituti, in cardinibus geniturae sint positi, aut in alienis signis, aut in humilitatibus suis, potentium dominorum servi fient. Si vero Iuppiter hos quos in cardinibus diximus collocatos, prospera radiatione respexerit, libertatem consecuti maxima gloriae consequentur insignia. Si Sol *fol. 92v I* et Luna aut in anafora sint horoscopi aut in VI. ab 4 horoscopo loco aut in VIII. aut in XII., si⟨ve⟩ par[til]iter sivę separatim, et sint in deiectionibus suis constituti, habeantque in eodem signo in praecedentibus partibus malivolas stellas, debiles caecos servos efficient, qui in publicis deiecti locis vitam suam mendicitate sustentent.

2 ab horoscopo locis *Δ* | Martem **N**] Marte 4 IV. ς] quadrato 7 in numerum **AB** 8 si *del.* *κ* | quantiscunque signis *Δ* quantumc. signa **Gv** 12 numeras *Γ*] numera *Δ* numerans **a** 13 *exciderunt et alia et* et quanta signa numeraveris *σ* 14 numeras **AG**] numerans **B** numera *Δ* 16 sint **DG** 17 aliis **AB** 19 dix. in card. **v** 23 aut VIII. aut XII. *Δ* | *add.* **v** 24 *del.* *κ* 27 facient **AB** | deiecti] degentes *σ* 28 sustinent *Γ* (sustineant **v**)

VI. [QUATENUS INVENIAS AN SERVI SINT PARENTES.]

1 Cum Iuppiter et Saturnus pariter in IMC. fuerint
constituti, et Sol in VI. [signo] sit ab horoscopo loco,
dic patrem fuisse servum. Sed et si Venus in IMC.
fuerit inventa, et Sol cum Marte in III. sit ab horo-
scopo loco constitutus, similiter monstrat patrem ser-
vum. Sed et si Sol in domo Saturni fuerit inventus,
et Saturnus in VI. ab horoscopo loco, servum patrem
2 monstrat. Si Luna cum Marte aequis partibus in
alienis signis in horoscopo fuerit inventa, sine dubi-
tatione matrem faciet ancillam. Sed et si dominus
eius signi in quo Luna fuerit inventa, aut in humili-
tate sua sit aut in deiectis locis, matrem ancillam
simili ratione ostendit. Sed et si minuta lumine Luna
cum Marte in horoscopo fuerit inventa, et Saturnus in
3 anafora sit horoscopi, matrem faciet ancillam. Sed et
si Luna in IMC. ⟨fuerit inventa minuta lumine, et
sit in eodem signo cum malivola stella coniuncta,
matrem faciet ancillam. Sed et si Luna in IMC.⟩ fuerit
constituta, et dominus ipsius loci in VI. ab horoscopo
4 loco inveniatur, matrem demonstrat ancillam. Si Solem
et Iovem in deiectis videris locis aut pariter aut divi-
sos, ut unus in XII. ab horoscopo loco sit, alius in
VI., dic patrem fuisse servum. Sed et si Lunam si-
mili modo cum Venere in deiectis locis videris aut
simul positas aut divisas, aut una in VI. sit ab horo-
5 scopo ⟨loco⟩, alia in XII., matrem dic ancillam. Si

1 Doctrina an natus a servo vel libero sit genitus **N** 3 et **v**] aut 4 *del.* **N** (sexto *om.* **AB**) 6 Sol fuerit cum **AB** 7 loco *om.* **Δ** 12 facit **AΔ** 13 inventa *om.* **Δ** 15 decernit ał ostendit **D** 17 facit **N** 18 *add.* **N** 19 ⟨Venus⟩ in ϰ 20 faciet ζ] facit **N** | imo (*pro* IMC.) **N** 23 viderit **A′BN**[a] 24 ut **G**] et 26 videris locis **ΔG** 27 divisa sit una **A** divisa sit autem una **B** | ab horoscopo *post* XII. *ponit* **Δ** 28 *add.* **Nv** | alius **Δ** | XII. **ΔG**] VIII. **B** *om.* **A** *in lacuna 3 litt.* | dic ϰσ] dico (dicas **a**)

Luna et Venus in occasu fuerint inventae, id est in
VII. ab horoscopo loco, in tropico scilicet signo, et
una malivola stella in VI. ab horoscopo loco sit, alia in
VIII., nec Iuppiter sit in primis cardinibus aut pri- *fol. 92v II*
mos cardines trigonica radiatione respiciat, matres de-
monstrat ancillas, et quibus ianuarum custodia creda-
tur. Si Sol et Luna in VI. ab horoscopo loco fuerint 6
inventi, et in ipso loco dominus signi sit pariter con-
stitutus, horum parentes servitutis et infelicitatis onere
deprimuntur. Si vero benivolae stellae in cardinibus
fuerint inventae, postea parentibus aliqua felicitas con-
feretur. Si Sol et Luna in deiectis ab horoscopo 7
locis fuerint inventi, et in cardine aliquo Venerem
constitutam Saturnus diametra radiatione respiciat, aut
quadrata, aut si cum ea fuerit inventus, servos effi-
ciunt. Sed et si Mars cum Venere sit sicut diximus,
hoc idem simili ratione perficitur. Sed et si Sol et 8
Luna in deiectis locis fuerint constituti, et malivolae
stellae aut in eodem signo, aut in quo est locus For-
tunae constitutus, aut in horoscopo, aut in ceteris
cardinibus, aut in anaforis cardinum, servos simili
ratione faciunt. Sed et si Saturnus in VIII. ab horo-
scopo loco fuerit inventus, aut in anafora horoscopi,
et Luna aut in anaforis sit aut in epicataforis, Venus
vero sit radiis Solis absconsa, aut in XII. sit ab horo-
scopo loco, servos faciet captivos. Si Sole et Luna 9
in deiectis locis constitutis, unus de malivolis in car-
dine sit partiliter constitutus, alius vero aut in ana-

4 in primos **BGv** 5 demonstrant **AG** 8 sit signi *Δ* 9 parentes et **BGv** | servitutis infelici onere *Δ* 12 [ab] horoscopi *σ nisi omnino delendum cf. Δ 225, 2 (243, 5)* 16 sit] sic **N** 17 perficietur **A'G** | si *om. Γ* 19 aut *post* signo *om. Δ* 21 simili ratione servos efficiunt *Δ* (efficient **Gv**) 22 et *om.* **AB** | Saturnus *om. Δ* 24 sint **AB** 25 in radiis **BG** 26 Sole . . . constitutis **a**] Sol . . . constituti (Solis **N**) 27 locis fuerint *Δ***G** | unus] Venus **GN** 28 *post* constitutus *verba* servos efficiunt. Quodsi his sic (sic *om.* **A'**) sicut diximus collocatis *praerepta ex sequentibus (228, 1) exhibent* **A'B**

foris aut in epicataforis constitutus, servos efficiunt. Quodsi his sic sicut diximus collocatis benivolae stellae coniunctionem Lunae crescentis acceperint, aut si in cardine partiliter fuerint inventae, aut in epicataforis, nati servi libertatis praemia consequentur, aut in filiorum loco nutrientur.

10 Si Sol et Luna non sint in deiectis locis, Saturnus
vero aut Mars in cardine sit aliquo partiliter consti-
tutus, alius vero ex ipsis in anaforis sit aut in epi-
cataforis positus, et Solem et Lunam ambo id est
Saturnus et Mars qualibet radiatione respiciant, capti-
fol. 93r I vos efficiunt. Quodsi hos omnes sic collocatos beni-
11 vola stella aut in cardinibus posita aut in anaforis
cardinum collocata prospera radiatione respiciat, ex
captivitate prospero praesidio liberantur. Quodsi plu-
res benivolae stellae et in superioribus locis collocatae
coniunctionem Lunae crescentis exceperint, ceteris sic
ut diximus constitutis, ad ipsa captivitatis discrimina
venientes liberabuntur.

VII. [DE FERINIS ET DE QUADRUPEDIBUS GENITURIS.]

1 Si Luna in contortis vel in ferinis signis fuerit inventa, id est in Tauro ⟨aut⟩ in Cancro aut in Scorpione aut in Capricorno aut in Piscibus, nec dominus ipsius signi in quo Luna fuerit inventa, cum Luna sit partili societate coniunctus, et alia eam malivola stella aut diametra aut quadrata radiatione respiciat,

1 constitutus *del.* σ 2 sic *om.* **AN** 3 crescentis **a**] currentis *codd.* (occurrentis **A**) | exceperint ζ 4 fuerit inventa Δ 5 consequuntur *Γ* 7 in deiectis non sint Δ**G** 8 sint . . . collocati Δ 10 sit positus **AN** 11 ratione **AB** 13 anafora **AB** 16 stellae *om.* Δ | et *del.* κ 17 coniunctionis **BG** 19 venientis **AB** 20 de *sec. om.* **B** | De quadrupedibus genituris et portentis **D** De monstruosis figuris **N** 22 signis vel in ferinis Δ 23 *add.* ζ | aut *ante* in Scorp. ζ] et *Γ om.* Δ 26 eam] etiam **AB** 27 de diam. aut de quadr. rad. respiciant Δ

aut cum ea sit pariter constituta, secunda vero mali-
vola stella in anafora sit horoscopi, et dominum For-
tunae respiciat, quadrupedes de quadrupede nascentur,
praesertim si dominus horoscopi et dominus Fortunae
in his signis in quibus diximus fuerit inventus. Si 2
vero dominus Fortunae aut dominus horoscopi in hu-
mano signo fuerit inventus, in VI. scilicet ab horo-
scopo loco, ceteris omnibus sic sicut diximus consti-
tutis, nascetur ex homine portentum. Si malivolae
stellae in cardinibus partiliter fuerint collocatae, aut
in anaforis cardinum, Sol vero et Luna in cardinibus
positi diametra se radiatione percutiant, benivolae
⟨vero⟩ stellae neque in cardinibus sint positae, neque
in anaforis cardinum, aut radiis sint Solis absconsae,
aut quadrupes nascetur aut monstrum. Si vero Mars 3
aut Solem aut Lunam aut horoscopum aut quadrata
aut diametra radiatione respiciat, et fuerit natus qua-
drupes, sacrificiis publicis destinabitur. Si vero ceteris
sic sicut diximus ordinatis, Iuppiter et Venus extra
cardinem positi aut Solem aut Lunam aut horoscopum *fol. 93ʳ II*
viderint, quadrupes quod natum fuerit aut coletur ab
hominibus, aut [ad] templorum et simulacrorum con-
secrationi destinabitur. Sed haec tibi omnia ex eo 4
libro qui de fine vitae a nobis scriptus est, ex tri-
gono orthogono manifestius intimantur. Illic enim
trigoni orthogoni ratio quae quibusdam Graecis
obscuritatis videtur ambagibus involuta, manifestis et
brevissimis interpretationibus explicata est.

2 dominum **a**] dominus 3 quadrupedes **BGN**ᵃ] quadrupes **ADN**ᵇ | nascetur **Dv** 4 si et d. h. aut dom. F. ζ 8 sic *om.* Δ 11 Sol] K Sol **ABD** 13 *add.* ζ (autem **a**) 16 aut *ante* quadrata *om.* Δ 17 respexerit Δ 22 *del.* **A** | et Γ] aut Δ | consecrationem **A**ᵃ**v** 24 inscriptus Δ | trigoni **Ba** 25 orthogonii **D** orthogonio **N** | intimatur **A**Δ 26 orthogonii Δ 27 videbatur Δ

VIII. [DE CAECIS ET DEBILIBUS ET VITIOSIS; HABES ET INFRA.]

1 Si Sol in horoscopo fuerit inventus, et Luna in MC., malivolae vero ambae ita sint divisae, ut una Solis alia Lunae anaforam teneat, et ab his alienae sint benivolae stellae, caecos efficient aut vitiatos luminibus. Sed et si Luna cum Sole synodica radiatione fuerit coniuncta, et sint in anaforis aut in epicataforis cardinum constituti, et Saturnus et Mars in cardinibus sint partiliter constituti, oculis caecitatis
2 vitium infertur. Sed et semper generaliter si in anafora malivolarum Sol et Luna sint constituti, vitium oculis faciunt inferri. Si Sol et Luna synodica radiatione coniuncti, in cardine aliquo fuerint constituti, et Mars in eodem loco positus partili sit illis radiatione
3 coniunctus, oculis vitium caecitatis infertur. Sed et si Sol et Luna in horoscopo fuerint inventi, et Mars in *** ab horoscopo loco constitutus, nec benivolae stellae Solem et Lunam aliqua radiatione respiciant, vitium oculis infertur. Sed et si Sol in horoscopo cum Saturno partiliter fuerit inventus, et eos Mars aut quadrata aut diametra radiatione respiciat, vitium
4 oculis similiter infertur. Quodsi hos sic ordinatos benivolae stellae ⟨de⟩ superiore loco prospera radiatione respiciant, aut divinitatis praesidio caecitas aut medicinae interventu curabitur. Si Saturno in horoscopo constituto Luna sit in VIII. ab horoscopo loco

1 *lemma hab.* **ΓD** *nisi quod* hab. et infra *om.* **D** De impedimentis visus **N** 4 MC. vel IMC. **N** | ut aut *Δ* 5 et *om.* **Γ** 6 efficiunt **AB** 7 si *om.* **Γ**D[1] | ratione ϰ 10 vitium caecitatis ζ 12 maliv. ⟨stellarum⟩ σ | et Luna sint **A**] sint et Luna 13 si *om.* **Γ** 15 illis ζ] illi ista **BDG** illa ista **A** illi **N** (ista v) 18 *lac. hab.* **AG** *et* **B** (*qui* aliquo cardine *add.*) VII. v IV. a (*praeter numerum videtur excidisse* sit *vel* fuerit ζ) | ab *om.* *Δ* 24 *add.* ζ 26 medici σ | intervenienti **A′B** (medicina interveniente a) | Saturno . . . constituto Luna ϰσ] Saturnus . . . constitutus (-tuta **B**[a]**D**[1]**G** -tuto **D**[2]) domina (dominus **A′B**[b])

posita, aut si Luna in horoscopo constituta Saturnus
sit in VIII. ab horoscopo loco positus, oculos vitio *fol. 93v I*
suffusionis excaecat. Sed et si Sol cum Marte aut 5
cum Mercurio in VII. ab horoscopo loco fuerit, luscos
efficiunt, sed quibus aliquando homicidii facinus in-
feratur. Si Sol in aliquo cardine partiliter fuerit col-
locatus, aut Saturno aut Marte in anafora eius positis,
dexter oculus vitiabitur. Si vero Luna in cardine
fuerit collocata, et in anafora eius Saturnus aut Mars,
sinister oculus hoc idem patitur. Si vero Sol et Luna 6
pariter constituti in cardine fuerint inventi, aut in
diversis cardinibus collocati aut diametra se aut qua-
drata radiatione respiciant, et utriusque anaforas id est
Solis et Lunae, malivolae possideant, [in] utrisque oculis
vitium infertur caecitatis. Si vero his sic ut diximus 7
⟨constitutis, Mercurius aut in cardinibus positus sit,
aut in anaforis aut in epicataforis cardinum, facit de-
biles captivos biothanatos. Si vero his sic ut dixi-
mus⟩ collocatis, Iovem Saturnus vel Mars de loco
superiore respiciat, gladiatores efficient, sed qui dam-
nati ad hoc exitium transferantur.

[De claudis et paralyticis.] Si Mars in car- 8
dine aliquo partiliter fuerit collocatus, et Saturnus
aut in anafora eius sit aut in alio cardine positus,
et ambo Lunam vel quadrata vel diametra radiatione
respiciant, aut si cum uno ipsorum in eodem signo
aequata sit partium societate coniuncta, aut claudi 9
aut paralytici fient. Sed et si Saturnus in cardine
sit aliquo constitutus, Mars vero in anafora eius sit

1 positus **AB**[b] | aut *κσ*] et 3 Sed et *om.* *Δ* 7 Saturno **N**] Saturnus | Marte . . . positis *ζ*] Mars . . . positus 10 idem patitur *ζ*] patitur idem *Δ* idem patietur *Γ* 11 fuerint in card. constit. aut in div. card. inventi *Δ* 14 malivolae ⟨stellae⟩ *σ commendante clausula* | *del.* *σ* | utroque oculo *Δ* 15 infertur vitium *Δ* | caec. inf. *σ* 16 *add.* **N** 18 biothonatos **N** | his] iis **N** *ut semper fere* 22 *lemma om.* **N** 24 alio *Γ*] aliquo *Δ* 26 uno *om.* **AB** | ipsorum aliquo **A** 28 fiunt *Δ***A** | Sed et *om.* *Δ* 29 sit *alt. om.* **AB**

positus, Lunam vero aut Mars videat aut Saturnus, hoc idem simili ratione perficiunt. Aut enim ex alto aut ex quadrupede deiecti, aut huiuscemodi discriminibus inplicati, corporum damna patientur.

IX. [QUATENUS INVENIAS QUIS PRIOR DE PARENTIBUS MORIATUR.]

1 In cuiuscumque genitura Sol male fuerit collocatus,
vel signi eius dominus in quo Sol fuerit inventus,
fol. 93v II pater prior interibit; si vero Luna hoc passa fuerit,
mater. Quod dicimus tale est. Si horoscopus in
Ariete, Sol in Aquario fuerit inventus, et [Saturnus]
in Piscibus vel in quadratis signis Piscium vitiatus
est dominus signi Solis, id est Saturnus, † ac per hoc
pater istius geniturae prior interibit, quia Sol vitiati
et malivoli et interfectoris loco cecidit. Hoc si Lunae
2 contigerit, matrem prius dicimus interire. Si vero his
sic ut diximus ordinatis Mars Saturnum quadrata
radiatione respiciat, pater biothanatus iussu vel ira
principis interibit. Si vero his sic sicut diximus ordinatis Iuppiter in cardinibus fuerit inventus, patris infortunia mitigantur, sed ⟨si⟩ in diurna genitura Solem respiciat, in nocturna vero Lunam. Hoc enim quod diximus si in nocturna genitura Luna passa fuerit, mater similiter interibit. Sed et tunc haec mala for-

1 Mars vid. aut Sat. **ΔG**] Sat. aut Mars videant **A** Mars aut Sat. videat **Bv** 4 patiuntur **AB** 5 Quatenus invenias *om.* **D** | prior *om.* **AB** 6 moriatur vel quatenus **A** (*hoc lemma hab.* **N**: Qualiter sciatur quis parentum praemoriatur) 7 ⟨Si⟩ in ζ 8 eius signi **N** 10 mater ⟨interibit⟩, *sed postea del.* **G** | diximus **ΔG** (*cf.* 245, 1) | horoscopus in **Γ**] horoscopante **Δ** 11 *del.* ζ 13 est *prius*] sit ζ | ac] et ζ; *an del.?* | per hoc] per noctem κ 16 prius **Δ**] primam **Γ** priorem σ 17 saturnus **Γ** 18 iussu vel ira] *alterutrum delendum censet* ζ 21 *add.* **N** (si *pro* sed κ) 24 et *om.* **A′Δ**

tius convalescunt, his sic sicut diximus ordinatis, ⟨si⟩
benivolae stellae aut in deiectis locis fuerint, aut
radiis Solis absconsae. Si Solem in cardine aliquo 3
constitutum aut diametra aut quadrata Mars radiatione
respiciat, aut si cum ipso fuerit in eodem signo
aequata partis societate conpositus, pater iussu prin-
cipis biothanatus interibit. Si vero sic Soli ordinato
eadem Saturnus qua Mars fuerit radiatione coniunctus,
aut in aqua pater aut ex humoribus interibit aut ve-
neno. Si Sol in anafora horoscopi fuerit inventus,
et Mars eum quadrata radiatione respiciat, sanguinem
reiectans pater interibit. Sed et si in VI. ab horo- 4
scopo loco Sol fuerit inventus, aut in III. aut in XII.,
et ⟨eum⟩ malivolae stellae quadrata radiatione respi-
ciant, aut si cum eo fuerint inventae, patri malae
mortis exitium infertur. Si vero Sole sic sicut dixi-
mus ordinato Saturni per quadratum radius accesserit,
aut si cum eo fuerit inventus, absconsis pater et
latentibus aegritudinibus interibit, id est dysenteria
pthisi et ceteris huiuscemodi aegritudinibus. Sed et 5
si Sol in occasu fuerit inventus, et Mars et Saturnus
in IMC., hoc idem patri simili ratione perficiunt. Si
vero Luna sic sicut diximus Solem, [sic] fuerit ordi- *fol. 94r I*
nata, et hac sit malivolarum stellarum radiatione pul-
sata, similia mater patietur exitia. Sed in his omnibus
mixturis benivolarum stellarum radiationes diligenti
debemus ratione colligere. Nam ⟨si⟩ Iuppiter et Venus 6

1 sic *om.* Δ | *add.* **N** *ante* his *malit* ϰ 3 inter cardinem aliquem Δ 6 partis **AD**^{2}] parte **B** part. **G** *om.* Δ 7 Soli ζ] Sole | Sole sic Δ 10 aut si Sol Γ (Si autem Sol **a**) 13 Sol Γ] Mars Δ 14 *add.* **a** 15 fuerit Γ | inventa *corr.* **D**^{2}**a** 16 inferetur Δ**Gv** | Soli ζ 17 Saturni ζ] Saturnus | acceperit vel accesserit **AB** 18 et *om.* Δ 19 id est *om.* Δ | dysenteria ptysi (typsi **D**) Δ] dysinteriosi ptisici **A** dysenteriosintysi **G** dysenteriosintixi **B** 23 Luna *post* diximus *pon.* Δ**G** | *del.* **a** (sicut Δ) 26 radiationes **a**] radiatione **A'B** radiationem Δ**G** 27 debemus diligenter colligere Δ | *add.* ϰ (*post* ordinatis **a**)

ceteris sic sicut diximus ordinatis, aut in cardinibus positi aut in oportunis genituræ locis Solem prospera radiatione respexerint, praecedens patris infortunium mitigatur; si Lunam, matris. Si vero opitulante benivola stella et sic sicut diximus posita, dominus eius signi in quo est benivola stella collocata cum malivolis stellis vel cum Sole fuerit inventus, in praecedenti scilicet deiectione qua diximus, infortunia praedicta circa patrem vel matrem fortius convalescunt.
7 Sed frequenter cum temporalis Iuppiter ad Martem ⟨in⟩ genitura venerit, vel si eum quadrata radiatione viderit, patri mors afferetur. Hoc idem Saturnus temporalis faciet si Solem in genitura positum quadrata aut diametra radiatione respiciat. Si vero hoc Lunae Saturnus fecerit temporalis, mater morietur, sed hoc non semper sed cum temporis ratio exegerit, secundum stellarum dominia de quibus ante tractavimus.
8 Si vero hoc partiliter volueris invenire, ***** pertractare; † est enim tibi absconsa et multis generibus conprobatam monstrant. Si fuerit diurna genitura, conputa a Sole usque ad Lunam omnia signa quae sunt ad ordinem posita, et quantuscumque signorum numerus collectus fuerit, tantum rursus ab horoscopo conputa, et si ultimi signi numerus in masculino signo fuerit inventus, pater prior interibit, si vero in femi-
9 nino mater. In nocturna hoc idem inmutata ratione colligitur. Si itaque fuerit nocturna genitura, a Luna inchoans usque ad Solem conputa omnia similiter

1 ceteris *om.* **Δ** 2 positis *corr.* **a** (positus **A**) 3 respexerit **Γ** | praecedentia p. infortunia mitigantur **ΔG** 4 matris **Γ**] Martis **Δ** 5 sic *om.* **ΔG** 8 qua] *cf. Foerster Jahrb. Suppl. XXVII 184* 9 fortius **B** *ut videtur*] potius **AGN** *om.* **Dv** 10 Martem ⟨in⟩ genitura ζ] Martem geniturae **Δ** Marte //// geniturae **A** Martis geniturae **Bv** Mart. geniturae **G** 12 affertur **Γ** 18 vero hoc ζ] vere ac | *excidit fere:* myriogenesim debebis ϰ | pertractare *del.* σ 19 est enim] haec enim ϰ rem σ | absconsam σ 20 conprobata **v**ϰ | monstrat **A**ϰ monstrabo σ 24 computas **ΔG** | signo *om.* **Δ** 27 in nocturna **Γ**

signa quae sunt per ordinem posita, et quantuscumque
fuerit signorum numerus, tantum ab horoscopo in-
choans numera, et si in feminino signo novissimus
numerus fuerit inventus, pater prior interibit, si vero *fol. 94r II*
in masculino mater; aliter enim in diurna aliter in
nocturna genitura monstrat. Sed et si Sol et Luna 10
in masculinis signis fuerint inventi, horoscopo in signo
masculino constituto, MC. vero aut Mars aut Saturnus
teneat, pater prior interibit. Si vero Sol et Luna et
horoscopus similiter in femininis sint signis constituti,
et Mars aut Saturnus in MC. fuerint inventi, mater
prior interibit. Sed hoc et a nobis et a plurimis in-
probatur. Illud vero quod praecedenti conputatione
colligitur, mortem veris rationibus monstrat.

X. [DE FILIIS INIMICIS PARENTUM.]

Si in genitura Mars aut Saturnus in VII. ab horo- 1
scopo loco fuerit inventus, Sol vero in VIII. ab horo-
scopo loco, aut alienabitur a patre, aut gravia habe-
bunt iurgia simultatum. Sed et si Mars in anafora
horoscopi fuerit inventus, aut in anafora MC., hoc
idem simili ratione perficitur. Sed et si Mars in horo-
scopo vel in MC. partiliter fuerit inventus, Sol vero
aut in occasu aut in IMC. fuerit constitutus, hoc idem
simili ratione perficitur. Si vero haec schemata mali- 2
volarum stellarum quae diximus cum Luna fuerint,
inter matrem et filios inimicitiarum iurgia concitantur,
praesertim si sic Lunam positam Saturnus respexerit.

2 tantum **A**] tantus | ab *Δ*] in *Γ* 3 signo novissimus signi *Δ* 4 fuerit numerus *Δ* 5 in *sec. et tert. del.* **a** 6 monstratur ϰ 7 horoscopo . . . constituto ζ] horoscopum . . . constitutum *Γ* horoscopus . . . constitutus *Δ* 8 MC. *Δ* **G**] Mercurius (*vel* -rium) **AB** | aut *prius om. Δ* 14 mortem **A′**] mortis (mortes ζ) 17 loco *om. Δ* 18 alienabuntur σ *clausula adiuvante* | gravia **ABN**] gratia **DG** 19 et *om. Δ* 22 partiliter **AB**] parte *Δ* part **G** 24 schemata] scemata *Δ* **G** v semota **AB** 25 stellarum *om. Γ* 26 filium **N** 27 positam *om. Γ*

Sed et quicumque in diurna genitura Solem in finibus Martis habuerit, in nocturna vero genitura in Saturni, et Solem per diem quidem Mars, per noctem vero Saturnus quadrata aut diametra radiatione respexerit, nec hos omnes benivolarum stellarum radius mitiget, patres suos filii interficient; si vero Luna sic fuerit
3 inventa, matres. Si Sol in finibus malivolarum stellarum aut in domibus constitutus in VI. vel in XII. loco sit ab horoscopo, et eum sic constitutum malivola stella quadrata vel diametra radiatione respiciat, filios
fol. 94v | exheredari faciet a patribus. Si vero Solem sic positum benivola stella ex aliqua parte respexerit, paternae animadversionis severitas mitigatur. Si vero Sol in anafora horoscopi vel in VIII. ab horoscopo loco fuerit inventus, non quidem exheredabitur a patre, sed pater-
4 nam faciet substantiam quolibet genere dissipari. Si vero sic sicut diximus Solem positum benivolae stellae respexerint, pauca de paternis facultatibus interibunt. Hoc idem in matribus vel in maternis patrimoniis Luna perficiet; hoc amplius [Luna] si sic sit in genitura posita, ⟨ut⟩ aut XV. aut XVII. partem in tropico signo teneat, et eam malivolae stellae quadrata vel diametra radiatione respiciant, materna substantia dis-
5 sipatur. Si vero sic positam Lunam benivolae stellae qualibet radiatione respexerint, quodcumque de maternis facultatibus reservatur. Sed et si Sol et Mars simul in aliquo cardine fuerint in tropico signo, paternas facultates faciunt dissipari. Si vero hos sic positos benivola stella respexerit, quodcumque ex paternis

2 Saturnum Δ 3 et ⟨si⟩ ζ si *pro* et ϰ 4 Saturnum Δ 5 hos Δ G] hoc **AB** | radius benivolarum stellarum Δ G | mitigat **AB** (mitigarit ζ radiatio σ) 7 malivolarum stellarum finibus Δ 9 ab horoscopo sit (loco *om.*) **D** (in VI. — horoscopo *om.* **N**) 13 Solem Δ (Solem sic **N**) 15 exhereditabitur **AN** (*sic et l.* 11 **N**) 19 maternis matrimoniis Δ 20 *del.* σ (*an* si Luna? ζ) 21 *add.* ζ | in XV. aut in XVII **AB** | signo tropico Δ 28 hoc sic posito *corr.* **a**

facultatibus reservatur. Hoc idem in materna genitura sic posita Luna perficiet.

XI. [DE HIS QUI MORTE PARENTUM ORBANTUR.]

Cum VII. ab horoscopo locus in duplici signo 1 fuerit inventus (sed duplicibus signis etiam Librae signum addetur), Venus vero in quocumque cardine fuerit inventa, separatis discidio parentibus soli filii relinquuntur. Sed et si duplex signum similiter in occasu fuerit, et horoscopus in duplici, Saturnus vero sit in aliquo cardine constitutus, Sol vero et Luna in malivolarum stellarum signis constituti in deiectis sint locis ab horoscopo positi, ambo parentes citis mortibus interibunt. Si vero Sol solus sic fuerit sicut 2 diximus positus, solus pater interibit; si vero Luna, mater. Sed hi casus usque ad XV. et XVI. annum *fol. 94v II* inveniuntur. Intra hoc tempus sic ordinatae stellae sicut diximus, parentum nobis nuntiant mortes. Invenies autem tempus mortium cum Saturnus temporalis ad haec venerit loca, quae in praecedenti demonstratione signavimus. Sed et si in duplicibus signis 3 cardines fuerint, et Sol et Luna in occasu vel in MC. fuerint, dominus etiam geniturae aut in occasu sit aut in IMC., parentes in prima filiorum aetate moriuntur. Si MC. in signo masculino fuerit inventum, mater eius geniturae duos maritos sortitur, ita ut hic de secundo sit marito natus; si vero in feminino, de secunda nascetur uxore, praesertim si MC. in duplicibus vel in tropicis signis fuerit inventum.

3 *lemma om.* **N** De discidio et cita morte parentum **D** 5 etiam Librae **Γ**] et Lunae **Δ** 6 addatur **a** 7 dissidio **BG** 13 solus sicut diximus fuerit **Δ** 15 hi **a**] hic | casus **Δ**] ausus **Γ** 16 invenitur **N** invenintur **D** | orditae **Γ** 17 parentis **Γ** | nuntiat **Γ** 18 motium **B** motuum **A** 19 demonstratione *om.* **Δ** 20 et *om.* **Δ** 21 fuerint cardines **Δ** | IMC. **Δ** 24 MC. signum masculinum f. inventus **Δ** 25 sortietur **Γ** 27 uxores **Δ** 28 inventus **BDG**

4 [De his qui adoptantur.] Si vero Venus in Geminis fuerit inventa, aut in trigonis Geminorum signis, aut in Piscibus, aut in Tauro, faciet adoptari. Sed in Piscibus et in Tauro etiam si non fuerit in cardinibus, hoc idem faciet, in ceteris autem quibus diximus, cum cardinaliter fuerit inventa, tunc faciet adoptari.

5 [De fratribus.] Conputa a Saturno ad Iovem, et
tantundem ab horoscopo, ⟨et⟩ in quocumque signo
novissimus venerit numerus, ipsum tibi signum nume-
rum fraternitatis ostendit. Si hunc locum malivolae
viderint stellae, fratres interibunt, aut inimicos capi-
6 tales faciunt; si benivolae, augentur. Sed et si Satur-
nus partiliter in horoscopo fuerit inventus, et ipsae
partes quidem Saturni sint, intra ⟨primos⟩ aetatis
annos omnes fratres interibunt. Alii a Mercurio nu-
merant ad Solem, et tantundem ab horoscopo, et sic
fol. 95r I locum definiunt fratrum, cetera de ipso loco simili
ratione dicentes. Habet etiam hic tractatus in apo-
telesmatibus maximas efficacias.

XII.

1 [De his qui plurimas uxores ducunt.] In omnibus genituris si Saturnus cum Venere in eodem signo fuerit inventus, siquidem plures Saturnus habuerit partes, unam decernit uxorem; si vero Venus plurimas habuerit partes, plures decernuntur uxores. Hoc idem et in mulierum genituris invenies. Venus in occasu constituta, id est in VII. ab horoscopo loco, ab aliis stupratam dabit uxorem, aut sine tabulis matrimonialibus

3 in *ante* Piscibus *om.* Δ 4 etiam a] iam 5 faciet Γ] fecit Δ 6 cardinalis Δ 9 *add.* a 12 stellae *om.* Γ | interimunt σ | inimici c. fiunt Δ 13 si benivolae — 240, 25 duplicibus *om.* B 14 pariter Δ 15 *add.* ϰζ *cl.* *237, 23* (iuvenilis a) 16 annum Δ | omnes *om.* Δ 17 et ad Solem Δ 19 etiam] et Δ 24 sic fuerit collocatus Δ G 25 plures σ 27 mulierum *om.* Δ 28 id est — loco *om.* A′B

coibunt. Si * * * Mars viderit, adulterio uxores cognitas sortiuntur. Si vero sic Venus ordinata in Tauro vel in Libra fuerit, ingenuas uxores dabit, in ceteris vero signis ignobiles.

2 [De his qui sorores suas vel affines sortiuntur uxores.] In genitura viri a Saturno numera ad Venerem, si sit diurna, et tantundem ab horoscopo; in nocturna contra, et hoc tibi signum sicut frequenter diximus locum demonstrat uxoris. Rursus locum fratrum a Saturno ad Iovem conputa, et tantundem ab horoscopo. ⟨Si⟩ itaque locus coniugis sic partiliter constitutus in loco fratrum ceciderit sic sicut diximus conputato, sorores aut affines suas sortientur. Similiter et in mulierum genitura reperies. 3 Sed et si Venus cum domino geniturae in eodem signo pariter fuerint inventi, aut sorores aut affines decernit uxores. Sed et si locus coniugis partiliter conputatus in maternis signis vel paternis et ipsis tamen partili ratione collectis fuerit inventus, aut matres aut novercas aut nutrices suas sortientur uxores. Similiter et in mulierum genitura reperies, praesertim si haec eadem loca Mars Venus Mercuriusve respexerint. *fol. 95r II*

XIII.

1 [De incestis nuptiis.] Quia de incestis nuptiis loqui coepimus, praetermissis ceteris haec nunc retractentur. Si in genitura Saturnus in Iovis signo vel in Iovis finibus fuerit inventus, Iuppiter vero et Venus

1 *excidit fere* vero hanc sic constitutam diametra vel quadrata radiatione | cognitas uxores sortientur Δ G 2 ordinata venus Δ 5 *lemma om.* Δ 7 et Δ] etiam Γ 8 contra a] constituta 10 et *om.* Δ 11 horoscopo is est ubi ceciderit Δ | *add.* a | sic Γ] si Δ 12 locum fratris N (locum . . . computatum a) | sic *om.* Δ 14 repperies Dv (*itidem l.* 21) 16 fuerit inventa a 17 maternis Γ] matutinis Δ 22 respexerit Δ 24 *lemma om.* N De incestis D 25 tractentur Δ

in Saturni, hos vero sic positos Mars et Luna qua-
drata radiatione respexerint, coibunt aut cum matribus
aut cum novercis. Si vero his Mercurius fuerit ad-
iunctus, aut cum filiis aut cum filiabus aut cum pri-
2 vignis coibunt. Sed et si Luna cum Iove et Saturno
et Marte in domo Saturni fuerit inventa, aut cum
matre aut cum noverca aut cum patre latenter coibunt.
Si vero hi omnes sic sicut diximus in VI. ab horo-
scopo loco fuerint inventi, post mortem patris matrem
suam sortietur uxorem, aut post mortem matris filia
hoc idem faciet cum patre. Si vero Mercurius cum
his fuerit inventus, mulieres filios suos viri vero filias
3 suas sortiuntur uxores. Sed et si Luna in novissimis
Cancri partibus constituta ad Iovem feratur, aut si in
Saturni sit domo, Venus vero inveniatur similiter in
domo Saturni, Saturnus vero in domo Veneris, hoc
idem simili ratione perficitur.
4 [De his qui plurimas sortiuntur uxores.] In
omnibus genituris si Venus in duplicibus vel in tro-
picis fuerit signis inventa, et domini eorum signorum
in quibus est Venus posita, similiter in duplicibus
signis vel in tropicis fuerint inventi, viris quidem
plurimas uxores, mulieribus vero plurimos maritos
decernunt. Si vero Venerem neque in tropicis neque
in duplicibus signis constitutam Luna similiter ad-
spiciat, viro quidem una uxor, mulieri vero unus mari-
fol. 95v I tus decernitur. Si vero in tropicis signis vel in
duplicibus Venus posita Lunam viderit, viris plurimas
uxores, mulieribus plurimos maritos decernit.

2 coibunt *Γ*] cohaerebunt *Δ* | cum *om. bis Δ* 3 his Mercurius **GN**] Merc. his **A** his *om.* **D** 4 prevignis *vel* perivignis *vel aliter codd.* 5 Iove et **G**] Iove *Δ* Sole et **A′B** 8 VI. *Δ*] VII **A′G** 9 fuerint *ante* in *pon.* **A′** *om.* **G** 10 suam *om. Δ* | filias **A′** 13 sortientur *Δ* | et *et* in *om. Δ* 18 sortientur **BD** 20 signis fuerit **v** 22 tropicis signis *Δ* 23 plurimos] plures **A′** 24 Venerem **DG**] Venere **A′** Venus **N** 25 constituta **B** posita **N**

XIV.

[De his qui uxores suas occidunt.] Si Venus 1
in domo Martis ⟨vel⟩ in finibus eiusdem Martis fuerit,
et Mars in domo Veneris vel in finibus eiusdem Vene-
ris collocatus Lunam in signis suis vel in finibus suis
positam plenam luminibus diametra radiatione respi-
ciat, uxores suas suis manibus mariti interficiunt; si
Mars in cardinibus * * * * * facit gladio interire. Si
vero in mulieris genitura Mars in domo sua vel in
partibus suis positus in MC. fuerit inventus, et Vene-
rem diametra radiatione respexerit, mariti interfecti
ab uxoribus interibunt; sed haec sine Iovis testimonio
perficiunt.

[Omnes Veneris affectus circa uxores in- 2
venias.] Si locus uxoris partiliter inventus, ea scilicet
ratione quam in praecedenti monstravimus libro, [si]
in Iovis signo fuerit inventus, erit vir ab omnibus
libidinum illecebris separatus. Si vero hunc eundem
locum in Iovis signo positum ipse Iuppiter viderit,
aut si in ipso loco fuerit inventus, fortius pudicitiae
gratia convalescit. Si vero in Saturni domo fuerit,
libidinosos efficiet. Sed si hunc locum Saturnus vi-
derit, viros circa mulieres suas reddit austeros. Si 3
in Martis signo fuerit inventus, et Mars hunc eundem
locum respiciat aut Iuppiter, aut unus ex his in loco
ipso sit, alius hunc eundem respiciat, faciet viros
uxores suas fido diligere semper affectu. Si vero in
Mercurii signo hic locus fuerit inventus, et Mercurius
ipsum locum videat, aut ibi sit constitutus, passivos
amatores faciet; Sol regios faciet, Luna gratos et *fol. 95v II*

3 *add.* σ (et a) 4 vel σ] et 5 Luna ... posita plena lumine Δ 8 *lac. stat.* ζ | facit gladio *om.* Γ 10 suis *om.* ΔG | Venus Δ 12 sine ζ] inter (in N) 14 ut omnes D (*exspectes velut* quatenus omnes) | Veneris] virorum κ 16 qua Δ | in praecedenti libro] *cf. 182, 7 sqq.* | *del.* κζ 17 signo Bv] *om.* AGΔ 24 hunc *om.* Δ 25 respiciat a] ipsum | unus a] Venus 30 faciet *poster. om.* Δ

4 amabiles. Si Luna cum Marte in domo Martis fuerit inventa, et hos Saturnus quadrata vel diametra radiatione respiciat, faciet homines semiviros sine uxore sine filiis pthisicos. Si Iuppiter cum Venere in occasu fuerit inventus, viri libenter cum maioribus ⟨mulieribus⟩, mulieres vero cum senibus coibunt. Si vero in horoscopo sic fuerint inventi, viri cum minoribus mulieribus, mulieres vero cum iuvenibus libentius coibunt.

XV. [DE PUERORUM AMATORIBUS.]

1 Mercurius et Mars partiliter in horoscopo constituti [pariter] puerorum amatores efficiunt; fortius tamen hanc libidinem faciunt convalescere, si in alienis domibus fuerint collocati. Sed et si Venus in domo Mercurii fuerit posita, Mercurius vero male sit in genitura positus, ad puerorum concubitus praepostero amore semper inpellunt. Sed ut manifestius intelligatur: cum Venus in domo Mercurii fuerit, scilicet si Mercurius in IMC. sit aut in occasu aut in VIII. ab horoscopo loco aut in VI. aut in XII. aut in anafora horoscopi aut in deiectionibus suis, id est in quibus humiliatur ⟨locis⟩, tunc hoc quod diximus conplet.
2 Si locus coniugis partiliter conputatus in domo Mercurii ceciderit, Mercurius vero in cardine constitutus in masculino sit signo, puerorum amatores efficiet, sed

2 quadr. vel diam. rad. **N**] diam. v. quadr. rad. **D** diam. rad. vel quadr. *Γ* 3 semiviros ζ (*cf. I 30, 11 et de err 17, 26*)] sine viro *Δ* sine vino *Γ* sine libidine *vel* sine semine σ 4 ptisicos **AN** tysicos **BG** typsichos **D** 5 maioribus κσ] maribus (iuvenibus **A**) | *add.* σ 7 minoribus] iunioribus **A** 8 mulieribus *om.* *Γ* | libentius **AB**] libenter **D²Gv** *om.* *Δ* 10 *lemma om.* **N** 11 in hor. part. *Δ***B** | partiliter] pariter σ 12 *del.* κζ | efficient **AG** 13 hunc **A'B** 15 posita *Γ*] inventa *Δ* 18 fuerit Mercurii *Δ***G** (*leg.* Mercuri) | scilicet **A'G**] Saturnus *Δ* *om.* **B** 19 aut *post* sit *om.* *Δ* 20 loco *post* XII. *pon.* *Δ* *utroque loco hab.* **G** 22 *add.* **a** | conpletur κ 23 Mercurii *Δ***B**] Saturni **A'G**

tales qui numquam feminarum coitus † velint saltem cupiditate desiderent. Sed et si Mars et Mercurius domicilia sua mutaverint, scilicet ut Mars in Mercurii domo sit, Mercurius in Martis, puerorum amatores efficient, praesertim si sic pósiti in deiecto ab horoscopo loco fuerint constituti. Hoc idem faciunt et si in Martis domo simul fuerint. Sed et si Mercurius in 3
domo Martis fuerit, et Mars eum vel quadrata vel *fol. 96r I* diametra radiatione respiciat, puerorum amatores reddit. Mars similiter si in domo Mercurii fuerit, et eum Mercurius quadrata vel diametra radiatione respiciat, hoc libidinis vitium simili potestate decernit. Sed et si Luna in domo Mercurii, vel in finibus Mercurii, ⟨Mercurius vero⟩ in domo Lunae fuerit inventus, puerorum amatores efficiet.

XVI.

[Quatenus invenias quot quis ducat uxores.] 1
Si Venus in MC. fuerit inventa, et eam Luna trigonica radiatione respiciat, habeatque etiam ceterarum stellarum testimonia, unam decernit uxorem. Si vero in alio quocumque loco fuerit inventa, conputa ab ipsa Venere usque ad illud signum in quo partiliter locus coniugis invenitur, ⟨et⟩ quantacumque fuerint signa a Venere usque ad signum coniugis, tantae decernuntur uxores. Sic et in femininis genituris de maritis invenies. Sed hanc rationem alii probent, a nobis non probatur.

1 velint] vel **A** aliqua σ vel mediocri *vel* vel modica ζ 5 efficiunt **A'B** | [ab] horoscopi σ *cf. 227, 12* 10 *lege* Mercurî *itidem l.* 13 13 *add.* **v** (vel Δ) 17 *lemma om.* **BD** Quot dantur coniuges **N** | quot quis] quod quis **v** quis quod **G** quis quot **A** | ducat uxores **A**] dicatur orcas **Gv** 22 signum illud Δ 23 *add.* ζ 24 signum **A**Δ] signa **BGv** 25 femininis **AN**] femineis **BGv** feminis **D** | genituris *om.* Δ 26 sed σ] esse *codd.* etsi κ (invenias etiam hanc uxorem alii pr. **A**) | in alii **N** mali **D**

2 [De his qui meretrices publicas uxores ducunt, vel qui cum talibus adulteria committunt.] Si Venus cum Marte in VI. ab horoscopo loco fuerit inventa, et viros adulteros et mulieres adulteras faciet. Si vero in domo Saturni constituti et cum ipso Saturno in eodem signo partili sint societate coniuncti, in VI. scilicet ab horoscopo loco, in mulierum quidem genitura publicas meretrices faciunt, in virorum vero genituris hoc decernitur, ⟨ut⟩ aut meretrices uxores habeant, aut cum cinaedis publicis inpura libidinis cupiditate iungantur.

fol. 96r II [Quatenus invenias quot quis matrimonia
3 sortiatur.] Si locum coniugis partiliter inveneris, et dominus ipsius signi in eodem signo fuerit inventus, conpletis primis annis ipsius signi nuptiae decernuntur. Si vero dominus signi ita sit collocatus, ut locum coniugis id est signum suum nulla radiatione respiciat, et alia stella in ipso signo sit posita, conpletis primis temporibus eius stellae, quae in eodem signo fuerit inventa, id est in loco coniugis, tunc nuptiae decernuntur. Si vero nulla stella in ipso signo fuerit collo-
4 cata, post anaforam ipsius signi uxor decernitur. Sed ⟨est⟩ et alia ratio subtilior partili ratione conposita: conputa omnium stellarum substantiam, et totum numerum unam facito summam, et hanc eandem summam ab hoc signo inchoans, in quo locus coniugis partiliter fuerit inventus, divide ceteris signis, ita ut omnibus signis des XXX partes, et in quocumque signo novissimus numerus venerit, cum ad ipsum signum Iuppiter
5 venerit, tunc nuptiae decernuntur. Quod dico tale est;

1 *lemma om.* **D** *aliud hab.* **N** 6 ipso *om.* *Δ* | pariter sint sociati coniuncti *Δ* 7 VI. ζ] VII. | in *om.* *Δ* 9 *add.* **a** 12 *lemma om.* **B***Δ* 16 locus *Γ* 17 ratione *Δ* 20 locum **AGḌ²N** 23 *add.* *σ* | alia *Γ*] talis *Δ* 24 omnem *Δ* | ex toto numero *Δ* 26 hoc *κζ*] horoscopo | inchoas **A′G** 28 et *om.* **A′**

quia enim paulo obscurius dictum est, hoc idem tibi rursus manifestius intimabo. Conputa Solis XIX Lunae XXV Saturni XXX Iovis XII Martis XV Veneris VIII Mercurii XX; hic omnis conputus CXXIX facit. Hunc omnem numerum ab eo incohans in quo locus coniugis partiliter fuerit inventus, omnibus signis sequentibus divide, et da singulis XXX, ⟨et⟩ in quocumque signo novissimus venerit numerus, cum ad hoc signum post secundum circuitum Iuppiter venerit, tunc stabile decernitur matrimonium; ante enim si quis sortitus fuerit, aut repudio matrimonium solvit, aut sine fructu aliqua morte dividitur, aut certe usque ad hoc tempus variis simultatibus dissentiunt.

XVII.

[De his qui suas uxores efferunt.] Si Mars 1
et Venus et Iuppiter in occasu fuerint inventi, id est
in VII. ab horoscopo loco, et dominus istius signi in
quo ipsi sunt collocati, in MC. fuerit inventus, maritus
perimit uxorem. Sed et si Mars solus in occasu fuerit
inventus, et Venus in MC., Luna vero aut in horoscopo plena luminibus aut in IMC., manibus mariti
uxor interfecta morietur. Si in genitura viri in quo- 2
libet loco Iove et Marte constitutis et domini horum
signorum in quibus sunt Mars et Iuppiter constituti,
sic sint ⟨col⟩locati, ut unus in occasu geniturae sit,
alter in IMC., similiter mors uxoris decernitur. Sed

2 Lunae XXV *post* Iovis XII *hab.* Δ 4 facit CXXIX Δ 5 *verba* numerum ab eo — *261, 6* radiatione *add.* **N** *et codex quidam nobis ignotus, ex quo Aldina Guelferbytana* (**W**) *hausit nisi quod reliquam partem capitis XVI omisit; cf. supra ad 121, 14; Lessing l. l. p. 280 sqq.* | eo ⟨signo⟩ ϰ | incohas *corr.* ζ 7 *add.* ζ 12 aliquo ϰσ 16 et *prius om.* **W** 17 et *om.* **N** 18 medio celi **N** (*ut semper* Δ) *hic et post* 21 in IMC. ζ] minimo **N** minuta **W** 23 domini horum **W**] dominorum **N** 25 sic sint locati *om.* **N** | *add.* ζ

si Venus ⟨in IMC.⟩ fuerit inventa, et Iuppiter in occasu geniturae, hoc idem praeparatur. Sed si Venere in occasu constituta, dominus ipsius signi in quo est Venus collocata, in IMC. fuerit inventus, hoc idem
3 decernitur. Si Venus et Iuppiter in VII. ab horoscopo loco fuerint inventi, dominus vero ipsius signi aut in IMC. sit, aut in occasu cum ipsis par[til]iter sit constitutus, mors uxoris decernitur. Si vero his sic ordinatis Sol Saturnus et Mars aut in VI. aut in VIII. sint ab horoscopo loco constituti, interfecta uxor mariti manibus interibit.

XVIII.

1 [De his qui maiores sortiuntur uxores.] Si Saturnus et Venus aequas habuerint partes, ⟨in⟩ diversis signis positi, aut si in uxoris signo fuerint constituti, in eadem tamen parte, aut si Venus in Saturni finibus fuerit et Saturnus in Veneris, sed et si non se videant, et suas fines invicem teneant, viris quidem provectae aetatis uxores, mulieribus vero provectae aetatis mariti decernuntur.

2 [De his qui de materno vel paterno genere sortiuntur uxores.] Si Iuppiter et Venus et Luna in quocumque signo simul fuerint constituti, aut diametra se aut quadrata radiatione respiciant, praesertim si Iuppiter in Veneris finibus fuerit inventus, et Venus in Iovis, aut ambo aut unus eorum Lunam diametra radiatione respiciant, de materno genere decernit uxorem. Si vero aut cum Venere aut cum Iove consti-

1 *add.* ϰ 2 Venere ς] Venus **NW** 3 et dominus **W** 7 *del.* ς (*nam Venus et Iuppiter non in eadem parte sunt*) 8 his **W**] iis **N** 13 his **W**] iis **N** 14 *add.* ς 19 decernit uxores **W** 21 his **W**] iis **N** (*ut plerumque Δ, quod postea non adnotabitur*) 22 et *prius om.* **W** 26 aut *prius*] et σ 28 aut *ante* cum Venere *om.* **N**

tutus Sol sic fuerit sicut diximus de Luna, de paterno genere uxor decernitur.

[De his qui sorores suas sortiuntur uxores.] 3 Si Sol et Luna simul fuerint inventi, et cum ipsis Venus aut Iuppiter, aut si quadrata sibi fuerint radiatione coniuncti, ita tamen ut Venus in finibus ⟨sit⟩ Iovis, Iuppiter vero in finibus Veneris, fratres sororibus coibunt.

[De his qui cum matre coeunt.] Si in uno 4 signo Saturnus et Venus in eadem parte fuerint, aut si in diametro vel in quadrato collocati, easdem habuerint partes, et Luna aut illis testimonium perhibeat, aut cum ipsis sit collocata, Iuppiter vero in finibus Veneris constitutus quacumque illos radiatione respiciat, matrem et filios faciunt matrimonium contrahere. In feminarum vero genituris, sic ceteris sicut 5 diximus ordinatis, si in eo loco in quo Lunam posuimus, Sol fuerit inventus, filiae patribus suis matrimonii gratia coibunt. Sed ⟨et⟩ si Venus in finibus Iovis [Iovem] fuerit constituta, et Iuppiter in finibus Veneris, et eos Mars aut quadrata aut diametra radiatione respiciat, filias cum patribus coire conpellunt.

[De his qui novercas ducunt uxores.] Si 6 Iuppiter et Venus in cardinibus positi aequas habentes partes quadrata se radiatione respiciant, et eos Luna aut quadrata aut diametra radiatione respiciat, novercas suas sortiuntur uxores. Vitricis vero suis [qui] nubunt mulieres, si sic Venere et Iove constitutis, sic Sol fuerit inventus, sic⟨ut⟩ Lunam in virili genitura posuimus.

1 Sol *om.* **N** | *excidisse vid.* collocatus *vel sim. aliquid* 4 et *sec. σ*] aut 6 in fin. Iov. Ven. **W** | *add. ζ* 7 sororibus *ζ*] simul **NW** 11 in *sec. om.* **W** 15 filios **W**] filias **N** | *aut* matres *aut* filium *σ* 17 ordinatis **N**] constitutis **W** 19 *add. ζ* 20 *del. ζ* | constituta *ζ*] consecuta 27 vero sub his (iis **N**) qui nub. mul. qui sic V. et I. const. s. S. f. inv. sic Luna in **NW** *corr. ζ*

7 [De his qui cum fratre et filio coibunt.] Si in cardinibus Venus Luna et Iuppiter simul fuerint collocati, aut si in cardinibus positi quadrata aut diametra se radiatione respexerint, et Saturnus sic sit positus ut omnes qualibet radiatione respiciat, cum matre et cum filia coire faciunt. Sed si Saturnus Lunam et Venerem solas viderit, latenter hoc facinus conmittitur; si vero totas aspexerit, publice ambas
8 sortientur uxores. In mulieris vero genitura, si ubi Lunam posuimus Sol fuerit inventus, et cum patre et cum filio coibit. Si vero ⟨Mercurius⟩ in finibus Veneris fuerit, et Venus in finibus Mercurii, et si sic collocati quadrata vel diametra se radiatione respiciant, Iuppiter vero hos aut de quadrato aut de diametro respiciat, faciet filios a patribus muliebris libidinis maculam sustinere.

9 [De adulteris.] Si Mars et Venus simul fuerint inventi, aut si Mars in finibus Veneris constitutus et Venus in finibus Martis posita qualibet se radiatione respiciant, adulteros faciunt. Si vero Mercurius quadrata eos vel diametra radiatione respiciat, aequatas illis possidens partes, faciet illos in istis facinoribus deprehendi. Sed de hoc titulo in praecedentibus libris frequentissime diximus.

XIX.

1 [De mulieribus sterilibus.] Si Sol et Luna in masculinis signis in horoscopo sint, Saturnus vero aut in occasu sit aut in IMC., mulieres filios non procreabunt, praesertim si horoscopus in Leone vel Virgine vel in Capricorno fuerit inventus aut in Piscibus aut in Scorpione aut in Cancro vel in Tauro. Si vero

4 sit sic **W** 8 totas] *scil.* stellas 11 *add.* **W** *supra lin.* 12 *lege* Mercuri 14 aut *alt.* **W**] vel **N** 22 istis **N**] his **W** 27 sint in hor. *ς* 29 si in horoscopo, in leone, vel in virgine **W** 30 Pisce *corr.* *ς* 31 aut in tauro **N**

his sic ordinatis sicut diximus, benivola stella in pri-
mis cardinibus fuerit inventa, unus natus filius aut
duo nutrientur. Sed et si Luna aut in masculino 2
⟨signo⟩ fuerit inventa, aut certe in Leone vel in Vir-
gine vel in Capricorno, et Sol in masculino signo sit,
aut in his in quibus diximus signis, Saturnus vero
aut in cardinibus sit positus, aut in XII. ab horo-
scopo loco, nec † virgini nec mulieri decernuntur. Sed
si hos sic ordinatos in primis cardinibus Iuppiter col-
locatus prospera radiatione respiciat, unum filium
faciet decerni. Sed et si Sol et Luna in femininis 3
signis fuerint, et horoscopus in feminino sit signo
constitutus, Saturnus vero aut in VII. ab horoscopo
⟨loco⟩ sit positus, aut in MC., nec ulla benivola stella
in cardine reperiatur, filii non decernuntur. Si Satur- 4
nus et ⟨Luna⟩ in cardinibus collocati et easdem ha-
bentes partes quadrata se radiatione respiciant, sint
etiam in duplicibus signis positi, nec eos Iuppiter
aliqua radiatione respiciat, nec in cardinibus sit collo-
catus, filii non decernuntur. Sed et ⟨si⟩ Iuppiter et
Luna simul positi in VII. ab horoscopo loco sint, vel
in IMC., et eos Saturnus in alio cardine positus qua-
drata vel diametra radiatione respiciat, filios faciet
non decerni.

[De his qui non coeunt cum mulieribus.] 5
Si Venus et Luna simul fuerint collocatae, et eas Sa-
turnus in finibus ⟨suis⟩ positus quadrata vel diametra
radiatione respiciat, accedatque his testimonium Solis,
Saturno in matutino ortu in diurna genitura consti-
tuto, et Venere aut in cardinibus posita, sed in mascu-
lino signo, aut in nocturna genitura in vespertino

4 *add.* σ | vel *bis* ζ] et **NW** 8 mulieri] liberi σ (*qui tentat* nec vir ei nec liberi) nec pueri nec puellae mulieri *sententiam postulare putat* κ 14 *add.* ζ (*an* sit loco ?) | aut *om.* **N** 16 *add.* ζ (Venus **W**) 17 partes habentes **W** 20 *add.* ζ 26 Saturni **N** 27 *addidimus*

6 ortu posita, numquam sortientur uxores. Si vero sic
omnibus sicut diximus ordinatis, Saturnus et Luna et
Venus in Leone aut Virgine fuerint positi, in his in
quibus diximus partibus, numquam prorsus cum mulie-
ribus coibunt. Sed et si Venerem in Saturni finibus
collocatam nulla stella respiciat, Luna vero aut in
Leone aut in Virgine aut in Capricorno constituta in
Saturni sit finibus, numquam cum mulieribus coibunt.

XX.

1 [De inbecillis caducis caecis vitiosis et luna-
ticis.] ⟨Si⟩ Sol et Luna in duplicibus signis positi,
in cardinibus sint geniturae ⟨col⟩locati, et eos sic
positos Mars et Saturnus quadrata radiatione respi-
ciant, inbecilles lunaticosque perficient. Sed et si
Mars in horoscopo fuerit inventus, et sit Saturnus in
MC., Luna vero aut cum ipsis fuerit constituta, aut
in quadratis lateribus posita, hoc idem simili ratione
perficiet. Sed et si Saturnus in MC. fuerit inventus,
2 et Mars sit in IMC., hoc idem similiter efficitur. Si
Sole et Luna synodica radiatione coniunctis, Martis et
Saturni stellae fuerint applicatae, et si ambobus aequata
sint partis societate coniunctae, id est Soli et Lunae,
prima aetate huius infortunii vitia conferentur. Si
vero Mars solus fuerit inventus, ex violentia quadam
caecitas oculis infertur; si vero solus Saturnus, ex
reumate. Sed si Lunam quadrata radiatione respexe-
3 rint, hoc idem simili ratione perficitur. Si Saturnus
in XII. a⟨b horoscopo loco⟩ * * * ⟨in⟩ MC. fuerit in-
ventus, et Mars cum ipso pariter sit constitutus, aut
in anafora MC., unius oculi lumen extinguunt. Si

1 sortietur **N** 2 Saturnus, Luna **W** 11 *add.* ζ 12 *add.* ζ 14 adunatosque *corr.* ζ 15 sit ζ] si 19 efficietur **W** 20 Soli et Lunae σ 22 partium ϰ 26 Sed et si ζ 28 *add. et lac. stat.* ζ | XII. a MC. ⟨loco⟩ ϰ 29 pariter *om.* **N**

vero uterque id est Mars et Saturnus in VIII. sint ab horoscopo loco constituti, et sint retrogradi, Lunam vero de quadrato respiciant, debiles faciunt pariter et caecos. Quodsi de dextro latere Lunam respexerint, dextrum oculum excaecant, et dextras debilitant partes; si vero de sinistro, hoc idem in sinistris corporis partibus faciunt. Si inter Solem et Lunam malivola 4 stella media fuerit inventa aut in synodo aut certe in eodem signo, aut in diversis locis constitutis Sole et Luna in medio horum signorum malivola sit posita, caecitas oculis infertur. Si vero hos sic positos benivola stella prospera radiatione respexerit, huius infortunii discrimina mitigantur. Sed specialiter quicumque Lunam aut in III. parte habuerint Sagittarii, aut in XVI. Leonis, aut in XIV. Cancri, aut in V. Tauri, debiles efficiuntur. Si Mars in VII. sit ab 5 horoscopo loco constitutus, et Luna in VIII., amputabitur vel confrangetur pars corporis, pro eius signi natura, in quo Mars fuerit inventus. Si Luna in tropicis signis inventa fuerit, id est in Ariete in Cancro in Libra et in Capricorno, Mars vero eam quadrata radiatione respiciat, aut pedem amputabit aut manum. Quodsi sic sicut diximus positos Sol quadrata radia- 6 tione respexerit, et eos Saturnus aut quadrata aut diametra radiatione percutiat, aut unum de luminibus in VII. ab horoscopo loco sit positum, aut certe Saturnus in ipso sit loco, stomachicos efficiet. Sed et si Sol et Luna et Mars et Mercurius in VI. sint ab horoscopo loco constituti, et eos Saturnus quadrata radiatione respiciat, aut ⟨his⟩ in VII. loco constitutis Saturnus sit in horoscopo constitutus, faciet lunaticos

3 et cecos pariter **W** 6 sinistris **W**] sinistro **N** 8 media *om.* **W** 9 constituti Sol **NW** *corr.* ζ 10 maliv. ⟨stella⟩ σ | posita *om.* **N** 12 huus **W** 16 sit in VII. ab hor. **W** 24 et *om.* **N** | aut *prius om.* **W** 25 perficiat *corr.* ζ | ut unus . . . positus **NW** *corr.* κ 27 stomacos *corr.* ζ 28 Sol, Luna, Mars **W** 30 *add.* ζ | constituti *corr.* ζ

7 perversa facie et inpedita lingua. Sed et ⟨si⟩ Saturno in VII. loco constituto Mars per quadratum iungatur, insanos efficiet. †Ipsi vero et Mercurius in horoscopo constituti, Mars in occasu fuerit inventus, et Saturnus aut in occasu aut in MC., faciet insanos, sed quibus aliquando homicidii crimen accedat. Si in Capricorno aut in Piscibus aut in Ariete aut in Tauro Mars et Saturnus simul fuerint inventi, pro qualitate signi
8 partem corporis amputabunt. Saturnus et Mars in quolibet signo pariter constituti, latentium et absconsorum locorum dolores efficiunt. Si vero in solidis signis positi diametra se radiatione respiciant, aut unus in horoscopo sit, alius in occasu, aut unus in IMC., alius in MC., epilempticos faciunt. Si vero in tropicis signis constituti hac se radiatione respexerint, caducos efficiunt, sed qui nulla possint ratione sanari.
9 Si vero in duplicibus signis positi hac se radiatione respexerint, faciunt cum his vitiis quibus diximus, inreligiosos crudeles captivos. Si vero hos sic positos benivola stella respexerit, captivi revertentur ad patriam. Quodsi in his ⟨signis⟩ in quibus diximus, [ratione] malivolae in statione fuerint inventae, fortius nocebunt;
10 si vero benivolae, fortius proderunt. Si Saturnus et Mars in cardinibus positi diametra se radiatione respiciant, et Lunam in alio cardine constitutam aut per quadratum aut per diametrum viderint, praesertim in novissimis Librae partibus et Capricorni et Arietis, debilitabunt pedes. Si Mars in alienis signis constitutus in horoscopo sit partiliter positus, aut in natura

1 facie et **W**] faciet **N** | inpedit linguam ϰ | *add.* ζ 3 ipsi **N**] is si **W** sed et si Venere et Mercurio in hor. constitutis ζ Si vero ⟨Venere⟩ (*cet.* = ζ) σ 14 epilenticos **NW** 16 possunt **NW** *corr.* ζ 17 se hac **NW** *corr.* ζ 18 faciunt *post* captivos *pon.* **W**^b (*om.* **W**^a) 19 religiosos **N** | hos **W**] iis **N** 20 capti **N** 21 *add.* σ (*an* dix. ⟨signis⟩ ?) | *del.* ζ 22 maliv. ⟨stellae⟩ σ 24 se *om.* **N** 26 per *sec. om.* **N** 29 aut naturae noc. aut auribus σ

nocebit aut in auribus. Mars et Saturnus in tropicis
⟨signis⟩ positi, et Lunam quadrata radiatione pulsan-
tes, hydropicos faciunt. Sed et si Mars et Saturnus 11
diametra se radiatione respiciant, sanguinem reiectantes
efficiunt. Mars in Cancro aut in Scorpione aut in
Capricorno aut in Piscibus ⟨positus⟩, si Lunam dia-
metra radiatione respiciat, inpetiginem auriginem le-
pramque perficiet. Si Saturnus Lunam neque in Lunae
domo neque in Saturni domibus collocatam diametra
radiatione respexerit, aemorroicos faciunt, vel qui vali-
tudinem fistulae incurrant. Hoc idem et Mars in car-
dinibus positus, si Venerem diametra radiatione re-
spexerit, similiter efficiet. Si Mars et Venus et Luna 12
in tropicis signis positi diametra se radiatione re-
spexerint, et eos Saturnus aut in Leone aut in Tauro
aut in Sagittario aut in Piscibus collocatus per noctem
viderit, podagricos efficiet, si vero per diem, elephan-
tiacos. Sed et si Luna in Tauro fuerit inventa et
Saturnus in Scorpione, aut Luna in Scorpione et Sa-
turnus in Tauro, nec Lunam benivola stella aliqua
radiatione respiciat, elephantiaci nascentur. Si Mer- 13
curius aut in Virgine aut in Piscibus constitutus in
horoscopo sit partiliter positus, et eum Saturnus et
Mars quadrata radiatione respiciant, insanos efficient.
Si Mars et Saturnus in anafora horoscopi sint vel in
VIII. ab horoscopo loco, facient per narem aut per os
aut per anum sanguinem mitti. Si Mars et Saturnus
ita sint collocati, ut unus ipsorum in MC. sit, alius
in IMC., ex pravis humoribus vitiosam aegritudinem

2 *add.* ζ 4 respiciant *om.* **N** 6 *add.* ζ 7 respiciant **N** | auriginem ζ] mauriginem 10 emorroycos **N** emoroycos **W** 11 incurrunt **NW** *corr.* ζ 12 si *om.* **N** 17 podagros *corr. ex* podagras **N** | efficiet *om.* **N** | elephanticos **NW** 21 elephantiari **N** 22 aut *prius om.* **W** 25 sit **NW** *corr.* ζ 26 facie **N** | nare *corr.* σ (*an* nares ?) 27 aut per anum *om.* **N** 29 vitiosa egritudine **NW** *corr.* σ (-osas -nes ζ)

14 faciunt. Sed si hos Mercurius quadrata radiatione respexerit, deorum illis praesidio sanitas conparatur. Si vero in his locis positi partili sint radiatione coniuncti, ut aequas partes possideant, insanos efficiunt, sed qui numquam possint a discriminibus insaniae liberari. Si vero in finibus suis sint positi, aut Saturnus in finibus sit Martis, et Mars in finibus Saturni, et sint in his in quibus diximus locis constituti, a vitiis insaniae liberantur, postquam Martis XV anni
15 aut Saturni XXX anni conpleti fuerint. Sed et si Iuppiter et Mars simili se radiatione respexerint, epilempticos facient. Si vero sic sicut diximus positi in suis partibus fuerint collocati, aut Iuppiter in finibus Martis et Mars in finibus Iovis sit, in initiis eius valitudinis liberantur, sed quando prima stellae tempora transierint, id est aut Martis XV anni, aut Iovis XII. Si vero Mercurius *** aut diametra aut quadrata fuerit radiatione conventus, et in eisdem partibus positus, faciet hominem in templis responsa reddere.

XXI.

1 [De calvis.] Cum Luna in cardinibus posita in eisdem sit signorum partibus, quae sine pilo sunt, aut in Sagittario Luna sit constituta, mal⟨ivol⟩ae ⟨vero⟩ stellae aut in solidis aut in tropicis sint signis, in quibus partiliter vitiorum locus et valitudinis invenitur, calvos efficient. Hoc idem malivolarum stellarum radiatione pulsatus, *** Sed et ⟨si⟩ Venus in domo

4 ut] aut ϰ 5 possunt **NW** *corr.* ζ | a discriminibus ζ] aliis criminibus **NW** (ab incursionibus σ) 6 aut] ut ϰ 7 sit *post* Mars *pon.* σ 8 constituti *post* insaniae **NW**, *transpos.* ζ 9 liberabuntur **W** 11 epilenticos **NW** 12 faciunt **W** 14 sit Iovis *postulat clausula;* sit, vitiis ϰ 15 quanto prima stella **N** 17 *lac. stat.* ζ 18 et ⟨sit⟩ ζ | hisdem **W** 19 hominibus *vel* deorum ζ 23 eis[dem] ζ 24 *suppl.* ζ (sit *del.* ϰ) 28 *lac. stat.* ζ | *add.* ζ

sua constituta MC. [partem] partiliter teneat, calvos
efficiet. Saturnus vero inter Solem et Lunam positus,
canos faciet prima aetate nasci.
[De vitiis corporis et valitudinibus.] Si 2
Mars in Cancro vel in Scorpione vel in Capricorno
vel in Piscibus vel in Tauro fuerit inventus, et in his
signis constitutus in aliquo sit cardine geniturae con-
stitutus, et sic collocatus Lunam de quadrato vel de
diametro respiciat, aut si cum ea fuerit inventus, aut
gibberosos aut contortos aut claudos aut parte cor-
poris paralyticos efficiet. Si Mars et Saturnus aut in 3
VI. aut in XII. ab horoscopo loco fuerint, aut certe
unus de duobus, et sit ipsum signum aut duplex aut
tropicum, aut in ipso signo locus Fortunae partili
ratione inveniatur, et corpori et animo vitia decer-
nuntur, praesertim si Solem et Lunam quadrata vel
diametra radiatione respexerint. Si vero sic collocati
vel in cardinibus positi Mars et Saturnus, aut in VI.
aut in XII. sic sicut diximus ab horoscopo loco, Lu-
nam * * * aut synodice constitutam viderint, aut his ex
humoribus vitia faciunt, aut insanos epilempticos red-
dunt. Sed semper Lunam si ⟨in⟩ VII. vel XI. aut 4
VI. aut XII. ⟨ab horoscopo loco constitutam⟩ mali-
volae stellae aut quadrata aut diametra radiatione re-
spexerint, aut si cum ipsa fuerint inventae, aut con-
tortiones efficiunt et spasmos, aut faciem vario genere
contorquent, praesertim si horoscopus et locus For-
tunae in malivolarum stellarum signis fuerint collocati.
Sed haec vitia pro signorum generibus invenimus.
Aliis enim stomacacas epilempsias, aliis insanias, aliis

1 *del.* ζ 6 Pisce **NW** *corr.* σ 7 geniturae cardine **W** 10 giberosos **W** gibborosos **N** 18 aut *om.* **N** 20 *aut lac. stat. aut* aut *del.* ϰ | synodico **NW** *corr.* ζ | his ζ] iq. **N** is **W** 21 epilenticos **NW** 22 *add.* ζ (a ϰ) | VII.] V. ζ | 23 6° aut 12° **N** *in mg.*] 20 aut 30 **NW** *in textu* | *suppl.* ζ (*solum* loco ϰ) 25 si *om.* **W** 30 stomacalis **NW** *corr.* ζ | epylenticialis **N** epilentialis **W** *corr.* ζ

lepras, aliis inpetiginem, aliis hydropem, aliis pthisin, 5 aliis elephantiam decernit ista coniunctio. Quodsi hos sic ordinatos benivola stella prospera radiatione respexerit, haec vitia mitigantur. Si vero nullum fuerit benivolarum stellarum testimonium, et locum vitii in solido signo collocatum malivolae stellae forti radiatione respexerint, decreta vitia fortius convalescunt. Si vero aequis potestatibus hunc eundem locum benivolae malivolaeque respiciant, et desinunt vitia pariter 6 et crescunt. Si vero inpugnante malivola stella fortiora benivolarum stellarum testimonia fuerint, et si coniunctionem Lunae benivolae stellae suscipiant, a quibusdam numinibus ab istis periculorum discriminibus liberantur. Si vero benivola stella excipiente coniunctionem Lunae vitiorum locum malivolae stellae fortiori radiatione respiciant, numinis alicuius prae- 7 sidio temporalem vitiorum requiem consequetur. Si vero benivolis stellis fortioribus existentibus Mercurius coniunctionem Lunae venientis exceperit, aut incantationibus, aut remediis, aut filacteriis ex istis discriminibus liberantur. Si vero benivolis stellis fortioribus existentibus Mars illis aliqua se radiatione coniunxerit, vitium quod decretum fuerit, ex medicina curabit⟨ur⟩. Si Saturnus in VII. ab horoscopo loco fuerit inventus, et in hoc loco constitutus Lunam in alio cardine ⟨constitutam⟩ viderit qualibet radiatione, in 8 absconsis locis a medicis secabuntur. Si vero Luna fuerit minuta luminibus, et Iuppiter alienus [sit] a cardinibus Lunam aliqua radiatione respiciat, secati a medicis interibunt. Si vero Luna et Saturno sic ordinatis sicut diximus, Mars cum Mercurio par⟨til⟩i

1 ydropem **N** | pthisĩ **W**] ptisim **N** 5 stellarum *om.* **W** 6 signo σ] loco 12 *et* 14 coniunctionum **N** 18 Mercurii coniunctionum Lunam **N** 20 filateriis **NW** 22 se *om.* **N** 24 *add.* ς 26 *add.* ς 28 *del.* ς 29 aliqua Lunam **W** 31 *add.* ς

societate coniunctus, et in tropicis signis positus Lunae et Saturno qualibet radiatione iungatur, epilempticos insanos efficient et caducos. Si vero his sic ordinatis, Iuppiter de superiori loco respexerit Mercurium et Lunae coniunctionem exceperit, apostemate secati liberantur. Si vero Mars in VI. aut in 9
XII. ab horoscopo loco fuerit inventus, et eum sic collocatum Sol Saturnusque respiciant, aegritudines et vitia cum misera calamitate decernunt. Si vero Mars sic positus et in masculino signo constitutus de superiori loco Solem et Lunam quadrata radiatione respexerit, in natura grave vitium faciet. Si vero mulieris fuerit genitura, ab abortu aut ex editu partus gravia discrimina semper indicit, aut secto intra viscera infante et sic prolato matricis perpetuos dolores efficiet. Si Iuppiter in horoscopo fuerit inventus, et Mars 10
in diametro eius collocatus Solem et Lunam qualibet radiatione respiciat, aut insanos aut lunaticos efficiet. Sed et si Luna synodica aut plena in cardinibus posita Martem quadrata radiatione respexerit, et Saturnus ei per quadratum aut per diametrum iungatur, eadem vitia decernuntur.

XXII.

[De regalibus genituris.] Si Sol et Luna in 1
masculinis signis constituti in primis sint cardinibus collocati, benivolis stellis ita positis, ut Solem quidem in diurna genitura in matutino ortu constitutae protegant, in nocturna vero genitura Lunam in vespertino ortu protegant, reges facient terribiles potentes, regiones vel civitates maximas subiugantes. Si vero in

2 Luna et Saturnus . . . iungantur **NW** *corr.* ζ | epilenticos **NW** 5 Mercurium **W**[b]] Mercurii **W**[a] Mercurio **N** | luna coniunctionum **N** | ⟨venientis⟩ *vel* ⟨crescentis⟩ exceperit κζ | apostemata **NW** *corr.* κ *et* σ *qui* ⟨ab⟩ ap. 10 superiore **W** 13 ⟨ista⟩ gen. ζ | ab *del.* ζ 14 inducit **N** 15 prolatos **N** 18 efficit σ 29 potentes terribiles **W**

MC. sic fuerint sicut diximus collocati, etiam extraneas
gentes et exteras regiones infinita virtutis potentia
2 subiugabunt. Si vero his sic ut diximus ordinatis, in
anafora eorum Mars fuerit inventus, ⟨in⟩ alio vero
cardine Saturnus sit constitutus, de imperio suo deiecti
ab aliis subiugabuntur. Si vero Iuppiter Martem et
Saturnum superior effectus prospera radiatione re-
spexerit, et Lunae lumen crescentis exceperit, post
captivitatem rursus imperio reddentur, ut postea maior
3 illis et felicitatis et dignitatis cumulus accedat. Si
Sol in MC. aut in horoscopo partiliter fuerit inventus,
et sit in masculino signo, Luna vero in anafora Solis
fuerit inventa, benivolae vero stellae Solem in matu-
tino ortu protexerint, reges simili ratione nascentur.
Si vero his sic ordinatis Mars in MC. fuerit inventus,
et Iuppiter in ⟨I⟩MC., erunt periculosi terribiles effi-
4 caces, totius orbis dominia possidentes. Si Sol in
principalibus geniturae locis constitutus in masculino
signo fuerit inventus, et Luna in principalibus geni-
turae locis posita femininum possederit signum, aut
certe unus ipsorum sic sicut diximus collocatus in
primis cardinibus fuerit inventus, claros nobiles effi-
ciunt et potentes, et quibus civitatum tuitio credatur.
Si vero his sic ordinatis Iovis testimonium accesserit,
exercitus illi imperatoris iudicio conmittitur.

XXIII.

1 [De biothanatis.] Si Luna in cardinibus plena
fuerit inventa, aut in anaforis aut in epicataforis car-
dinum, Mars vero in anaforis aut in epicataforis con-
stitutus aut cum ipsa fuerit inventus, aut ⟨eam⟩ qua-
drata aut diametra radiatione respexerit, sic sicut dixi-

2 et *bis hab.* N | extera N 4 *add.* ς 16 *add.* ς 21 imus *potius quam* unus W 27 biothonatis N *semper* 28 epichataphoris NW *ter* 30 *add.* ς 31 respexerint W

mus collocatam sed minutam, <et> Saturnus similiter
in anaforis vel in epicataforis constitutus videat aut
Martem aut Lunam, sic sicut diximus collocatos, * * *
si Saturnus Solem quadrata aut diametra radiatione
respexerit, biothanati nascuntur. Sed et <si> in quo- 2
cumque alio loco Lunam Saturnus et Mars quadrata
aut diametra radiatione respiciant, sine testimonio
benivolarum stellarum, biothanatos efficiunt. Sed et
si Mars in cardinibus fuerit inventus, et <sit> Luna
in anaforis cardinum posita, Iove alieno existente aut
radiis Solis absconso, et Saturno in cardinibus consti-
tuto aut in anaforis cardinum posito, aut quacumque
radiatione Solem vidente, biothanati nascentur. Sed 3
et si Mars in cardinibus constitutus, vel in anaforis
cardinum positus, per quadratum Lunam crescentem
de loco superiore videat, nec benivolae radius respiciat,
biothanatum simili ratione perficiet. Et sicut fre-
quenter diximus, secundum differentiam signorum exi-
tus decernitur mortis. In humanis enim signis gladio
mors inferetur aut a latronibus aut in pugna aut
[in] aliqua licentia potestatis. In terrestribus vero
signis in locis desertis similiter faciet interire, aut
certe variis calamitatibus inplicatos. In aquosis signis 4
tempestatibus naufragiis turbinibus fluviisque submer-
git, ita ut ex aqua semper acerbum inferatur exitium.
In solidis per praecipitia proiectos aut ex altis deiec-
tos locis faciet interire. In igneis flagrantibus tradit
incendiis, aut casu † expositis, aut potestatis alicuius
iussione conceptis. In humidis aut cruditate aut
pthisi aut nigro felle aut sanguinis reiectione aut
suppurata aegritudine faciet interire. Si Mars in quo- 5
cumque cardine fuerit inventus, aut in XI. ab horoscopo

1 *add.* ζ 3 <praesertim> ζ 5 *add.* ζ 9 *add.* ζ 16 respiciat] accedat ζ 17 Et] Sed κσ 21 *del.* κσ | terestribus **W** terrestris **N** terrenis ζ 24 turbidinibus **N** 28 exortis *vel* excitatis ζ 30 pthysi **N** | Eiectione *ante* reiectione *hab. sed del.* **W**

⟨loco⟩ fuerit, aut in VIII., et eum in his locis con-
stitutum Saturnus diametra radiatione respiciat, aut si
Marte sic posito in VII. ab horoscopo loco fuerit in-
ventus, post multa vitae discrimina biothanatos faciunt
interire, praesertim si Iuppiter Martem nec de supe-
riore loco viderit, nec cum eo fuerit inventus. Sed
6 mors pro signorum varietate decernitur. Sed si his
sic ordinatis, sine testimonio scilicet Iovis, cum Marte
aut cum Saturno Mercurius fuerit inventus, aut eum
quadrata radiatione respexerit, Luna aut in cardine
constituta, aut in anafora aut in epicataforis posita,
faciunt falsarios maleficos, pecuniarum adulteratores,
ut ex istis criminibus severa iudicantis animadversione
7 plectantur. Sed et si Saturnus in IV. vel in XI. loco
fuerit inventus, et cum eo sit Mercurius, aut quadrata
illi aut diametra radiatione iungatur, Mars vero aut
cum ipsis fuerit, aut quadrata aut diametra eos radia-
tione respiciat, aut si sic positis in Saturni domo
Mars collocatus Lunam in cardinibus positam quadrata
vel diametra radiatione respiciat, praecedentium faci-
8 norum decernit exitia. Si vero Iuppiter sic his om-
nibus ordinatis de superiore loco Martem prospera
radiatione respiciat, aut si cum ipso fuerit inventus,
aut si Lunae plenos radios exceperit, accusati ex istis
criminibus salutari sententia liberantur. Si Luna in
occasu fuerit inventa, et Mars aut Saturnus in horo-
scopo sint partiliter ⟨col⟩locati, aut uno eorum in
horoscopo posito si alia malivola stella in MC. fuerit
9 inventa, biothanati nascuntur. Sed ⟨et si⟩ in quo-
cumque alio cardine Luna fuerit inventa, et cum ea in
ipso signo aut Mars aut Saturnus sit partiliter collo-
catus, aut si diametra eam vel quadrata unus ex eis
radiatione respexerit, alter vero Mercurium de supe-

1 *add.* ζ 7 si *om.* **N** 9 eos σ 10 respexerint? ζ
11 epichataphoris **NW** 14 IV. **NW**] V. ζ | loco si fuerit **N**
18 positos **NW** *corr.* ϰ 27 *add.* ζ 29 *add.* ζ

riore loco quadrata radiatione videat, aut si diametra illi partium societate iungatur, in cardinibus aut in anaforis vel in epicataforis cardinum constitutus, biothanatos efficiet. Sed hoc malum fortius convalescit, si Solem Mars aut Saturnus quadrata aut diametra radiatione respiciat.

Si Sol in aquosis signis fuerit inventus, et in *fol. 96v I* eodem signo vel loco Mars cum Luna sit partiliter 10 collocatus, aut si in XII. vel in VI. ab horoscopo loco sit cum Luna pariter positus, Saturno horoscopum de diametro respiciente, biothanati nascentur; aut enim laqueo suspensi interibunt, aut aquis submersi extremum consequuntur mortis exitium. Si Luna cum Saturno partili societate coniuncta in VIII. ab horoscopo loco fuerit inventa, nec aliqua benivola stella in cardine fuerit constituta, a nimia sanguinis effusione mors inferetur. Si vero his sic ordinatis in alio cardine beni- 11 vola stella fuerit inventa, desperati medicinae remediis convalescunt. Si vero cum Marte Luna in VII. ab horoscopo loco fuerit inventa, haemorroicos faciet interire. Sed generaliter Saturnus in nocturna, Mars in diurna genitura in VII. ab horoscopo loco constituti haemorragias id est sanguinis eruptiones efficient. Sed et si in signis † eius qui VII. ab horoscopo locus vel locus Fortunae fuerit inventus, secti ferro vitium valitudinis consequentur.

Si vero his sic sicut diximus ordinatis, benivola 12 stella prosperum illis testimonium radiationis conmo-

1 loco de **N** 3 epichataphoris **NW** 6 radiatione] *explicit additamentum* **NW** 8 vel loco *del.* σ 9 XII. v] XI. | in *om.* Δ | V. Δ**B** 10 Saturnum . . . respicientem Δ | horoscopum ϰ] ab horoscopo 13 consequentur **Bv** consequitur **D** 16 a nimia **A**] anima **BGv** omnino Δ | infertur Δ 22 constitutus Δ 23 haemorragias σ] emorraticas **AG** (*om.* **B**) emorratias Δ | eruptiones Γ] effusione Δ 24 eius qui] eorum in a ignitis σ | et horoscopus **A** | locus σ] loco 25 fuerit **Bv**] vel 26 consequetur *corr.* **D**[2] 27 sic *om.* Δ**B** 28 radiatione *corr.* a *del.* ζ | commodaverit Γ -davit Δ

darit, secti ferro ab ista aegritudine liberabuntur. Si
vero ambo id est Saturnus et Mars in VII. ab horo-
scopo loco fuerint constituti, horoscopo vel loco For-
tunae in his signis in quibus diximus constitutis, id
est in Martis aut in Saturni, aut si uno ex istis in
VII. ab horoscopo loco constituto, alius eum quadrata
vel diametra radiatione respiciat, secti ⟨a⟩ medicis
13 interibunt. Si Luna in occasu fuerit inventa, et Mer-
curius et Mars partili societate coniuncti in MC. fue-
rint constituti, homicidas paricidasque perficient, aut
qui nefario furoris instinctu fraterno sanguine cruen-
tentur. Sed hos istorum facinorum pulsatos invidia,
et minaci accusatione pulsatos, severis facient iudicum
fol. 96v II animadversionibus interire. Si Luna et Mars in IX.
14 ab horoscopo loco fuerint constituti, Sol vero et Mer-
curius in III. sint ab horoscopo ⟨loco⟩ collocati, sa-
crilegos efficiunt spoliatoresque templorum, sed qui
propter hoc facinus severa iudicis animadversione
plectantur. Sed et si Sol cum Saturno et Marte et
Mercurio in XI. sit ab horoscopo loco constitutus, et
Luna sine testimonio Iovis in III. sit ab horoscopo
loco posita, ex praedictis facinoribus facient biotha-
15 natos interire. Si Sol in horoscopo fuerit inventus,
Mars vero et Saturnus aequis partibus iuncti in XII.
loco sint ab horoscopo, et Lunam in VI. ab horo-
scopo loco constitutam diametra radiatione respiciant,
servos biothanatos efficient. Si in signo Saturni vel
in signo Martis horoscopus fuerit inventus, aut certe

1 liberantur *Δ* 5 in Martis aut in Saturni **Gv**] in Marte aut in Saturno **AB** cum Marte vel Saturno *Δ* | si σζ] in *Γ* cum *Δ* | ex *Δ*] ab *Γ* 6 loco *om.* **BN** 7 *add.* **a** 10 paricidas homicidasque *Δ* (parricidas **AN**) 11 cruentantur *Δ* cruentatur **B** 13 pulsatos *Δ*] publicatos *Γ* | faciunt *Δ* 16 *add.* **A** 20 loco *post* XI. *pon.* *Γ* 21 sit *om.* **A** *post* horoscopo *pon.* **B** 24 in aequis *Γ* | in XII. loco sint ab hor. **G**] in XII. l. ab h. sint **A′** in XII. s. ab h. l. **B** sint in XII. ab h. l. *Δ* 27 efficiunt **A** faciunt **N**

locus Fortunae * * *. Si vero sit in horoscopo parti-
liter constitutus, et cum eo Mercurius aequis partium
societatibus iunctus, Saturnus vero et Mars in VII.
sint ab horoscopo ⟨loco⟩ positi, epilempticos faciunt
sed biothanatos. Si Luna in MC. partiliter fuerit col- 16
locata, et Mars sit partiliter in horoscopo positus,
Saturnus vero in Lunae sit anafora constitutus, bio-
thanatos efficiunt. Sed et si Luna cum Mercurio in
VIII. ab horoscopo loco fuerit inventa, et Mars cum
Saturno aut in V. aut in XII. ab horoscopo loco sit
collocatus, biothanatos efficient. Sed et si Mars et
Saturnus quadrata se radiatione respexerint, Marte in
quolibet cardine constituto, et unus ex his Lunam aut
quadrata aut diametra radiatione respexerit, aut si
cum ea fuerit inventus, biothanatos efficient. Sed et 17
si Luna cum Marte in VIII. loco ab horoscopo fuerit
inventa, et Sol in VII., Saturnus vero in MC. aut in
quolibet cardine, biothanatos efficiet. Si Mars et Sa-
turnus in XI. ab horoscopo loco fuerint inventi, aut
si unus eorum in ipso sit loco positus, alius vero cum
Luna sit collocatus, aut eam quadrata radiatione re- *fol. 97r I*
spiciat, et Mercurius * * * aut Marti qualibet radiatione
iungatur, faciet insanos epilempticos biothanatos. Sed
hoc peius erit si Mars in XI. ab horoscopo loco fuerit
inventus, et Saturnus in V. Sed et si Sol in VIII. 18
ab horoscopo loco fuerit inventus, et Luna sit in MC.
partiliter collocata, et horoscopus aut locus Fortunae
in signo Solis sit, aut in signo Lunae, insanos bio-
thanatos efficiet. Si ⟨in⟩ cupidinis loco id est cupi-

1 *lac. stat.* ζ (si vero *del.* a) | in hor. sit Δ 2 aequibus **BGv** | partibus Γ 3 societatis **A** 4 *add.* **N** | epilenticos *codd.* 8 *et* 11 *et* 15 Sed et *om.* Δ 10 *aut* VI. *pro* V. *aut* XI. *pro* XII. κζ 15 eo Δ | faciet Γ 17 inventus Δ 18 et a] aut 20 loco sit Γ 22 Mercurius aut Mars aut Mercurio Δ Mercurio aut Marti Γ *lac. stat.* ζ (aut *del.* κ) 23 facit Δ | epilenticos *codd.* 24 loco ab hor. **A′G** 25 V. Γ] VI. Δ 26 et Luna *om.* Δ | in IMC. sit Δ 29 *add.* ζ | loco D^2] locus Γ locum Δ | id est cupid. *del.* κ | cupiditantium Γ

ditatum Mars et Saturnus pariter fuerint inventi, et sit ipse locus in aliquo geniturae cardine constitutus, Venerem vero hi quos diximus qualibet radiatione respexerint, gonorroicas mortes efficient; quod si et Lunam viderint, lunaticos faciunt; quod si et Mercurium viderint, in falso aut in adulterata pecunia deprehensos faciunt biothanatos interire. Quod si hos omnes sic collocatos Iuppiter respexerit, ex istis om-
19 nibus periculis liberantur. Si Mars et Saturnus in horoscopo fuerint inventi, et in anafora eorum Luna sit posita, vitiatis luminibus faciunt biothanatos interire. Sed et si Luna aut Sol in horoscopo fuerit, et Mars et Saturnus in anafora eorum, similiter faciunt vitiatis oculis biothanatos interire. Sed et si Luna cum Marte fuerit inventa in horoscopo, et Saturnus cum Sole in MC. fuerit constitutus, spasmos aut epilempsias aut insanias faciunt, et violentae mortis exitium. Sed et si Luna et Sol in cardinibus fuerint inventi, et cum ipsis luminibus Mars et Saturnus existant, aut in aliis sint cardinibus constituti, bio-
20 thanatos faciunt interire. Si Mars aut Saturnus in loco fortunae fuerint inventi, et in V. vel in XI. ab horoscopo loco synodus sit, biothanatam mortem efficiunt. Si Mars cum Luna in XII. ab horoscopo loco

1 pariter **N**] partiliter | fuerint partiliter ***Γ*** | inventi **BN**] iuncti **AG** inuncti **D** 3 Venus ***Δ*B** | hi **AG**] his **Bv** hos ***Δ*** | aliqua ***Δ*** | ratione **BG** 4 respexerit **B*Δ*** | gomorroicas **A** gomorraicas **N** haemorrhoicas **a** | efficiunt ***Δ*** | et *om.* ***Δ*B** 5 efficiunt ***Γ*** | si et **AG**] et si ***Δ*** si **B** 6 in *poster. om.* ***Δ*** | adultera **AG** ulterato **B** 8 ex] in **N** ab **B** 10 fuerit inventus in an. eor. sit pos. Luna ***Δ*** 12 Sed et *om.* ***Δ*** | aut ***Γ***] et ***Δ*** | fuerit **BGv**] fuerint **A** *om.* ***Δ*** | aut Mars **G** 13 faciunt **A**] faciet **N** facit **BD** *om.* **G** 14 Sed et *om.* ***Δ*** 15 inventa fuerit ***Δ*** | in horoscopo *om.* **AB** 16 IMC. ***Δ*** | epylempsias **G**] epilensias **A** epilentias **BN** epylensias **D** 18 Sed et *om.* ***Δ*** | Sol et Luna ***Δ*** 19 et ζ] aut | cum **N**] in | luminibus ***Δ***] dūubus **A** domibus **Bv** *om.* **G** 21 faciet ***Δ*** (biothanata hos faciunt morte interire **A**) | aut] et **Bv** 22 et ***Γ***] vel ***Δ*** 23 efficiunt ***Γ***] decernunt ***Δ***

fuerit constitutus, in II. vero ab horoscopo loco id est
in anafora Saturnus et Sol, biothanata morte facit in-
terire. Sed et frequenter in ipso ortu secti particu-
latim de matris visceribus proferentur, praesertim si
in isdem partibus omnes fuerint inventi. Si Luna in 21
MC. vel in IMC. fuerit inventa, alia vero malivola *fol. 97r II*
stella in alio cardine sit constituta, et alia malivola
stella Lunam diametra radiatione respiciat, aut si horo-
scopum similiter †attendat, aut si in V. aut in XI.
ab horoscopo loco fuerit inventa, biothanatos efficiunt.
Aut enim praecipitantur qui sic nati fuerint, aut ipsi
sibi inferent mortem. Sed et secundum naturam ⟨eius
stellae quae in contrario est, et secundum naturam⟩
signi, mortium conpletur diversitas. Si Luna in VIII. 22
ab horoscopo loco fuerit inventa, Mars vero in domo
sua positus, in horoscopo sit partiliter constitutus, et
cum ipso Venus et Mercurius et Sol omnes aequis vel
vicinis partibus iuncti, Lunae vero coniunctionem par-
tiliter aut Mars aut Saturnus excipiat, lacerati fera-
rum morsibus interibunt. Si Luna minuta luminibus
in VIII. ab horoscopo loco fuerit inventa, ⟨et eam
Saturnus qualibet radiatione respiciat, aut si cum ipsa
fuerit inventus,⟩ biothanatos faciet, sed tales qui undis
submersi miserum incurrant mortis exitium.

Si Luna in occasu fuerit inventa, Saturnus vero in 23
VI. ab horoscopo loco, vel locus Fortunae in Saturni
domo sit vel Lunae, dysentericos faciunt interire. Si
Luna in horoscopo fuerit inventa, Saturnus vero cum

1 loco *om.* Δ B 2 Saturni **A G** | faciet **D G** faciunt **B** 3 sed et G] sed **B D N** et **A** | secti et ipsi Δ 4 proferuntur Δ 5 in *om.* Γ | isdem partibus ϰσ] isdem partes Γ easdem partes Δ (eadem parte ζ) 7 inventa vel constituta **A G** inventa **B** 8 stella Γ] stella in **D** in **N** 9 attendat] accedat (⟨ad⟩ hor.) a attingat ϰ teneat ζ 12 inferent **A B**] inferet **G** v inferunt Δ | et *om.* Δ | *add.* **N** 14 IX. Δ 17 et . . . et ζ] aut . . . vel 19 excipiant **G** excipiet **B** 21 *add.* **N** 27 dysentericos *variis modis depravatum in libris* | faciet Δ facit **B**

Mercurio in VII. sit ab horoscopo loco constitutus, stultos lentos fatuos caducos efficiunt. Sed et si his sic ordinatis in aliquo cardine Mars fuerit inventus,
24 fatuos caducos sed biothanatos efficiunt. Si Saturnus in III. vel in IX. ab horoscopo loco fuerit inventus, et eum Mars quadrata radiatione respiciat, magnis
fol. 97v I rebus vel magnis actibus facient praepositos, sed patrimonium quodcumque ab ipsis collectum fuerit dissipatur. Habebunt etiam maximas valitudines, et multis malis in peregrinis constituti locis obligantur; quorundam parentes patresque debilitant, aut certe faciunt biothanatos interire. Si vero Mercurius cum uno ipsorum fuerit inventus, et Luna aut cum ipsis sit, aut eos quadrata vel diametra radiatione respiciat, sacrilegos spoliatores templorum latronum duces ho-
25 micidas sed mala faciet morte pereuntes. Si Sol et Saturnus et Mercurius in MC. fuerint inventi, accusationis pericula ex absconditis litteris faciunt inferri, aut ex falsatis publicis litteris, aut ex adulteratis pecuniis. Si vero hos Mars quadrata aut diametra radiatione respexerit, aut si cum ipsis fuerit inventus, latrones homicidas, exules tamen fugitivosque perficient.
26 Si vero his sic ordinatis Iuppiter in alio cardine fuerit inventus, post tempus ex istis calamitatibus liberati, ad magnae potestatis gratiam transferentur. Si vero Luna sic his omnibus positis, aut in cardine aliquo aut in anaforis vel in epicataforis fuerit inventa, post
27 haec omnia biothanata morte morientur. Si Mercurius et Saturnus in VI. vel in XII. ab horoscopo loco

1 sit *om.* **D** | constitutus] fuerit inventus *Δ* 2 efficient *Δ* | Sed si *Δ***B** 3 Mars in (in *om.* **BGN**) aliquo cardine *Δ* 5 vel in IX. *Γ*] vel IX. **N** vel VIII. **D** | loco ab horoscopo **AG** 7 matrimonium *corr.* **Bv** 8 coll. ab ipsis fuerit **AG** 9 etiam *Γ*] dicte *Δ* 10 locis constituti **A′B** | quorundam ⟨etiam⟩ ζ 11 matresque *vel* patresve σ 14 eos *hic* **a**: *post* respiciat **A′G** (*om.* **B**), *post* radiatione *Δ* 17 accusationes *corr.* ϰσ 18 litteris **AD²G**] latebris **BD¹v** lateribus **N** 23 aliquo **A** 26 sic his **AG**] his **B** hic sic **D** sic **N** 27 vel in epicataforis *om.* *Δ*

fuerint constituti, inefficacibus et miseris rationibus praeponentur, sed hos eosdem faciunt in omnibus tardos semper et languidos. Si vero hos Mars quadrata vel diametra radiatione respexerit, sceleratos latrones periuros delatores et suorum proditores effi- *fol. 97v II*
ciunt. Quidam vero propter servos vel propter damnatos homines periculis vel custodiis traduntur, praesertim si Lunam Mars qualibet radiatione respexerit.
Si Saturnus in VIII. ab horoscopo loco fuerit inven- 28
tus, aut in anafora horoscopi fuerit constitutus, Luna vero in anaforis vel in epicataforis sit constituta, et Mars in VII. ab horoscopo ⟨loco⟩ inveniatur, erunt ab omni religionum cura sepositi. Si vero sic his omnibus ordinatis Saturnus et Luna in quadratis eorum vel in diametris locis fuerint inventi, spoliatores templorum efficiunt, sed qui ob hoc publica morte plectantur. Quodsi his sic ordinatis Iuppiter et Venus cum ipsis fuerint inventi, sacerdotes profetas neocoros efficiunt, sed et ipsos biothanata morte pereuntes. Si 29
Luna cum Marte in occasu fuerit inventa, ita ut Mars praecedat in partibus, Saturnus vero et Mercurius in IMC. sint pariter constituti, biothanatos efficiunt. Sed et mors pro signorum natura cognoscitur. In tropicis vel in aquosis signis constituti, aut hydropicos perimunt, aut undis faciunt fluminibusque submergi. In duplicibus vero signis aut in solidis sic sicut diximus positi, epilempticos faciunt, sed biothanata morte pereuntes. Si vero hos Iuppiter et Venus ex aliqua parte respexerint, discrimen praecedentis infortunii mitigatur.

1 constituti Γ] inventi Δ 4 respexerit] respiciat **A** viderit **N** 12 *add.* **A** | erunt ab Δ**B**] et ab ab **A** et ab **G** 13 sic his omnibus ζ] his sic **AB** sic omnibus Δ his sic omnibus **G** 15 fuerint locis Δ 16 efficient Δ**G** 22 partiliter **AB** 23 et *om.* Δ 24 ydropicos Δ**B** 26 signis *post* solidis Δ *post* aut in **B** 27 epilenticos *codd.*

XXIV.

1 [De damnatis.] Si locus necessitatis in domo
Mercurii fuerit inventus, Luna vero in domo Saturni
vel Martis fuerit inventa, Mercurium vero Mars aut
Saturnus quadrata aut diametra radiatione respiciant,
aut cum ipso in aliquo cardine fuerint collocati, aut
si in anaforis vel in epicataforis cardinum, aut si in
horoscopo vel in loco Fortunae vel in loco necessi-
tatis fuerint constituti, faciunt quolibet genere dam-
fol. 98r I nari. Si vero locus necessitatis in domo Mercurii vel
2 in domo Lunae fuerit inventus, aut in domo Martis
aut in domo Saturni, et sit in aliquo geniturae car-
dine locus ipse partiliter constitutus, et ex his omni-
bus stellis quarum mentionem fecimus aliqua in ana-
foris vel in epicataforis fuerit inventa, simili facient
ratione damnari. Damnationes sunt autem metalli
3 operis publici exilii et ludi. Sed et si locus necessi-
tatis in earum stellarum quarum diximus domibus
fuerit inventus, ⟨et⟩ quaedam ex ipsis in anaforis vel
in epicataforis fuerint, aliae vero in cardinibus ex-
istant, iustae faciunt damnationis discrimen inponi. Si
vero his omnibus sic ut diximus ordinatis, Iuppiter in
MC. constitutus malivolas stellas prospera radiatione
conveniat, omnium damnationum discrimina mitigabit.
Tunc enim post certum temporis spatium ex prae-
dictis damnationibus liberati, imperatoris iudicio et
dignitatibus suis restituentur et patriae. Si vero his
omnibus Iovis fuerit testimonium denegatum, iuste
4 damnatos severae animadversioni facient subiugari. Si
dominus eius signi in quo locus necessitatis fuerit in-

2 *lemma om.* **BN** 4 Mercurius *Γ* 5 radiat. resp. aut diametra *Δ* 6 ipso sic fuerint in aliquo cardine *Δ* 8 vel loco fortunae *Δ* 10 domo ζ] loco 17 et ludi *om.* *Δ* | sed et si ζ] sed si **B** sed et *cet.* 19 *add.* **a** 20 fuerit **A'B** 22 ⟨sic⟩ sicut σ 23 constitutas *Δ***B** 26 et *Γ*] in *Δ* 29 severa animadversione *Δ***G**

ventus, in Martis vel in Saturni vel in domo Mercurii
constitutus in horoscopo sit vel in loco necessitatis
collocatus, damnari perficiet. Sed et si locus necessi-
tatis ipse cum domino suo in praedictis fuerit ⟨locis⟩
constitutus, damnari perficiet. Si locus necessitatis in 5
Mercurii domo fuerit inventus, et Mercurius sit in
aliquo cardine constitutus, Mars vero et Saturnus in
anaforis sint cardinum vel in epicataforis positi, dam-
nari perficient. Si vero his omnibus sic sicut dixi-
mus ordinatis, Luna aut in cardinibus aut in anaforis
aut in epicataforis cardinum fuerit inventa, damnati
biothanata morte morientur. Si locus necessitatis in 6
Mercurii domo similiter fuerit inventus, et Mercurius
[et Mars] in Saturni positus domo vel in anaforis
vel in epicataforis cardinum fuerit inventus, Marte et *fol. 98r II*
Saturno in cardinibus partiliter constitutis, et alieno
ab his Iove existente, iustae damnationis et cum om-
nium voluntate sententia proferetur. Si in loco For- 7
tunae locus necessitatis ceciderit, aut dominus loci
Fortunae in loco necessitatis fuerit inventus, aut do-
minus ⟨loci⟩ necessitatis in loco Fortunae fuerit con-
stitutus, iustae damnationis facient sententiam promi.

XXV.

[De eunuchis et de hermaphroditis.] Si Sol 1
et Luna in femininis ⟨signis⟩ fuerint inventi, aut simul
positi, aut in diversis locis collocati, et Venus in femi-
nino signo constituta in aliquo sit cardine, Luna vero

1 Marte ... Saturno Γ | vel in *prius* Γ] aut Δ | Mercurii domo Δ 4 et dominus suus **A′** (*om.* **B**) | *add.* **a** 8 anaphora cardinum positi vel in epicataphoris Δ 9 sic *om.* **BN** 11 aut in epicataphoris *om.* **A** *post* cardinum *pon.* **B** 12 in biothanata Δ 14 *del.* ζ (partiliter σ) | vel *ante* in Saturni *pon.* Δ (*om.* **B**) 16 partiliter in cardinibus Δ | et Δ**B**] in **A′G** 17 et *om.* **D**, *post* voluntate *pon.* **N** | omnium **GN**] omnibus **B** omni **A′D** 18 in *om.* **AG** 21 *add.* ζ 22 faciunt Δ 24 de *alt. om.* Δ (*lemma om.* **B**) 25 *add.* **B**

et Mars in quocumque cardine partiliter ⟨fuerint⟩
collocati, aut eunuchos aut hermaphroditos facient. Si
vero Sol et Luna eadem qua diximus ratione in mascu-
linis signis fuerint collocati, et si Venus in masculino
signo sit posita, et sit mulieris ista genitura, nascentur
mulieres quae virili animo succinctae in modum viro-
2 rum cum mulieribus coire desiderent. Si Venus in
Mercurii domo fuerit inventa, et Mercurius in Veneris,
aut si hoc idem in finibus suis fecerint, Luna vero in
Virgine aut in Capricorno aut in Tauro aut in Leone
sit posita, ceterae vero masculinae stellae in femininis
sint signis, femininae vero in masculinis, biformes her-
maphroditique nascentur.

3 [De inpuris.] Si Mercurius et Venus pariter in
XIX. parte Arietis sint positi, inpuros ore perficiunt.
Sed et si Venus et Luna cuiuscumque signi XXX.
tenuerint partem, et per quadratum se diametrumque
respiciant, haec eadem vitia latenter exerceri perficient.
Si vero domini eorum signorum in quibus Luna et
Venus XXX. possident partem, haec eadem signa qua-
libet radiatione respexerint, haec eadem vitia sine cura
pudoris publice exercebunt.

fol. 98v I [De sterilibus et cinaedis.] Si Mars et Venus
4 in matutino ortu collocati in masculino signo simul
fuerint positi, mulieres viragines sterilesque perficiunt.
In virorum vero genituris si in femininis signis in
vespertino ortu simul fuerint collocati, et eos Saturnus
qualibet radiatione respexerit, cinaedos efficient, tem-
plorum cantibus servientes. Si vero in Ariete vel in
Capricorno stellarum fuerit ista coniunctio, haec ⟨eadem⟩

1 *add.* a 2 hermofroditos *hic* **ABN** *et* 269, 24 *et l.* 12 **N** 3 radiatione **ΔG** 5 miscentur **Δ** 6 succincte **AD**[2]] succinctam 9 vero idem in **Δ** 10 in *ante* Capricorno *om.* **Δ** 12 feminae **A′B** 15 parte *om.* **Δ** 16 Sed et *om.* **Δ** 17 tenuerit **AD** 18 respicient **A′G** 20 possident partem **B**] partem possident per **N** possident per **A′DG** 21 radiatione **B**] ratione 28 efficiunt **Δ** 29 in *alt. om.* **Δ** 30 inventa fuerit coniunctio **Δ** | *add.* σ ⟨fortiora⟩ haec κ

libidinum vitia decernuntur. Sed et si Venerem ***
diametra vel quadrata radiatione respexerit, et omnibus
illis Iovis testimonium denegetur, in femininis quidem
⟨genituris⟩ † mali post dici pronuntia, in virorum vero
genituris gallos abscisos dicito et cinaedos. Si Luna 5
Saturnum diametra radiatione respiciat, Mars vero ita
sit positus ut hos de quadrato Venerem vero de dia-
metro videat, et omnes hi quattuor conmutatis suis
domibus existant, mulieres quidem steriles viraginesque
perficiunt, masculos autem cinaedos. Sed et si Satur-
nus cum Luna in uno signo positus in eadem signi
parte fuerit collocatus, cinaedos efficiet. Luna quoque 6
et Venus in eadem parte positae cinaedos efficiunt;
Venus quoque et Sol in VIII. ab horoscopo loco
positi cinaedos efficiunt. Sed et si Mercurius et
Venus in malivolarum stellarum sint domibus collo-
cati, Mars vero sit et Saturnus in Veneris domo, hoc
idem simili ratione perficiunt. Sed ut hoc partili 7
possis ratione colligere, breviter ostendam. Conputa
a Luna ad Venerem, et tantundem ab horoscopo. Si
in feminino signo numerus ceciderit, et Luna sit in
feminino signo constituta ⟨a⟩ XXV. usque ad XXX.
partem, masculos cinaedos invenies, sed qui hoc vitium
latenter exerceant, feminas vero simili ratione meretri-
ces. Sed existente praecedente numero a Venere ad 8
Lunam conputa, et tantundem ab horoscopo, et si
numerus in feminino signo ceciderit, dic viros in istis

1 decernuntur. Considera etiam si Venus quadrata vel diametra Δ | *excidit* Saturnus *vel* Mars κ 2 respexerint **AG** 3 denegatur **AB** 4 *add.* ζ | mali post dici] mastropos nasci σ (nasci *et* κ) | pronuntiat **A** pronuntiant **Gv** 5 abscissos Δ | dicito σ] digito 7 Venus Δ 8 commutati Γ 10 masculos (-linos **B**) autem Γ] viros vero Δ 11 signi *om.* Γ 18 haec possis partili **A′B** 22 XXV. usque ad XXX. sit per masculos *add. et corr.* ζ (*post* a *quae* a parte XXV. usque ad XXX.) 26 et *alt. om.* Δ | si numerus a] signum eius **G** si signum eius *cet. codd.*

fol. 98v II libidinibus esse detectos. Hoc idem et in mulieribus
pronuntiabis. Et si duobus numeris sic sicut diximus
constitutis, Luna et Venus in femininis signis positae
et in novissimis sint signorum partibus collocatae,
praecedentibus [viris] numeris in femininis inventis
9 signis, has infamias cum publica nota perficiunt. Si
vero non fuerit Venus cum Luna, sed ⟨in⟩ vespertino
ortu constituta, et in feminini signi novissimis parti-
bus collocata, Lunam in novissimis signi partibus
positam quadrata radiatione respexerit, masculos cinae-
dos, mulieres meretrices efficiet, sed qui has libidines
latenter semper exerceant. Si vero ex praecedenti
numero feminina inveneris signa, et his sic ut dixi-
mus existentibus, Saturnus in feminino signo consti-
tutus Lunam vel Venerem quadrata radiatione respe-
10 xerit, faciet deformes pauperes cinaedos. Si vero
omnibus sic ut diximus ordinatis, Mars cum Saturno
fuerit inventus, gallos faciet abscisos. Si vero his sic
ut diximus ordinatis, et utroque numero partili ratione
collecto, Venus in novissimis partibus constituta Sa-
turnum Martemque respiciat, cinaedos felices efficiet,
quibus templorum officia credantur, aut nobiles mulie-
11 res meretricum faciet vitiis inplicari. Si Mars et
Mercurius et Venus et Luna in tropicis signis aut
simul fuerint, aut quadrata se radiatione respiciant,
meretrices efficiunt, sed studia earum ex signorum
varietate mutantur. Si enim in femininis signis sicut
diximus fuerint, meretrices efficiunt, si vero in mascu-
12 linis viragines. Si Luna cum Marte et Venere in

1 detectos Δ] ded^{t}ectos **A** deiectos **BG** 2 Sed et si ζ | sic *om.* Δ**B** 4 et in *om.* Δ in *om.* **B** 5 *del.* ζ (utrisque σ) | numeris **AD**] numerus | in *om.* Δ 7 *add.* **a** 8 femininis signis *corr.* **a** 9 collocata **B**] collocatam | signorum Δ 10 masculinos Δ**G** 14 constitutus *om.* Δ 15 Lunam **B**v] Luna | Venus Δ**A** 17 ⟨his⟩ omnibus ζ 21 faciet Δ 24 Mercurius Venus **A′D** | aut *om.* Δ 25 se *om.* Δ 26 eorum *corr.* **a** 27 enim] autem *sive* vero σ.

horoscopo fuerit inventa, et Sol sit in XII. ab horo-
scopo loco positus, horoscopum vero Saturnus qua-
drata vel diametra radiatione respiciat, gallos faciet
abscisos cinaedos, sed tunc si omnibus desit Iovis testi-
monium. Si Venus et Saturnus aut simul fuerint, aut
quadrata se radiatione respexerint, aut sint radiis
Solis absconsi, et ⟨sit⟩ Luna in femininis signis po-
sita, horoscopo in feminino signo collocato, latentes *fol. 99r I*
cinaedos efficiunt. Si vero Saturnus et Venus in matu- 13
tino ortu fuerint collocati, faciunt in ista libidinum
labe publicari. Si vero Mars in vespertino ortu posi-
tus, quadrata illos vel diametra radiatione respexerit,
publicos cinaedos efficiet. Si vero his sic omnibus
sicut diximus ordinatis, Mars in cardinibus fuerit in-
ventus, gallos faciet abscisos. Si vero fuerit feminina
genitura, et hae omnes stellae sic sicut diximus in
masculinis signis fuerint collocatae, libidinosam vira-
ginem faciunt. Generaliter sane si Luna et Sol et 14
horoscopus in Capricorno vel in Ariete vel in Tauro
vel in Leone fuerint, ita ut in facie eorundem signo-
rum sint aut in dorso, omnium libidinum inpuritates
cum extrema corporis effeminatione decernunt. In
omni genitura si Luna in cauda Leonis fuerit inventa,
cinaedos efficiet, matris deorum tympanis servientes.
Si vero in facie Leonis vel in facie Capricorni vel in
facie Arietis vel in facie Tauri fuerit inventa, et fe-
minas et viros ad omnia inpuritatis vitia praecipitat.

2 horoscopus vero Saturnum *Γ* 4 abscissos *Δ* 5 et] aut **AD** 6 aut sint ς] aut sub *Δ* a **B** *om.* **A′G** 7 absconsi **A**] absconsis **Gv** absconsos **B** absconso *Δ* | et Luna **A′G**] vero et Luna **B** Luna vero *Δ* | *add.* **a** | posita **v**] positi **AG** posite **B** positis *Δ* 9 matutino *Γ*] feminino *Δ* 11 vero *om.* *Δ* 13 sic his *praestat* 15 abscissos *Δ* 16 sic *om.* *Δ***B** 17 masculino signo *Δ* | fuerint *om.* **AB** *ante* in *pon.* **Gv** | viraginem **Ga**] virginem 18 et Sol et *om.* **D** Sol et Luna **N** 20 facie **Bv**] faciem | sint eorundem signorum *Δ* 23 si *post* Leonis *pon.* *Δ* *om.* **B** 24 matri ς | tympanis (*possis et* cymbalis) ς] cyppahapis *Γ* tympana **N** timpana **D** | servientes] pulsantes **N** 27 praecipitant **AN**

15 Si vero in his signis Lunam constitutam Saturnus et Venus simul positi, in VII. scilicet geniturae loco, quadrata radiatione respexerint, cinaedos efficiunt. Si vero his se Mars qualibet radiatione coniunxerit, publicos reddunt cinaedos. Venerem quoque in Tauro vel in Leone vel in Virgine vel in Capricorno ⟨positam⟩ si Mars et Saturnus qualibet radiatione respexerint, 16 cinaedos simili ratione perficient. Si in nocturna genitura Luna in XII. vel in VI. ab horoscopo loco fuerit inventa, in diurna vero Sol in iisdem locis fuerit collocatus, et sit quidem Luna in nocturna in finibus Veneris, Sol vero in diurna in finibus Veneris positus, Venus ⟨vero⟩ in VII. ab horoscopo loco aut in IMC. *fol. 99ʳ II* constituta in suis finibus, cinaedi nascuntur. Quodsi hos sic ut diximus ⟨ordinatos⟩ Mars quadrata vel diametra radiatione respexerit, gallos faciet abscisos. In omnibus tamen testimonium Iovis quaere; nam si fuerit, haec vitia ex parte aliqua aut mitigantur aut celantur.

17 [De eunuchis.] Si Luna in sterilibus signis fuerit inventa, et cum ea sit Saturnus partiliter collocatus, Venus vero hos qualibet radiatione respexerit, sit autem Saturnus in finibus Veneris, et Venus in finibus Saturni, nec Lunam Iuppiter aliqua radiatione respiciat, eunuchi fient. Si vero in terrenis signis Luna cum Saturno sic fuerit sicut diximus, Venus vero cum Saturno commutaverit fines, et absit similiter testimonium Iovis, [coitus] fient eunuchi, sed qui cum mulieribus coeant.

2 geniturae scilicet loco **A** scilicet *et* loco *om.* **B** 3 efficient **AB** 5 K (*i. e.* kaput?) *ante* Venerem *hab. omnes libri* | Venerem ζ] venere **A** invenire **B** *mg.* venus **G** ven **Δ** | vel *ter* ζ] et 6 *add.* ζ 7 respexerint **Bv**] respexerit 13 *add.* ζ (autem **a**) | VI. **Δ** 15 *add.* **A** 16 abscissos hominibus tamen **Δ** 17 fuerit **A**] fuerint (adfuerit ϰ) 19 *lemma om.* **ΔB** | in *om.* **Δ** 20 pariter **BD** 22 sit **Δ**] si **Γ** 26 absit ζ] abscisi **AG** abscisis **B** abscissi **Δ** adsit **a** 27 *del.* *ϰσ ut e marg. illatum* | eunuchi fient et absconsi (abscisi **a**) coitus **Δ** 28 coeunt **Γ**

[De cinaedis investigandis.] Nunc tibi locum 18
libidinum intimabo partiliter, ut omnium libidinum
vitia veris possis rationibus invenire. Conputa a Luna
usque ad Saturnum, et quantuscumque numerus si-
gnorum fuerit inventus, tantum rursus ab horoscopo
conputa, et in quocumque signo novissimus venerit
numerus, ipsum tibi signum vitiorum ac libidinum
locum monstrat. Si itaque signum femininum fuerit 19
in quo libidinis locus partiliter ceciderit, et malivola
stella hunc eundem locum vel quadrata vel diametra
radiatione respexerit, Venus vero sit in aliquo cardine
collocata, cinaedi nascentur sed latentes. Si vero locus
libidinum partili ratione collectus, in deiectis ab horo-
scopo locis fuerit inventus, in signo feminino, omni
faciet inpuritatis labe pollutos. Si vero hoc loco sic
sicut diximus constituto, Luna aut in primis partibus *fol. 99v I*
Piscium aut Capricorni aut Leonis fuerit, aut in Tauri
novissimis, inpuris faciet libidinum vitiis inplicari. Si 20
vero loco libidinum in deiectis locis constituto et
malivolarum stellarum testimoniis pulsato, in deiectis
ab horoscopo locis Sol et Luna vel in malivolarum
stellarum signis vel in humilitatibus suis fuerint in-
venti, cinaedos publicos faciunt, omnium libidinum
inpuris vitiis inplicatos. Fortius autem haec convales-
cunt, si libidinis locus aut in Capricorno fuerit aut in
Ariete aut in Tauro. Si Venus domina genitura 21
fuerit inventa, et habens dominium cum Marte ⟨sit⟩
pariter collocata, in feminino scilicet signo et in de-
iectis ab horoscopo locis, Saturnus vero in masculino

1 *lemma om.* **BD** *aliud hab.* **N** 2 omnia **N** 4 numerus signorum fuerit **AG**] fuerit numerus **Δ** signorum fuerit **B** 6 in *om.* **DG** 10 vel *prius om.* **Γ** 13 collectus **N**] collocatus 15 loco constituta sicut diximus **Δ** 16 constituta *et* **Γ** *corr.* ζ 17 Piscium Capricorni **Δ** 19 locus **Δ** locos **AG** loc **B** *corr.* **v** | constituti locis **ΔB** | constitutos **Γ** *corr.* **v** | et in **ΔB** 20 pulsatos *corr.* **a** 21 locis **a**] his (locis his **v**) 22 stellarum *om.* **Δ** 26 aut in Tauro *hoc loco* **N**] *ante* fuerit *pon.* **Γ** *om.* **D** 27 *add.* **a** 28 scilicet *om.* **AB**

signo positus, horoscopum quidem ⟨de⟩ trigono, * * * vero de quadrato respexerit, in suis signis vel in suis partibus collocatus, et Luna sit in deiectis locis posita, cinaedi nascentur. Si Luna Venus Mars et Saturnus in femininis sint signis collocati, in deiectis scilicet ab horoscopo locis, et sint aut simul ⟨positi⟩ aut quadrati, publicos cinaedos efficiunt. Si vero unus ex his omnibus bene fuerit collocatus, faciet homines
22 latenter haec vitia exercentes. Si Venus et Saturnus in feminino signo constituti, in VII. sint ab horoscopo loco positi, Sol vero et Iuppiter et Luna et Mars in deiectis sint ab horoscopo locis positi, sine dubitatione cinaedos efficiunt. Si vero his omnibus sic sicut diximus constitutis, Iuppiter solus in primis cardinibus fuerit constitutus, cinaedos quidem efficiunt, sed in maxima honorum gloria constitutos, et quibus regalium munerum officia credantur. Si vero sic his omnibus sicut diximus positis, Luna in primis cardinibus fuerit
23 inventa, cinaedos divites faciet. Venus ⟨et⟩ Mars in tropicis signis positi, si se quadrata vel diametra
fol. 99v II radiatione respexerint, in femininis scilicet signis, cinaedos efficiunt, sed qui latenter his vitiis inplicentur. Si vero in statione constituti sine testimonio Iovis haec quae diximus possederint signa, mulieres quidem meretrices prostitutas, viros vero publicos cinaedos efficiunt.

1 signo *om.* Δ | horoscopum ζ] horum | *add.* ζ | trigonos *corr.* ζ 2 vero *om.* Δ**B** | respicit Δ 4 et Mars **AB** 5 sint signis Δ] signis fuerint **A′G** signis sint **B** 6 *add.* ζ 7 cinaedos publicos faciunt Δ | vero vel unus collocatus Venus ex his o. b. f. collocata **N** vero Venus ex h. o. b. f. collocata **D** 12 loco positis Δ 13 sic *om.* Δ**B** 15 in **B**] si in **G** si Δ (cinaedos — 16 constitutos *om.* **A**) 16 constitutus *corr.* ζ | quibus a] quidem **AG** quidam **B** cui Δ 17 sic *om.* Δ, his *om.* **B** 19 *add.* **B** 20 positis Δ 21 feminis **AN** (feminino signo **B**) | signis positi **A** 22 in his Δ

XXVI.

[De expertis litterarum.] Si Mercurius et Sol 1 simul fuerint collocati, ut in uno signo positi aequata partium societate iungantur, nec eos Luna aliqua radiatione respiciat, aut certe non sit in horoscopo constituta, expertos faciet litterarum.

[De famosis gladiatoribus.] Iuppiter in fini- 2 bus Martis positus in quocumque signo, et Mars in finibus Iovis, si in cardinibus collocati quadrata se vel diametra radiatione respexerint, et in diurna genitura Sol sit in deiectis ab horoscopo locis, Luna vero in nocturna genitura, famosi gladiatores nascentur.

[De athletis.] Si Mars in finibus Mercurii fuerit 3 inventus, in quocumque scilicet signo, et Mercurius similiter in Martis,. Venus vero hos ambos qualibet radiatione respiciat, athletae nascentur. Si vero in cardinibus fuerint collocati, athletae nascentur in omni certaminum conflictatione victores. Si vero Mercurio et Marti testimonium defuerit Veneris, oplomachi nascentur, aut palaestrae aut athletarum magistri, sed qui numquam certaminibus se committant. Si vero 4 Marte in finibus Mercurii constituto, et Mercurio rursus in Martis, Iovis et Veneris testimonium qualibet ra- *fol. 100r 1* diationis societate conferatur, pyctae erunt, † inventus, et si ei sola Venus testimonium conmodet, cursores efficiet. Sed haec fortius convalescunt, si locus Fortunae et locus actus in cardine inventus praecedenti stellarum societati iungatur.

1 De expertis **A** de expartis **G** Expertes **N** *lemma om.* **BD** 6 expertes **Δ** 7 *lemma om.* **BD** Gladiatores **N** 12 genitura *om.* **ΔB** 13 *lemma om.* **BD** Athletae **N** 17 omnium **N** 18 Mercurii et Martis **Γ** 19 Veneris **ΔG**] veri **A** veneri **B** | oplomat **A** oplomaci **G** oplomatici **Δ** 20 palaestritae **a** 21 se certaminibus **Δ** (se *om.* **B**) 22 Marti σ | Mercurius **Γ** 23 Marte **AB** 24 conferatur] iungatur **N** | pycte **AG**] pictor **Δ** pictores **B** | erunt **AB**] erint **G** erit **Δ** | vigentes ϰ | et si ei **B**] et ei **AG** si ei **Δ** (sed si eis *nos*) 27 acti *corr.* **a**

5 [De causidicis oratoribus.] Si Mercurius in finibus suis fuerit inventus, aut in Martis, et sit in deiectis locis constitutus, et eum Mars in domo Mercurii vel in finibus eius collocatus qualibet radiatione respexerit, causidicos oratores efficient. Si vero sic Mercurius sicut diximus positus, in diurna genitura non sit in deiectis locis, et eum Mars in cardinibus positus, in his in quibus diximus partibus, prospera radiatione respexerit, magnos oratores famososque perficiet.

6 [De medicis.] Si Mars et Venus partiliter iuncti quadrata se radiatione respexerint, inspicientes locum in quo actus fuerit inventus, medici nascentur. Si vero mutaverint fines suos, sit autem Mars in finibus Veneris, et Venus in finibus Martis, et his prosperum Mercurii testimonium accedat, ingeniosi medici nascentur. Si vero non sit illis Mercurius adiunctus, coqui nascentur.

7 [De musicis.] Si Mercurius cum Venere constitutus, sive per noctem sive per diem, aut in suis aut in Veneris finibus fuerit inventus, musicos faciet organa dulci modulatione tractantes. Sed et si non fuerint
fol. 100r II simul positi, et sit Mercurius quidem in finibus Veneris, Venus vero in finibus Mercurii, hoc idem simili ratione perficient. Si vero Venus in finibus Mercurii fuerit, et Mercurius in alieno signo vel in alienis fuerit partibus collocatus, habebunt quidem musicae sonum vocis, sed erunt ignobili quadam humilitate proiecti.

8 In omnibus autem partibus quaere Fortunae lo-

1 *lemma om.* **BD** (⟨et⟩ oratoribus σ) Advocati et oratores **N** 2 sint . . . constituti Δ 4 eius *del.* ζ 5 ⟨et⟩ oratores σ | efficient **Gv**] perficient vel efficient **A** perficient **BN** (causidicos — 6 sicut *om.* **D**) | sic **AN**] sit **BG** 8 signis vel partibus **N** 11 *lemma om.* **BD** Medici **N** | pariter inventi ζ 12 respicientes ϰ 14 suos *del.* ζ mutarint σ 19 *lemma om.* **BD** Musici **N** 21 finibus Veneris Δ**B** 24 *et* 25 *lege* Mercurî | fuerit, Mercurius vero Δ 26 partibus fuerit Δ 29 artibus ϰ actibus ζ

cum, deinde actus, † et locus in anafora Fortunae
invenietur. Cum itaque actus inveneris locum, vide
et dominus ipsius signi in quo sit loco constitutus.
Sed et dominus signi in quo Fortunae locus fuerit
inventus, simili ratione inspice, et vide quo sit etiam
ipse in loco constitutus, et cum hos diligenti ratione
inveneris, vide qui sit ex ipsis oportunius collocatus, id
est qui ipsorum sit in ipso signo positus; et si ambo in
uno loco fuerint inventi, vide qui magis oportunius
ceciderit. Si vero in loco Fortunae non fuerint, vide 9
ne in loco actus sint constituti, et ⟨si⟩ in hoc loco
simul fuerint inventi, vide qui oportunius ceciderit.
Si vero non fuerint in hoc loco, vide qui horoscopum
ex ipsis cardinali radiatione respiciat, et tunc ex hoc
tractatu artem poteris explicare. Si enim Venus sic 10
fuerit inventa, faciet pictores emplastratores aurifices
argentarios musicos, pro signorum scilicet varietate,
Iuppiter vero negotiatores agricolas feneratores naucle-
rosque perficiet, similiter etiam ipse pro signorum
varietate, Mars medicos tonsores et quorum ars aut
ex ferro substantiam habeat aut ex igni, Mercurius
qui officia canna vel lingua vel oratione pertractent,
Saturnus laboriosos urinatores naucleros, sed qui omni
infelicitatis genere deprimantur. Sed haec omnia sicut
frequenter diximus pro signorum varietate definies.
Ut autem scias an in decretis artibus perseverent, 11

1 et quis locus **a** act. qui loc. *σ* 2 invenietur *Δ*] invenitur **A** invenies **B** inveniatur **Gv** | inveneris veneris *Δ* 3 et *om.* *Γ* | dominum *Δ* *et l.* 4 5 simili modo *Δ* | etiam *Γ*] et *Δ* 6 hos *om.* *Δ* 7 oportunis *Δ***G** | locatus *Δ* 9 vide *om.* *Δ* | oportunus **DG** opportunis **N** 10 non sint **AG** 11 *add.* **a** 12 opportunis *Δ* opportunus **G** 14 ratione **AB** | respexerint *Δ* 16 inventa **BGN**] incerta **A′D** | emplastratores *ζ*] plastratos *cf. 311, 20* palaestricos *ϰ* 17 pro **A***Δ*] et **B** (*ex* ex) *om.* **Gv** 18 *et* 23 nauclerios *codd. praet.* **A** 19 similiter *om.* *Δ* 20 aut *om.* *Δ* 21 Mercurius qui **A**] mercuriusque **BG** mercativeque *Δ* 22 canna] causa **N** carmina **B** 24 sicuti *Δ* sequti **B**

fol. 100v brevi tibi ratione monstrabo. Vide in quo signo sit Mercurius positus, et inquire signi ipsius dominum, et cum inveneris quaere an bene sit collocatus. Si enim bene fuerit collocatus, permanent in artibus, et ex ipsis lucra maxima consequentur; si male, sine fructu artis suae tractantes officia laborabunt, et easdem artes deserunt fatigati.

12 Haec tibi Mavorti decus nostrum, partili explicavimus ratione collecta, ut omnia tibi secreta divinae istius artis mediocritas nostra manifestis interpretationibus intimaret. Sed his explicatis sermo totus ad expositionem S p h a e r a e B a r b a r i c a e transferatur.

2 inquires **A′G** 4 permanet ***Δ*G** 7 deseruntur ***Δ***
8 explicabimus **A** explicamus **G**

LIBER OCTAVUS.

I.

Nihil aliud in hac vitae brevitate laborandum no- *fol. 101r* I bis est Mavorti decus nostrum, nisi ut terreni corporis 1 labe purgata, et amputatis si fieri potest omnibus vitiis vel certe plurimis, incorruptam animi divinitatem et nulla scelerum contagione pollutam auctori nostro reddamus deo, ne divinae fabricationis inmemorem animum nostrum vitiosis libidinum laqueis inplicatum tamquam proiectum per praecipitia perdamus. Hoc 2 est enim quod per dies singulos terrenum corpus operatur, ut possit suum divinum spiritum et pravis cupiditatum voluptatibus occupatum et blanda sollicitatione deceptum caducae fragilitati suae semper adnectere, ut demersus animus et pessumdatus numquam originis suae possit invenire principia, sed in tenebras semper in caenumque proiectus maiestatis suae originem cum quibusdam dissimulationum trepidationibus erubescat. Nihil enim debemus cogitare terrenum, 3 praesertim cum sciamus fabricatorem nostrum deum ita nos divini artificii moderatione fecisse, ut recti corporis forma ab omni humilitatis deiectione seposita, nihil aliud primum patefacta oculorum acie nisi Solem Lunam stellas et horum omnium pulcherrimum atque

3 laborantes sumus dum **A** laborandum summe **v** 12 suum *suspectum* 13 sollicitudine **Δ** 14 fragilitati **BD**^{2}] fragilitatis | adnectare **AG** 16 tenebris *corr.* ζ *cl. de err. 47, 11* (caenoque *infra* **a**) 17 in *del.* ϰ 21 divini nos **BΔ** 22 et ab **BGD**^{2}**v** | sepositi σζ

4 inmortale domicilium, mundum scilicet videremus. Ce-
teras enim animantes ita natura conposuit, ut ad ter-
ram demersae et caduca quadam humilitate proiectae
et animo et corpore terrenis semper conversationibus
adhaererent, nos vero magna quadam necessitatis mo-
deratione perfecit, ut aliud sibi in nobis fragilitas cor-
poris aliud inmortalis animi divinitas vendicaret, scili-
cet ut corpus quod cum beluis videmur habere com-
mune, serviens animo divinitatis eius semper imperio
5 subiaceret. Considerantes igitur originis nostrae prin-
cipia et animum nostrum maiestatis suae praesidio
fol. 101r II roboratum, ita nos instruere debemus, ut animus per
semet ipsum numinis sui auctoritate conventus, dignum
aliquid auctore suo et cogitet semper et faciat, ut sic
institutus atque formatus, rectum atque incorruptum
inmortalitatis iter ad originem suam reversurus in-
veniat, nec errantibus gressibus ⟨et⟩ labentibus trepi-
dantibusque vestigiis, sempiternis erroribus ad terrenae
6 fragilitatis vitia revolvatur. Intuere itaque Mavorti
decus nostrum, patentibus oculis caelum, et pulcher-
rimam istam divini operis fabricam animus tuus semper
aspiciat. Tunc enim mens nostra maiestatis suae re-
cordatione formata, a pravis corporum illecebris libe-
ratur, et exuta mortalitatis incommodis, ad auctorem
suum festinato nititur gressu, nihilque aliud nisi res
divinas per omnia horarum momenta sagaci ac per-
7 vigili semper inquisitione perquirit. Dabunt itaque
nobis haec instituta quantulamcumque divinae scien-
tiae notionem, et ad originis nostrae secreta perducent.
Divinis enim semper disputationibus occupati, animum

3 huius (huis **A**) humilitate *Γ* 5 adhaererent **A′** (*cf. de err. ind.*)] adhaerent **B** adhaerescerent **G** adhaerescant **D** inhaerescant **N** 8 videmus **N** 9 semper *om.* **AB** 12 instituere **a** 14 aliquod **BDv** 17 nec **A′G**] ne *Δ* sic **B** | *add.* **a** 19 resolvatur *corr.* *ζ* 23 firmata *Haupt* *κ cl.* *283, 13* 24 mortalitatum *Δ* 27 perquirat *Δ***Bv** 29 perducunt **A** perducant **B**

nostrum caelestibus potestatibus adplicantes, et divinis
eum caerimoniis initiantes, ab omnibus pravarum cupi-
ditatum desideriis separamur. Quae res illud magno- 8
pere perficit, ut contemptis omnibus quae in rebus
humanis vel mala putantur esse vel prospera, animum
nostrum naturali virtute et auctoritate conpositum in-
corruptum origini suae inlibatumque reddamus. Nam
cum venientia didicerimus incommoda, inminentium
malorum metum, ex hoc quod ea ventura didicimus,
erecta mentis animositate contemnimus, nec denuntiata
malorum pericula perhorrescimus. Si ad haec exci- 9
pienda animus noster se maiestatis suae recordatione
formaverit, nec ⟨in⟩felicitatis capimur incommodis, nec
erigimur dignitatis insignibus, cum sciverimus totum
hoc nobis decreti pronuntiatione promissum. Sic pos-
sumus semper [in]stabili ratione conpositi nec infor-
tuniis opprimi nec felicitatis gaudio sublevari.

Quod itaque his libris superesse credo, hoc explicare 10
curabo. Nam aliud mihi tempus ad explicandam myrio- *fol. 101v I*
genesim reservavi. Nunc in initiis huius libri dice-
mus, quae signa se videant, ⟨quae se audiant, quae vero
nec videant nec audiant⟩. Totum enim hoc ad interpreta-
tionem Sphaerae Barbaricae pertinebit. Dicemus
etiam mensuras partium. Illud etiam addemus, quae par-
tes in quibus signorum corporibus requirantur, quid etiam
nonagesima pars operetur quae a Graecis eneneconta-

2 omnibus **B** (*qui deinde* pravis uxorum cupiditatum)] omnium 3 desiderio **D**² | separemur **BG** 9 quod **DG**] quo (*om.* **A**) 11 an. nost. ad h. excip. *Δ* | accipienda **N** 13 formaverit **N** *cf. supra 282, 23*] firmaverit | *add.* **A** | commodis **DG** | nec ζ] aut 15 et promissum *Δ* (*ex* esse pr.?) 16 *del.* **A** 21 signa se **Bv**] se signa *Δ***G** (*om.* **A**) | quae — vid. *add.* **N** nec aud. *add.* σ 23 spere **BN** fere **A**, *eosdem vel similes errores in ceteris quoque codicibus passim obvios non iam notabimus* 24 etiam *prius* **a**] enim | mensuras *Γ*] mensuram **D** mensurae **N** 25 requirantur] reperiantur **a** *at cf. 287, 16* | etiam *Γ*] et *Δ* 26 enenecontameris σ] enenecontameroidis **B** enenecontamoeros *vel-* meros *cett. codd.*

meris dicitur, ut sic omnibus explicatis Sphaeram Barbaricam facilius assequamur, et clararum stellarum efficacis licentiae potestatem.

II.

1 [De parte nonagesima]. Primum itaque de ene-
necontameride disputabo, id est de parte nonagesima.
Quae res plurimis incognita a paucis leviter videtur
esse tractata; nam et istum tractatum Petosiris sicut
mihi videtur invido voluit stridore celare. In omnibus
genituris nonagesima pars sagaci debet inquisitione
perquiri. Ex istis enim partibus exitus vitae mors
infortunia pericula felicitates, et tota substantia geni-
2 turae colligitur. Ab horoscopo itaque profectus per
cetera signa partem nonagesimam quaere, et cum hanc
inveneris partem, vide quo sit in signo posita, id est
an in benivolae stellae domicilio an ⟨in⟩ malivolae
reperiatur. Vide etiam dominus ipsius signi qualiter
sit in genitura positus; diligenter etiam intuere qua-
tenus benivolae ⟨stellae quatenus malivolae⟩ istam par-
3 tem respiciant. Singulae enim inspicientes istam par-
tem pro natura sua cuncta perficiunt, et si malivolae
stellae fuerint solae, pessum dabunt, si benivolae, ma-
xima decernunt felicitatis insignia, si et benivolae, pa-
riter et malivolae, id quod singulis decretum fuerit
temperatur. Quaere etiam pars ipsa in cuius sit do-

5 *lemma om.* **BD** Quod operetur nonaginta pars ab horoscopo distans **N** | enenecontameroidis **A'B** enenecontamoerosidis **G** euenecontamoeralis **N** enneacontameride **D²** *in ras.* 7 vid. lev. Δ 8 sicut Γ] ut Δ 9 invidio **G** invidie **N** | omnibus ⟨igitur⟩ σ 10 pars ⟨ab horoscopo et nonagesima a Luna totidem⟩ **N** 12 infelicitates σ 13 ab horoscopo *om.* **D¹** *post* itaque *ponit* **N** 14 partem *om.* Δ (nonagesimam *om.* **A**) 15 partem, vide σ] praevide **A'DN** p'vide **G** vide **B** 16 in *om.* Δ | *add.* σ 18 intueare Δ 19 *add.* σ 20 aspiciant Δ 22 stellae *om.* Δ | pessimum dabunt *corr.* a | *hucusque contulimus* **B** 23 si et **DG**] sed et **N** sed et si **A** 24 quod ⟨a⟩ ϰ 25 temperatur] mitigatur **N**

minio ac potestate, id est in cuius finibus, et dominus
partis quo sit in loco positus, et sic omnia ex natura
stellae et ex loci potestate perspicies. Omnia enim et
mala et prospera ⟨pro⟩ signi natura ⟨in quo nona-
gesima pars fuerit inventa, stellarum mixturae⟩ per-
ficiunt. Hoc idem quaeres similiter ex Luna, et pro- 4
fectus ab ea parte in qua Luna fuerit inventa, partem
nonagesimam quaeres. Omnia enim et in ista parte *fol. 101v II*
similibus rationibus colliges, id est quale sit signum,
qualis sit pars, qui et signi dominus et partis, quo et
domini [et quo] in loco vel in quibus signis sint col-
locati, partem ipsam qua malivolae, qua etiam beni-
volae radiatione respiciant. Et si crescat Luna vide 5
istam partem quatenus Mars Saturnusve respiciat, et si
deficiat similiter. Omnia enim pro naturae suae pote-
state perficiunt, si nonagesimam partem aut malivolae
stellae minaci radiatione respexerint, aut benivolae pro-
spero testimonio sublevarint. Sic invenies exitum mor-
tis, sic ordinem vitae, sic totam geniturae substantiam.

III.

[De signis videntibus et audientibus]. Nunc 1
quae stellae ⟨se⟩ videant, quae audiant explicabo. Aries
Leonem non videt sed audit eum. Leo videt Arietem
sed eum non audit. Aries Cancrum videt pariter et

3 perspicies ζ] perficies 4 et prospera et mala Δ | *add.* N 4 *bis add.* N 6 quaere A | et] sed σ 8 quaere Δ | enim et ζ] enim G etiam A′ et Δ | in] ex D | istis partibus Δ 9 colligis AD 10 sit *om.* A′ | qui sit dom. sig. A 11 *del.* ζ | vel] et A′ | signis *om.* DG 12 partem A′] partibus DG et partibus N | qua *prius* N] quam | qua *alt.* a] quam 13 vide a] videas Dv vides *cet.* 14 saturnusve A′] saturnusne G saturuener D saturnus et veneris N 16 perficient Δ | aut *om.* Δ 17 aut — 18 sublevarint *om.* D aut *om.* N 18 exitus Δ 20 *Primum de quadratis deinde de trigonis Firmicum dixisse apparet. Ergo* 22 Aries — 24 audit *olim fuit ante* Gemini Libram 286, 18, *ubi etiam Tauri Virginisque schema excidit* σ 21 signis *om.* A′ *lemma om.* D *aliud* N 22 *add.* σ (alias a) 23 eum *om.* Δ | Arietem videt Δ (vidit N)

audit. Cancer Arietem non videt sed audit eum. Tau-
rus et videt Leonem pariter et audit, similiter Leo
Taurum. Gemini Virginem vident et leviter audiunt.
Virgo Geminos leviter videt sed plenissime audit. Can-
cer Libram et videt pariter et audit. ⟨Libra vero
Cancrum non videt sed audit⟩. Leo Scorpionem nec
audit nec videt. Scorpius vero Leonem et audit pa-
2 riter et videt. Virgo Sagittarium ex obliquo respicit,
sed eum non libenter audit. Sagittarius Virginem et
audit pariter et videt. Libra Capricornum et audit
pariter et videt, et a Capricorno et auditur pariter et
videtur. Scorpionem Aquarius non videt sed audit.
Simili modo et Aquarium Scorpius non videt sed audit.
Sagittarius Pisces nec videt nec audit. Pisces vero
Sagittarium et vident pariter et audiunt. Pisces Ge-
minos non vident sed audiunt eos. Capricornus et
Aries nec audiunt se nec vident. Aquarius et Taurus
3 ex obliquo se respiciunt et audiunt. * * * Gemini Libram
vident pariter et audiunt. Similiter Libra Geminos et
audit pariter et videt. * * * Sagittarius et Leo et audiunt
fol. 102r I se pariter et vident. Virgo Capricornum respicit qui-
dem, sed eum non audit. Similiter Capricornus videt
Virginem sed non audit. Libra Aquarium videt, sed
ipsa ab Aquario non videtur; audiunt se tamen in-
4 vicem pariter. Scorpius quidem Pisces videt, sed non
eos audit. Pisces vero Scorpionem vident, sed non
audiunt. Sagittarius et Aries ita sunt collocati, ut
nec videre se nec audire queant. Sed et Capricornus
et Taurus nec audire se possunt nec videre. Aquarius

1 eum *om.* *Δ* 3 videt *Δ* | lev. vid. et **A** vid. lev. et **G** | audiunt] audit **D** 5 *add.* **N** 6 non audit nec vidit **N** non aud. nec audit **D**[1] 9 libenter] leviter *ς* 10 Capricornum *Δ*] Scorpionem *Γ* 11 et a *Γ*] Libra a *Δ* 15 Pisces — 16 eos *transponendum post* 18 audiunt | Gemini *Δ* 16 eos audiunt **N** eos aud. eos **D** 18 *cf. ad 285, 21* 19 et Libra **D** in Libra **N** 20 *deest* Cancer Scorpionem ... | se par. et vid. et aud. *Γ* 21 eum *ante* quidem *pon.* *Δ* 22 Virg. vid. **N** videt *om.* **D** 28 se *Γ*] sed *Δ* | nec audire — 29 Taurus *om.* *Δ*

et Gemini vident quidem se sed omnino separantur auditu. Pisces et Cancer non se quidem vident sed audiunt.

Ut formas integras ordinationis acciperes, et scires 5
quatenus sint in zodiaco circulo signa disposita, hac ex causa istius rei secreta tractavimus. Neque enim certo ordine et certo gradu haec duodecim signa collocata sunt, nec sic sunt posita, ut quae posteriori loco oriuntur praecedentia vel sequentia signa semper aspiciant. Ut ergo non argumentis sed re ipsa tibi hoc ostenderem, tractatum istum ex Abrahae libris excerptum edidimus, ut hoc quod diximus sermo noster manifestis tibi interpretationibus intimaret.

IV.

[Divisio Arietis.] Nunc tibi illud intimare cu- 1
rabo, quas partes in quibus signorum partibus quaeras. Omnes enim XXX partes per omnia signorum corpora dividuntur. Ut itaque scias ubi sit prima pars ubi sit secunda ubi ceterae, hoc totum tibi breviter indicabo. Arietis I. et II. partes in cornibus sunt constitutae, III. vero et IV. et V. in capite, VI. vero et VII. in facie, VIII. vero et IX. et X. in ore, XI. vero et XII. in pectore, XIII. et XIV. et XV. in omni cervice, XVI. et XVII. in corde, XVIII. et XIX. in armo dextro, XX. et XXI. et XXII. ⟨in armo sinistro⟩, in ventre vero XXIII. et XXIV. et XXV.; novissimi autem pedes XXVI. et XXVII. habent partem, in renibus vero XXVIII. et XXIX.,

1 sed Γ] et Δ 3 audiunt se Γ 4 ordinationes Δ 5 haec Δ 6 tractabimus Γ 7 collata Δ 8 sic *om.* Δ 9 vel sequentia *aut delendum aut* vel ⟨quae priori loco oriuntur⟩ *supplendum censet* σ 11 Habrahae **D**[2] Habraae *cet.* 13 intimaret nunc tibi intimabo Δ 15 illud tibi **ND**[2] (Nunc — quaeras *om.* **D**[1]) | insinuare **N** 18 pars prima Δ | sit *sec. om.* Δ 20 pars Δ 23 XIII. XIV et XV. **A′** XIII. XIV. XV. **G** 25 *add.* **a** | vero *om.* Δ 27 partes Δ

in cauda ⟨habet⟩ XXX. partem. Sic triginta partes per omne corpus Arietis dividuntur.

fol. 102r II [Divisio Tauri.] I. et II. partes in Tauri corni-
2 bus sunt constitutae, III. vero et IV. et V. in omni facie, VI. et VII. in cervice, VIII. et IX. et X. in fronte, XI. et XII. in corde, XIII. vero et XIV. et XV. in humeris, XVI. et XVII. in anterioribus pedibus Tauri ordinantur, XVIII. vero et XIX. et XX. in ventre sunt, XXI. in geniculis, XXII. et XXIII. et XXIV. et XXV. in posterioribus pedibus collocantur, XXVI. vero et XXVII. in natura sunt Tauri. In coxis vero XXVIII. et XXIX., in cauda vero sola pars XXX. reperitur. Sic per omne corpus Tauri numerus partium dividitur. Sed Sphaera Barbarica alium ordinem partium fecit.

3 [Divisio Geminorum.] I. et II. partes in capite eius Geminorum sunt constitutae qui ad aquilonem vergit, III. vero et IV. et V. ⟨in eiusdem Gemini facie sunt, VI. et VII.⟩ in eiusdem Gemini corde sunt, VIII. et IX. et X. in pectore, XI. et XII. in manibus, XIII. et XIV. et XV. in pedibus. In eo vero Gemino qui ad austrum vergit has inveniemus partes. Sed pri-

1 *add.* **a** | partem *om.* **Δ** | Sic et **ΔG** 2 omne] totum **A′** 3 *lemma om.* **D** Tauri **N** | primae et secundae **Δ** | Tauri cornibus **D**] capitis cornibus **N** Tauri capite **A** Tauri *sequente spat. vac.* **G** 5 VIII et IX et X **G**] VIII et IX X **A** VIII IX et X **Δv** 6 vero et *om.* **D** vero *om.* **N** 7 anterioribus pedibus **a**] posterioribus partibus 8 XVIII vero et XIX et XX **GN**] XXVIIII vero et XX **A** XVIII vero XIX et XX **D** | sunt *om.* **Δ** 9 XXII et XXIII et XXIV et XXV **N**] XXII et XXIII XXIV et XXV **D** XXII XXIII XXIV et XXV **A** XXII autem XXIII XXIV XXV **G** 11 vero **Γ**] autem **Δ** 16 *lemma om.* **D** Gemini **N** | pars **Δ** | in capite *om.* **Γ** 17 eius **a**] in eo **N**. *om. cet.* | constitutae sunt in * * * Geminorum **A** *idem sine spat. vac.* **G** | Gemini *σ* 18 vergit **Δ**] vergitur **G** vergunt **A** | III vero et IV et V **N**] III vero IV et V **D** III et IV et V **A** III et IV partes et V **Gv** | *add.* **N** 19 VI VII VIII IX et X **D** 20 XIII XIV et XV **DG** 21 pedibus sunt **N** | in eo — 289, 2 Geminos *om.* **D** 21 vero *om.* **N** 22 invenimus **A**

mum illud scire debemus quod hoc spatium quod inter ambos est Geminos, XVI. et XVII. Geminorum habent partes, XVIII. et XIX. et XX. in australis Gemini capite collocantur, in facie vero XXI. et XXII. et XXIII., sub ventre vero XXIV. XXV. et XXVI., in geniculis autem XXVII. et XXVIII. et XXIX., in pedibus sola XXX.

Cancri partes hactenus dividuntur. I. et II. par- 4
tes Cancri sunt in capite collocatae, III. et IV. et V. in collo, in faucibus vero VI. et VII., tres vero sequentes in oculis invenimus. Hic nebula Cancri est de qua frequenter diximus. XI. et XII. in dorso, tres autem sequentes a stomacho usque ad pectinem porriguntur, tres sequentes in ambobus Cancri brachiis invenimus, septem autem sequentes in dextris Cancri pedibus collocantur, XXVI. autem et XXVII. in sinistris Cancri sunt pedibus, in extremis vero pedibus XXVIII. et XXIX. sunt, in cauda sola XXX.

Leonis partes hactenus dividuntur. I. et II. par- 5
tes in Leonis sunt capite collocatae, tres sequentes in omni facie pariter et in naribus, tres aliae sequentes in ore sunt Leonis positae, in corde vero totidem, tres in humeris, tres in pedibus, duae sequentes in ⟨ventre⟩, *fol. 102v I*
XX. vero partes et XXI. et XXII. invenimus in dorso,

1 quod *prius* **Γ**] quia **N** 2 XVII eas **N** XVII in eas **D** | habeat **Γ** 3 pars **A** 2 habent partes Geminorum ⟨quae sunt vergentes inter austrum, quae sunt inter ambos Geminos. Sed⟩ **Δ** 3 XVIII XIX **ΓD** 4 et XXIII *solus hab.* **G** (*et* **v**) 5 vero **ADv**] autem **GN** | XXIV XXV **G**] XXIV *om.* **A** XXIII XXIV XXV **Δ** (*exciditne* XXIII et XXIV in cruribus *vel simile quid?* ζ) 6 autem **Γ**] vero **Δ** | XXVII XXVIII et XXIX **ΔG** XXVII et XXVIII XXIX **A** 8 partes *sec.* **G**] pars 9 Cancri *om.* **N** | sunt *om.* **Δ** | collocantur **Δ** | III IV **Δ** 12 diximus. Nebula Cancri VIII IX X **Δ** (Hic neb. — diximus *videntur a Firmico aliena esse* σ) 13 pectus σ 17 sunt Cancri **Δ** 22 Leonis *ante* sequentes *pon.* **Δ** | totidem tres, tres **Dv** 23 tres (*id est* III) ζ] VI *codd.* (*id est* UI) | in *tert. om.* **Δ** | *add.* **a**, *spat. vac. hab.* **Γ** 24 partes] p̓ **G** pars **Δ** *om.* **A** | et *ante* XXI. *om.* **Δ**

in pectore XXIII. et XXIV. quaerimus, sequentes tres permanent in geniculis, XXVIII. in natura est Leonis, XXIX. in renibus, XXX. sola reperitur in cauda.

6 Virginis partes hactenus dividuntur. I. et II. partes in capite Virginis collocantur, tres vero partes sequentes in facie, VI. vero et VII. in manibus, tres vero sequentes ⟨in spina, in scapulis vero XI. et XII., sequentes vero⟩ per ordinem tres in pectore, XVI. vero et XVII. in dextra mamilla, tres vero sequentes in dextro collocantur pede, * * * XXVI. et XXVII. in sinistro collocantur pede, in renibus vero XXVIII. et XXIX., in naturali corpore sola XXX.

7 Librae partes hactenus dividuntur. I. et II. partes collocantur in capite, III. vero et IV. et V. in sinistra parte trutinae, VI. vero et VII. in dextra parte trutinae collocantur, VIII. ⟨et⟩ IX. et X. in * * * collocantur, XI. vero et XII. partes in laeva parte iugi reperiuntur, tres vero sequentes in dextra parte iugi invenimus, XVI. et XVII. in corde Librae, quattuor sequentes per ordinem in dextra manu Librae noscuntur, in pectore XXII. et XXIII. sunt collocatae; tres sequentes in ipsius sunt renibus, XXVII. et XXVIII. usque ad extremos porriguntur pedes. Cetera in nu-

1 pectore σ] pectine | XXIV. et XXV. **A′** 2 permanent *Δ* G] pertinet **A′** partes **a** 3 Leonis *om.* **A′** | sola XXX. est in cauda *Δ* 6 capite **a**] facie | partes sequentes ***Γ***] per diem **N** *om.* **D** | tres vero ζ] VII vero ***Γ*** VII **D** octava **N** 8 *add.* **N** *spat. vac. post* ordinem **D** 9 tres *om.* ***Γ*** 10 dextera **Nv** 11 dextero **D** | *supplementa finxit* **a** 12 collocantur *om.* **N** *et* **D** *qui gravius hoc loco turbatus est* 16 trutinate *Δ* *bis* 17 VIII. — collocantur *om. in lac.* ***Γ***, *lac. post* in *hab.* *Δ*, *add.* ζ 18 partes *om.* *Δ* 20 XVI. autem **G** (vero **v**); XVI. — Librae *om.* **A** 21 dextera **DG** | manu ***Γ***] mamilla *Δ* 22 pectore σ] pectine | XXII. et XXIII. in pect. *Δ* | sunt collocatae *om.* ***Γ*** | in renibus tres sequ. ***Γ*** (*omissis* ipsius sunt) 23 XXV. vero et XXVI. et XXVII. et XXVIII. ***Γ*** 24 cetera **A**] ceterae | in numeris ζ] in humeris *Δ* enim numeris ***Γ***

meris ad XXX. collocantur. In istis partibus id est in posterioribus terra dicitur esse conposita.

8 Scorpii partes hactenus dividuntur. I. et II. partes in capite Scorpii collocantur, tres sequentes in fronte, VI. et VII. in facie, sequentes tres in collo per ordinem constituuntur, has quae sequuntur duae ponuntur in dorso, post * * * in dextra vero manu tres sequentes per ordinem collocantur, in sinistra duae, in pedibus vero dextris duae sequentes ordinantur, in sinistris pedibus tres, in aculeo vero eius qui ad septen- *fol. 102v 1* trionem versus extenditur, posteriores quinque partes collocantur.

9 Sagittarii partes per omne corpus eius hactenus dividuntur. In capite Sagittarii I. et II. partes collocantur, tres vero sequentes per ordinem ponuntur in facie, duae vero quae praecedentes partes sequuntur, in ore Sagittarii collocantur, tres sequentes in ordine in Sagittarii cervice ponentur, duae vero sequentes in sinistra manu, tres aliae in arcu, in pedibus duae, et III aliae collocantur in dorso, in ventre equino II, in posterioribus vero pedibus usque ad ungues tres quae sequuntur partes collocantur, XXVI. vero et XXVII. in natura Sagittarii collocantur, sequentes vero duae in dextra ponuntur manu, XXX. sola pars collocatur in cauda.

1 istis **Γ**] his **Δ** 5 subsequentes **Δ** 6 has **A**] he **G** due **Δ** *qui mox* duae *om.* 7 *lac. exhibet* **A** tres invente *inser.* **N** tres invenit **DG** (XIII. XIV. XV. in ventre **a**) | dextera **D** | vero *om.* **N** 8 sinistro **GN** 10 qui **a**] quod 13 per omne corpus eius *om.* **A′** | eius *om.* **N** *ante* per *pon.* **D** 14 Sagittarii **Γ**] eius **Δ** 15 vero *om.* **Δ** 16 praecedentes subsequuntur ponuntur in ore Sag., tres **Δ** 18 in *om.* **ADG** | cervice **GN** | cervici **AD** | ponentur **v**] imponentur (-untur **N**) | duae vero **Γ**] XI. et XII. **Δ** 19 tres aliae **Γ**] XIII. XIV. XV **Δ** *similiterque v.* 19. 20. 292, 3. 4 21 usque **Γ**] quae **Δ** | quae sequuntur **ϰ**] consequuntur 22 partes **ϰζ**] pertinet **Γ** *om.* **Δ** | collocantur *om.* **Δ** | XX. vero et XXVI. et XXVII. **Γ** (vero *om.* **Δ**) 24 sola XXX. **Δ** | locatur **Δ**

10 Capricorni partes per omne corpus hactenus dividuntur. I. et II. partes eius in cornibus collocantur, tres sequentes in capite, VI. et VII. ponuntur in facie, tres sequentes per ordinem in ore Capricorni constituuntur. In istis partibus quae sunt in ore Capricorni si quis habuerit Lunam, licet sit illa benivolarum testimoniis adornata, inpuros ore viros faciet, muliebrium libidinum labe pollutos. Mulieres etiam si in istis partibus habuerint Lunam, omni erunt inpudicae inpuritatis vitio possessae. XI. in corde Capricorni collocatur, XII. et XIII. in cervice, in scapulis sequentes duae, in dextra vero manu sequentes tres per ordinem collocantur, duae quae has sequuntur in dorso, tres sequentes in ventre, quattuor vero quae sequuntur in utroque latere ponuntur, tres posteriores per ordinem collocantur in cauda, usque ad extremam pinnam Capricorni.

11 Aquarii partes per omne corpus eius hactenus *fol. 103r I* dividuntur. In capite eius I. et II. partes collocantur, tres sequentes in facie, VI. et VII. in dorso, tres quae post has sunt per ordinem collocantur in pectore, in dextra vero manu XI. et XII. ponuntur. Tres quae post has sunt Aquarii in aqua sunt collocatae, XVI. et XVII. in sinistra ponuntur manu, duae quae has sequuntur * * * Duae aliae ponuntur in ventre, tres vero sequentes usque ad extremos porriguntur pedes, aliae tres in renibus, postremas vero tres in cantharo Aquarii invenimus.

12 Piscium partes hactenus per omne corpus ipsorum dividuntur. Sed scire debemus, quod unus Piscis ad

1 partes eius **D** corpus eius **G** 2 eius *om.* *Δ* 4 tres sequentes *Γ*] VIII. et IX. et X. quae sunt *Δ* 7 muliebri *Δ* 9 omnes **A′** 12 tres sequentes *Δ* 14 ventre sunt *Δ* 16 pinnam **N**] pumam **A** punnam **G** I. (*id est* primam) **Dv** 19 partes eius **N**. 20 dorso eius *Γ* 21 in pect. colloc. *Δ* 23 aqua collocantur *Δ* 25 *lac. indicant codd.* in lateribus *suppl.* **a** 29 per omne corp. ips. *om.* *Γ*

austrum vergit, alius ad aquilonem. I. itaque et II.
partes in australis Piscis ore collocantur, III. vero et
IV. et V. in eiusdem Piscis capite ponuntur, in fauci-
bus duae, tres quae sequuntur in ordine collocantur
in collo, XI. vero et XII. in extrema reperientur spina,
sequentes vero tres per ordinem eiusdem Piscis dorsus
accipiet. XVI. et XVII. et XVIII. in lino invenimus
Piscium. In eo vero qui ad aquilonem vergit, XIX. 13
ponuntur in capite, tres vero sequentes in pectore, in
cervice vero tres aliae quae sequuntur, in cauda duae
novissimae collocantur. Sed tres posteriores partes
Piscium quae inter Arietem sunt et Pisces, obscura
caligo semper innubilat. Hac ex causa si quis in ipsis
partibus aut Solem habuerit aut Lunam, sine benivo-
larum stellarum testimonio, aut perpetua caecitate aut
miseris oculorum debilitatibus opprimetur.

Ex ista divisione partium cum locum vitiorum et 14
valitudinis quaerere coeperis, manifestissime et facil-
lime hoc totum poteris invenire. Sed hunc locum di-
vinus ille N e c h e p s o remedia valitudinis invenire
* * *, diligentissimeque, prout potuit divinum ingenium
tanti viri, manifestis tractatibus explicavit. Horum
librorum tibi interpretationem alio tempore Mavorti *fol. 103r II*
decus nostrum, intimare curabo. Nunc mensuras sin- 15
gularum partium explicabo. Ex qua interpretatione
omnem mensuram zodiaci circuli poteris invenire.
[D e m e n s u r a e t m a g n i t u d i n e s i g n o r u m.] Men-
suram quoque tibi et magnitudinem explicabo signo-

1 itaque **A′N**] igitur **DG** 2 pars . . . collocatur *Δ* 3 in *post* Piscis *pon.* *Δ* | faucibus **G**] faciebus 4 in ordine collocantur *Γ*] ordinantur *Δ* (per ordinem colloc. ζ) 5 reperietur **A** reperiantur **N** 6 dorsum **AD²** 7 XVI. vero **G** 8 Pisces **A** Piscis **v** Pisc **G** 9 ponuntur] *mirus pluralis* | vero *ante* ponuntur *hab.* **A′** autem *ibidem* **G** 11 noviss. colloc. duae *Δ* 16 oculorum ϰ] corporis **A** corporum *cet.* | opprimitur **GN** 21 *excidit fere* desiderans inquisivit ζ (ut rem. val. inveniret diligentissime quidem **a**) 22 horum *om.* *Γ* 23 interpretationem tibi *Δ* 27 *lemma om.* **D** *plenius hab.* **N**

rum, ut scias quod ad omnia secreta divinitatis inten-
16 tio divinae mentis accessit. Haec enim inmortalis animus maiestatis suae principia recordatus non didicit sed agnovit. Quod ⟨itaque in uno signo dictum fuerit⟩ hoc per signa XII. conputabis. Quod cum feceris omnis tibi zodiaci circuli mensura monstrabitur. Pars una unius signi XXI milia et XL stadiorum habet. Quem conputum si per XXX partes ***, DCXXXI milia et CC habere stadia unius signi spatium ex ista conputatione cognosces.

V.

1 [Apotelesmata Sphaerae Barbaricae.] Accipies nunc Mavorti decus nostrum, plenissimam huius artis disciplinam, multis Graecis et omnibus Romanis incognitam, ad quam usque in hodiernum diem nullius adspiravit ingenium. Neque enim divini illi viri et sanctissimae religionis antistites, Petosiris et Nechepso, quorum alter tenuit imperii gubernacula, cum omnia quae ad huius artis pertinent disciplinam, diligentissimis ac veris interpretationibus explicassent, hoc quod nos edituri sumus, invenire potuerunt. Ne itaque or[din]ationem nostram sermo prolixus extendat, breviter tibi promissi operis intimabo secreta.

2 Zodiacum circulum sicuti in libro institutionis diximus XII possident signa. In horum signorum late-

2 haec ζ] etiam (eam κ) 4 *add.* **N** 5 quod cum feceris *Γ*] ex quo *Δ* 7 XL *Boll*] CCCC *vel* 400 *codd.* 8 computatum **A** | *excidit fere* perfeceris | DCXXXI milia *Boll*] de xxxi simili **A** clc . xxxi simili **G** VI[c]. sunt multiplicata (-tam **N**) per 31 . 30 642 000 quae multiplicatae per 360 faciunt paene numerum infinitum *Δ* 9 *cf. Boll Sphaera p. 395*[2] | signi a] circuli 12 De apotelesmatibus S. B. **N** *lemma om.* **D** 14 artis *Δ*G] operis **A′** 18 quorum ⟨alter *****⟩, alter . . . σ, *post* gubernacula *add.* κ 19 huius artis *Γ*] hanc *Δ* 20 explicasset *corr.* v 22 *del.* κ 23 decreta *corr.* σ 25 in *del.* ζ

ribus aliae adhaerent stellae, sed quae numquam erratico cursu assignata sibimet deserant loca, sed tradita sibi spatia possidentes, currente mundo inmutabili semper *fol. 103v I* agitatione volvuntur. Hae in vicinis signorum regionibus collocatae, cum XII signis oriuntur et cum ipsis occidunt rursus, inmutatum semper cursus sui ordinem reservantes. Sed his stellis nomina veterum fabularum 3 apposuit antiquitas. Executus est etiam horum numerum siderum Graece Aratus poeta disertissimus, Latine vero Caesar et decus eloquentiae Tullius. Sed hi nomina ipsarum et ortus, non etiam auctoritatem apotelesmatum ediderunt, ut mihi videatur haec non aliqua astrologiae scientia, sed poetica elatos licentia docilis sermonis eos studio protulisse. Sed nos 4 omnium apotelesmatum ratione perspecta, plurimum sibi invenimus etiam has stellas in genituris hominum vendicare. Ut itaque id quod promisimus explicemus, et loca et nomina dicemus, ut sic omnis apotelesmatum veritas colligatur. Quae stellae tunc decernunt si in matutino ortu constitutae horoscopum habuerint vel occasum.

VI.

[De ortu Navis.] [Cum] ⟨In Arietis dextro latere 1 in Arietis parte scilicet IV.⟩ oritur Navis. Si quis ergo oriente hac parte natus fuerit, id est si in ortu eius ruperit partum, erit gubernator nauclerus navicularius, sed qui per omne vitae suae spatium marinis optet

1 sed *om.* Δ 7 veterum fabularum nomina posuit Δ 8 est *om.* Δ 9 siderum *om.* Δ 11 ipsarum (*scil.* stellarum) *codd.*] ipsorum **v** 12 videantur . . . elatos . . . [eos] **a** 14 docili *σ* | eos *Γ*] eo Δ 15 perspecta **v**] perfecta **A** prospecta Δ**G** | sibi plurimum **N** sibi *om.* **D** 17 promittimus *Γ* promissimus **N** 19 decernuntur Δ 23 *lemma om.* **D** *plenius hab.* **N** | *del. et suppl. σ cl. 296, 1 et Manil. V 37. 39* 24 si *om. Γ* | navis Argo. Si quis oriente *σ cf. 343, 6* (*Γ*) 26 nauclerus **A**] nauclerius Δ**v** (*om.* **G**) 27 opt. semp. **AN**] semp. opt. **DG**

2 semper actibus inplicari. In Arietis sinistro latere
oritur Orion, in parte Arietis scilicet X. Si itaque
Orion aut in horoscopo partiliter fuerit aut in MC.,
facit homines veloci corporis mobilitate perspicuos, et
quorum animus variis sollicitudinibus inplicatus per-
vigili cogitatione semper exaestuet. Variabunt semper
domicilia, domus sedesque mutabunt, et per omnium
limina matutinis semper salutationibus pervolabunt.
3 In Arietis parte XV. ad Aquilonem versus exoritur
Auriga. In huius ortu qui natus fuerit, aut auriga
erit aut domitor equorum, aut qui saltu quadrigas
fol. 103v II transeat, aut ⟨qui in⟩ dorso stans equorum mirifica
se moderatione sustentet, atque adprime equo vectus
militares armaturas exerceat. Hoc astro oriente et Sal-
4 moneus et Bellorofontes nati esse narrantur. In
Arietis parte XX. ad Aquilonem versus oritur Hae-
dus quem fert Auriga. Hoc sidere ⟨oriente⟩ quicumque
nati fuerint, aliud ex fronte pollicentur, aliud latenter
in moribus celant. Sunt enim austera facie, prolixa
barba, obstinata fronte, ut Catonis [frontem ut Cato-
nis] prorsus institutum imitari videantur. Sed totum
hoc fucato mentiuntur affectu. Sunt enim natura pe-
tulantes, lascivi, semper desideriorum pravis ac libidi-
nosis voluptatibus inplicati, et qui latenter amorum
5 cupiditatibus semper exaestuent. Erunt etiam ab omni
virtutis officio separati, timidi inbecilles, et qui omne
pugnarum periculum perhorrescant. Hi frequenter

2 scilicet Arietis *Δ* 3 Orion **N**] Orione | aut in] aut *Γ* in **N** *om.* **D** | horoscopo **N**] horoscopus *Γ* horoscopante **D** (*qui et alia ad libitum mutavit*) | aut in MC. *nos*] ita ut nunc *Γ* vel in medio celo *Δ* 7 domos **A** 8 prevolabunt *Δ* 9 oritur **A′** 12 qui *add.* **N** in *add.* **a** 15 Bellorophontes *Δ* Bellerofontes **G** 16 edus *codd.* 17 *add.* *ζ* 20 Cathonis **A** (*bis*) *et* **N** | *del.* **a** (ut **A**] aut **Gv**) frontem et institutum prorsus imitari *Δ* 23 desideriorum *Γ*] desideriis *Δ* 24 latentibus *ϰ* 25 etiam *Γ*] et **D** que **N** 27 periculum *Γ*] proelium *Δ*

vitiosis libidinibus capti, et praeposteri amoris studiis occupati, mortem sibi inferre coguntur. Nascuntur etiam ex hoc sidere pastores ovium, sed qui fistula rustici carminis dulces modos dicant. In Arietis 6 parte XXVII. oriuntur Hyades. Quicumque in ortu eius sideris natus fuerit, inquietus erit turbulentus popularis, et qui populum turbulentis semper seditionibus exagitet, plebis animos clamosis et furiosis contentionibus inflammans, inimicus quietis ac pacis, et intestina ac domestica bella furiosa mentis cupiditate desiderans. Sed huic varii quaestus ex assidua sollicitudine saepe nascuntur. Facit etiam hoc sidus bubulcos armentarios oviumque pastores. In Arietis 7 parte XXX., quae pars totum signum supra terram semper ostendit, exoritur Capra, quam fabulosi poetae alimenta volunt Iovi inmulsisse nutricia. Quicumque oriente hoc sidere nati fuerint, erunt nimia mentis trepidatione solliciti, et quorum corpus assiduus tremor semper inpugnet. Hi levibus conmotionibus opprimuntur, et levibus nuntiis gravi timoris incursione quatiuntur. Erunt etiam curiosi omnium rerum, et qui quod- *fol. 104r 1* cumque novum dictum fuerit, hoc inpatienti cupiditate desiderent, ut semper nova quaeque curiosa desiderii cupiditate sectentur.

Quia itaque diximus quid in ortu hae stellae fa- 8 ciant, sequenti loco dicendum est quid in occasu constitutae decernant. Sicut enim contrariae sunt lumini tenebrae, sic vitae mors. Vita igitur erit in ortu, mors reperietur in occasu. Ortus itaque si in horoscopo est, sicut frequenter diximus, occasus in diametro ho-

1 vitiosis *om.* **A′** 2 ferre *Δ* 3 etiam *Γ*] et *Δ* 8 animas **A** 9 inimicitus *Δ* 11 quaestus *cf. Manil. 124* curaeque alimenta ministrant 12 etiam *Γ*] et *Δ* 14 totum *Γ* *cum Manil. V 129*] omne *Δ* (omnem **D**) 15 poetae] *Manil. 132 sq.* 16 alimenta *Δ*] lamenta *Γ* | inmulsisse nutricia *σ cl. I 194, 7*] in multis esse nutriciam (nutritam **G** nutritiva **N**) 23 ut] et *σ* 25 ortu ⟨collocatae⟩? *ζ* 27 decernunt *Γ* 30 sicut *Γ*] ut *Δ*

9 roscopi ⟨est⟩, id est in VII. ab horoscopo loco. Si in
occasu Navis fuerit, aut partiliter in Navi occasus ca-
dat, et hunc locum malivolae stellae quadrata vel dia-
metra radiatione respiciant, acerba naufragiorum decer-
nuntur incommoda. Quodsi in ipsa stella id est in
Navi Saturnus fuerit collocatus, mari fluminibusque
10 submersi acerbis mortibus interibunt. Si Orion in
occasu geniturae fuerit inventus, tales nascentur ho-
mines, quorum animos varia sollicitudo semper ex-
agitet. Hi a civibus suis cum legatione missi in ipso
itinere constituti peregre moriuntur, ferentes ad inferos
leve solacium, quod illis a civibus suis honores per-
petui imagines tituli et statuarum decernuntur insignia.
11 Si Auriga in occasu geniturae fuerit inventus, et eum
malivolarum stellarum radius inpugnet, deiecti quadri-
gis miseris lacerationibus dissipantur, ut fracto corpore
acerba mortis patiantur incommoda, aut fulmine icti
repentino mortis opprimuntur occasu, aut tolluntur in
crucem, aut crura illis publica animadversione fran-
12 guntur. Si Haedus quem fert Auriga in occasu fuerit
inventus, et eum Saturnus quadrata vel diametra ra-
diatione respexerit, nati in ipso momento vitae mo-
riuntur, aut in ipso nascendi limine constituti defi-
cientibus matris viribus strangulantur, aut tumescen-
tibus faucibus acerbum illis mortis infertur exitium.
Quodsi Mars cum ipsa stella in occasu fuerit inventus,
ab omni benivolarum stellarum testimonio destitutus,
fol. 104^r II * * * * * †amplecti faciet aut ad aram metuendis reli-

1 *add.* A 2 Navis *om.* Γ | navis partil. fuerit, *deinde* in — cadat *om.* Δ 2 aut] et ϰ | cadat v] accedat 3 et *om.* Γ | diametra vel quadrata Γ 6 fluminibusve Δ 7 acerbis *om.* Δ | mortibus a] cruoribus Γ fluctibus Δ 10 in legationem A 11 itinere AN] munere DGv 12 illi Δ | suis civibus N | perpetui honores Δ 18 tolluntur a] ponuntur A polluuntur Gv puniuntur Δ 20 edus ΓN 22 vita Γ 23 nascenti Γ | limine D^{2}N] lumine ΓD^{1}v 25 mortis illis Δ 26 ista Δ | in occasu *om.* D *post* inventus *pon.* N 28 *lac. stat.* ϰ | plecti a | metuendae religionis a

gionibus immolari. Quodsi in occasu fuerint Hyades, 13
et locum istum malivolarum stellarum radius inpugnet,
repentinum et insperatum mortis exitium decernitur.
Turbulentis enim seditionibus oppressi et passivis po-
pularium manibus dissipati interibunt, ut mortis eorum
auctores nec inveniri possint aliquando nec dici. Si 14
Capra in occasu fuerit, ex praediis habebunt substan-
tiae facultates. Sed hi propter laesas religiones gravi
pulsabuntur invidia. Habebunt etiam substantiam aut
ex naufragiis collectam aut ex flumine conparatam.

VII. [TAURUS.]

In Tauri parte VI. inveniuntur Pliades. Quibus 1
orientibus si qui nascentur, luxuriosis semper et lasci-
vis voluptatibus inplicantur. Hos unguentis oblitos
et nimiae vinolentiae deditos petulantiae vitia semper
extollunt, ⟨ut⟩ in conviviis et in coitu hominum aliena
vitia amari sermonis leporibus pulsent. Erunt sane
ad omne libidinum facinus applicati, et qui salsi ser-
monis mordacibus dictis risus hominibus concitare con-
sueverint. Erunt semper nitidi polita fronte et accu- 2
ratis vestibus prompti, quorum inflexi crines torquan-
tur semper in bostrychos, ut frequenter appositis alienis
crinibus fictam et conpositam pulchritudinem mentian-

1 Hyades *om.* **Γ** 2 stellarum *om.* **A′** | semper impugnat **N** 8 hi *om.* **Δ** 9 etiam **Γ**] et **Δ** 11 *lemma om.* **D** *aliud plenius hab.* **N** 12 in *om.* **Δ** | oriuntur **A′** | Plyades **G** 13 nascentur **A**] nascerentur **Gv** nati fuerint **N** n. sunt **D** 15 violentiae **Δ** 16 *add.* ζ | coitu **A′DG**] conventu **N** coetu **a** | alienas vitas *corr.* κσ 17 amaris sermonibus **Δ** | temporibus *corr.* κσ 18 salsi σ] falsis A^a *et* **D** *qui* sermonibus, falsi *rell.* (*cf. Manil.* *145* et sale mordaci dulcis quaerentia risus corda) 19 hominum **Δ** | consueverunt AD^1 21 torquantur] *sic codd. omnes* 22 bostrychos σ] boostris hoc **N** ostris hos D^1 bostris hos **Γ** lustris hos D^2v (tortos in fluctum . . . crines *Manil. V 147*) | appositis *om.* **Δ**

tur, totius corporis formam vario pigmentorum genere
mollientes. Hi demptis pilis corpus suum in feminei
corporis imaginem transferent, quorum vestes et ad
muliebris cultus similitudinem excolantur. Hi molliter
ambulantes vestigia sua cum delicata quadam mode-
3 ratione suspendunt. Sed hos ambitio sollicitat, et mor-
bum istum sic appetunt, ut hinc putent virtutem sibi
et maximum gaudium felicitatis accedere. Amabunt
semper aut se amare simulabunt, et paenitebit eos
quod viri nati sint. Hunc locum si malivola stella
forti radiatione pulsaverit, repentinis caecitatibus op-
fol. 104v I primuntur. Occidentibus Pliadibus id est VI. parte
4 Tauri si a malivolis haec pars radiata fuerit, hi qui
nati fuerint naufragio peribunt. Quod si benivolae
simul cum malivolis hunc eundem locum aequata ra-
diatione respexerint, aut ex venerea voluptate, aut ex
nimio cibo inter epulas et pocula sine aliqua lamen-
5 tatione mors illis amoena proveniet. In fissione un-
gulae Tauri si fuerit horoscopus, et una hunc eundem
locum benivolae et malivolae pariter aequata radia-
tione respexerint, pictorem facient sed quem hoc stu-
dium famoso honore nobilitet. Si vero sine testimonio
benivolarum stellarum hunc locum malivolae solae mi-
naci radiatione respexerint, gladiatores famosi nascentur,
sed qui post multas palmas innumerabilesque victorias
in isto pugnarum studio minaci gladio ⟨cum⟩ magno
spectantium plausu ac favore moriantur.

1 forma *corr.* a 2 molientes Δ | hi Γ] et Δ 3 transferant Δ | *ante* quorum *videtur excidisse aliquid;* et qu. vest. ad ϰ | et *om.* Δ 4 excoluntur *corr.* N 5 sua *om.* Δ | debilitata A delecta D 6 ambitio ⟨ista⟩ σ 10 sunt Δ 11 puls. forti rad. Δ 12 pleiadibus G | VI. parte Tauri si Γ] si in VII. sint ab horoscopo loco et Δ 13 mal. ⟨stellis⟩ v 18 perveniet Δ | fixione Γ 19 et una ϰ] aut Luna 21 faciunt A′ 23 solae malivolae Δ 24 famosi gladiatores Δ 26 *add.* a .

VIII. [GEMINI.]

In Geminorum parte VII. oritur Lepus. Hoc sidere 1
⟨oriente⟩ qui nati fuerint, tanta erunt levitate corporis, ut cum currere coeperint agitati ⟨cursus⟩ velocitate aves superare videantur. Hunc locum si Mars respexerit stadiodromos facit, si vero Luna cum Marte, pyctas †macharios, si Mercurius praestigiatores aut pilis ludentes, si Venus pantomimos aut mimologos; si vero Venus et Mercurius pariter, novas artes nimiae diligentiae studio perficient, praesertim si hos eosdem in omnibus quibus diximus apotelesmatibus prospero Iuppiter testimonio radiationis adiuverit. Quodsi hunc 2
locum Saturnus per quadratum aut per diametrum viderit, faciet fugitivos, qui lares suos ad longinquas regiones migrantes prono animositatis studio deserant. Si vero Lepus in occasu fuerit inventus, et habeat benivolarum stellarum ⟨radios⟩, sicut in praecedentibus apotelesmatibus diximus, cum magno labore vitae subsidia quaerentur. Si vero solum malivolarum stellarum testimonium accesserit, a feris consumpti laceratique *fol. 104v II*
moriuntur.

IX. [CANCER.]

In I. parte Cancri oriuntur Iugulae. Quibus orien- 1
tibus qui natus fuerit, erit quidem inreligiosus et per-

1 *lemma om.* **D** De lepore **N** 2 in Geminorum *Γ*] Gemini *Δ* 3 *add.* *ζ* 4 *add.* *σ* (agili *κ*) 6 stadiodromotos *Γ* stadiodromatos **Dv** stadiodromocos **N** 7 pictas *codd.* | *in* macharios (macarios **A**) *latere videtur substantivum de μάχαιρα ductum velut* machaeromachas *ζ* machaerarios *σ* pyctomacharios **a** 8 mimologos] *cf. Jahn ad Pers. LXXXVIII*[2] 9 vero *om.* *Γ* | Merc. et Venus *Γ* 11 quos **DG** 12 Iovis *Γ* 13 per *alt. om.* *Δ* 15 prono *Γ*] pro *Δ* | deserant *κσ*] desperantes *Δ***v** spernentes **A** sperantes **G** separabunt **a** 17 *add.* **N** (testimonium *σ*) 19 quaerantur *Δ* quaerent **a***κ* 20 test. access. **G**] testimonium sit **A** access. test. *Δ* 22 *lemma om.* *Δ* 23 Cancri in I. parte *Δ* | iugulae **v** (*ex Manil. 175*)] eamae **G** *om. in spat. vac.* **A***Δ* aselli **a** (*ex Hygin. II 23. Plin. XVIII 353*) *cf. Boll Sphaera p. 385 sq.*

fidus, sed ad omne studium venationis applicatus. Is
retibus feras capiet, aut foveis decipiet, vel variis for-
midinibus ferroque sectabitur, aut canibus ferarum ca-
piendarum gratia scrutabitur secreta silvarum. Sed et
femina si sic nata fuerit, viraginis animo haec eadem
similibus rationibus persequetur. Sed haec faciet si
Mars cum benivolis stellis hunc eundem locum qua-
2 cumque radiatione respexerit. Quodsi Saturnus hoc
idem fecerit, erunt ad omne studium piscationis appli-
cati, ut exquisitis piscationibus etiam marinas beluas
capiant. Si vero hoc quod diximus sidus in occasu
fuerit, et locum ipsum benivolae stellae respexerint,
hic qui sic natus fuerit dormiens morietur. Si vero
Mars hunc locum viderit, omnia [VII] quidem pericula
frequenter ⟨incurret⟩, sed dormiens acerba morte iu-
3 gulabitur. In Cancri parte XX⟨VII⟩. oritur Procyon.
Hoc oriente qui nati fuerint, erunt quidem ipsi ab
omni venationis studio separati, verum arma venatori-
bus aut facient aut parabunt, id est retia venabula sa-
gittas, et quicquid ad instructionem eius studii per-
tinet. Nutrient etiam canes qui ferarum cubilia et
4 latentes latebras praesagis naribus persequantur. Si
vero hoc sidus in occasu fuerit, et hunc locum Mars
quadrata vel diametra radiatione respexerit, Iovis pro-
spero testimonio destitutum, morsu rabidi canis lacerati
simili furoris insania deperibunt, ut aquae vitantes
aspectum, et omnem poculorum horrentes haustum,
arescentibus faucibus aquam semper desiderare per-

1 is *Γ*] iis **N** hiis **D** his v 2 foveis *Δ*v] fovet is **A** fovee is **G** 5 viragines **A** virginis **G** 6 simillimis **G**v 9 venationis *Δ* 10 ut *Γ*D^2] et D^1**N** | exquisitis] ex istis σ 11 capiunt *corr.* D^2 | quod **A**] ut 12 respexerint *Γ*] possederint *Δ* 14 VII *Γ***D** et v *del.* **N**a (*est correctio ad l. 16 pertinens*) 15 *add.* D^2 *et* **N** *qui* incurrerent 16 XXVII. oritur Procyon *Scaliger ad Manil. 252*] XX. oritur Argion **A** Argyon **G** Argon *Δ*v *Boll 400* 17 ipsi quidem *Δ* 20 instructionem ϰσ] structionem (destructionem **N**v) | pertinent *Δ* 22 prosequantur *Δ* 27 poculorum a] periculorum 28 semper *om.* **A**′

horrescant, aut certe insidias parantes feris ipsarum lacerati morsibus dissipantur.

X. [LEO.]

fol. 105r I

In I. parte Leonis oritur Canicula quae a Graecis 1
Sirios dicitur. Quicumque hoc sidere oriente nati fue-
rint, effrenatos animos ad omne studium praeposteri
facinoris applicabunt. Erunt etiam ab omni humani-
tatis gratia separati, et qui libenter omnia violentiae
studia sectentur, furiosi iracundi terribiles minaces,
⟨et⟩ quos omnes homines et oderint pariter et metuant.
Erunt etiam animosi et verbosa affluentia sermonis 2
semper inflati, et quos ad omne convicium incautus
sermo semper inpellat, nova et inaudita causarum iur-
gia concitantes. Horum cor crebris agitationibus pal-
pitat, et vox eorum arescentibus faucibus canum latra-
tus imitatur, ut impetu et furore conmoti aut dentes
quatiant, aut attritu semper exacuant. Sed si hunc 3
locum Mars viderit, fortius haec quae diximus con-
valescunt. Hi numquam metuunt secreta silvarum, sed
omnium ferarum morsus prona animositate contemnunt,
et frequenter illis pericula et a feris et ab incendiis
inferentur. Hunc locum si malivolae stellae radiave- 4
rint, Luna quoque vidente Saturnum, nascentur vena-
tores arenarii parabolarii, qui sub conspectu populi in
caveis cum feris pugnent. Fiunt etiam gladiatores.
Erunt etiam ⟨ea⟩ corporis velocitate, ut leporem
cursu conprehendant. Si hoc sidus in occasu fuerit 5
inventum, et Mars aut in ipso loco fuerit inventus,
aut locum ipsum minaci radiatione respexerit, a lupis

2 dissipentur *Δ* 4 parte Leonis *Γ*] eius parte **D** (primis) suis partibus **N** 5 syrion **A'D**[1] syron **G** syrius **D**[2]**N** 10 *add.* **a** 12 semper *om.* *Γ* 15 et *Γ*] ut *Δ* | crescentibus **Aa** 16 imitetur **D**[2] 17 attritus *Γ* attritos *Δ* *corr.* *κσ* 22 malivolae *Γ*] malae *Δ* 23 Lunam q. v. Saturno *Δ* 24 paloberii **D** palobarii **N** 26 *add.* **N** | velocitate ⟨muniti⟩ **a**

comedi faciet aut a canibus aut a feris misera lacera-
6 tione consumi. In parte XXX. Leonis oritur Cratera. Quicumque hoc sidere oriente natus fuerit, inriguos amabit campos, et fontes aut rivos aut fluvios ab alveo suo ad alia derivabit loca. Erit vinearum et amator et cultor, et qui infecundis arboribus fecundos inserens surculos glutinet, vel qui buxeas arbores tondens in
fol. 105r II beluas fingat, aut virides porticus in circulum flexis vitibus faciat. Hic vinum sine admixtione aliqua libenter bibit. Quodsi actus illi benivolarum stellarum
7 decreverit radius, humidas merces negotiabitur. Si vero hoc sidus in occasu fuerit inventum, sine malivolae testimonio, is qui natus fuerit inter epulas et pocula in media aetate morietur. Si vero malivolarum stellarum radius accesserit, aut in dolium vinarium aut in puteum submersus morietur, aut in flumine vel lacu vel palude vel mari vel certe in piscina vel in solio invenietur mortuus.

XI. [VIRGO.]

1 In Virginis parte V. exoritur Corona. Quicumque hoc sidere oriente natus fuerit, erit variis deliciarum voluptatibus occupatus, muliebrium artium studiis deditus, florum et coronarum inventor, et qui amoenis hortorum delectationibus adhaerescat, odores unguenta aromata studiosa cupiditate desiderans, corpus suum lenocinio pulchritudinis excolens, stupra et adulteria

2 Leonis XXX. Δ 3 oriente *om.* Δ 7 glutinet **N**] clutinei | qui buxeas σξ] buxeas **N** quibus exeas **DG** quibus extas **A′** | tondentes (condentes **N**) . . . fingant Δ | in beluas (belluas **G**)] umbellas **N** 8 aut] ut **N** 9 aliqua] aquae ξ 11 radius Δ] gladius **Γ** 12 mal. ⟨stellae⟩ **v** 14 in media aetate σ] inmediate Δ**G** mediate **A** media **v** 15 vinarium **DGv**] vinarum **A** vinorum **N** 16 mersus Δ | flumine lacu palude Δ 20 oritur **A′** 21 hoc sidere oriente *om.* **Γ** 23 amoenibus Δ 24 ortorum **ΓN**

latenter exerceat, sed ad virginum pulchrarum puero-
rumque concubitus prona libidinis animositate festi-
nans. Si vero in occasu hoc sidus fuerit inventum, 2
et aut ⟨in⟩ ipso loco Saturnus sit, aut ex alio loco
hanc eandem partem minaci radiatione respiciat, †mali-
volae stellae, mortis decernit exitium, ⟨aut⟩ in prima
perimit iuventute. Nam publica animadversione per-
cussum, et insepultum proiectum, ferarum vel canum
aut alituum facit morsibus dissipari. In Virginis signo 3
⟨in⟩ parte X. oritur Spica. Quicumque in ortu Spicae
natus fuerit, erit ruralibus officiis semper applicatus et
ad agrorum cultum patientia laboris addictus, ⟨et⟩ qui
novis seminibus per annos singulos novitatem frugibus
pariat; ad subsidium vitae multas fruges horreis condet.
Facit etiam pro aliarum stellarum testimonio pistores
dulciarios et his similes. Si vero in occasu hoc sidus *fol. 105v I*
fuerit inventum, aut nimio fervore aestuum aut [in] 4
angustiis praesidiorum aut incursione turbabuntur. Si
vero Saturnus hunc locum minaci radiatione respexerit,
faciet eum qui natus fuerit misero paupertatis onere
praegravari, ut sit per omne vitae spatium pannis male
pendentibus nudus, et eum usque ad extremum ⟨diem⟩
vitae perducit praesidio publicae miserationis alimenta
poscentem, ut cum cruciatu animi pariter et corporis
debitum vitae conpleat munus. Quodsi Mars hunc ra- 5
diaverit locum, ob interceptam annonam vel male dis-
positam vel fraudulenta cupiditate subtractam, gravi

1 exercens ζ (et *potius ante* corpus *suppl.* σ) 4 *add.* v 5 respiciant Δ G | maliv. stellae *del.?* ζ ⟨vel aliae⟩ mal. st. ⟨hoc faciant⟩, ... decernunt ... perimunt a malae [stellae] κ 6 *add.* κσ 7 perimit Γ] nati Δ 8 et *om.* Δ 9 aut *om.* A vel D | signi A 10 *add.* ζ | quic. in ortu Spicae Γ] hac oriente quic. Δ 12 cultum agrorum Δ | addictus N] adiunctus | *add.* ζ 15 pro aliarum κσ] p̄liarum Γ plurimarum Δ | testimonia G | pistores a] piscatores 17 *del.* a (*at* 18 praediorum κ) 18 ⟨daemonum⟩ incurs. κ 20 facit Δ 21 omnes G | spatium AN] statum DGv 22 extrema Δ | *add.* v *cf. I p. 210, 11* 23 perducit (perdicit A)] percellet κ percutit ζ

pulsatum invidia insanientis populi ⟨rabies⟩ dissipabit, et popularibus manibus laceratum †artibus metuenda acerbae mortis exempla demonstrant.

XII. [LIBRA.]

1 In signo Librae ⟨in⟩ parte VIII. oritur Sagitta. In
hoc signo qui natus fuerit, erit iaculator sagittarum, qui
volantes aves speciali artificii moderatione percutiat,
aut pisces tridente vel cuspide inter ipsa undarum
spatia figat intrepidus. Si vero hoc sidus in occasu
fuerit, et hunc eundem locum benivolae cum malivolis
aequata radiatione respexerint, in exercitu constituti
et in acie positi inter acerbos hostium cumulos infinito
hostium sanguine cruenti hostili etiam ipsi dextera
2 caesi moriuntur. Si vero Mars solus attestante Mer-
curio hunc viderit locum, aut si in ipso loco fuerit,
facit tales qui se ob alienae gratiae voluntatem nun-
dinati sanguinis iactura ad mortis spectaculum vendant.
Si vero Saturnus hoc fecerit, in ludum sententia iudi-
cantis addicuntur. In hac parte Styx esse perhibetur,
id est †terram Stygem esse nulla dubitatio est. †Cae-
lestia num in exemplum timentes animo perhorrescunt,
quae de caelo lapsa terrenorum corporum [lapsa] su-
3 stentationibus applicatur. In Librae parte XV. oritur
Haedus. Hoc signo oriente quicumque natus fuerit,

1 *add.* κζ *cl. I 25, 6* 2 et ut **N** | laceratis artubus **N** lacerati artus ζ 5 In parte VIII. Librae Δ | *add.* σ 6 ioculator **AD** | sagittarum Γ] sagittator Δ 7 moderatione artificii Δ 9 eos figat Γ configat κ 10 fuerit *om.* Γ | et *om.* **A′** | benivolae ⟨stellae⟩ σ 12 acervos *deleto* cumulos ζ | infinito *nos*] infinitos 13 dextra **N** 14 Mars vero Γ | assistente **A′** 16 faciet Δ | voluptatem κ 17 iacturam Δ 19 Styx esse] stix esse **D**[2]**G** stixisse **A** sex esse **D**[1] sux esse **N** 20 id est] sed κ | Stygem] stycem **G** sticem **A**Δ *cf. Boll Sphaera 246 sqq. 563* (mastix *et* mastigem κ) | caelestium numinum templa timentes κ (*cf. Boll. l. l.*) 21 in *om.* **G** | timentis **N** | animo] non **Ga** 22 quae *sqq.*] *significatur anima humana* | *del.* **v** 23 oritur Haedus **v**] oritur *om.* **A** Haedus oritur Δ**G**

erit animo vario semper consilioque sollicito, qui va- *fol. 105v II*
riis cogitationibus inplicatus numquam quietae secu-
ritatis gratia perfruatur. Erit etiam obsequiis magi-
stratuum deputatus, scriba tabularius, publicorum vecti-
galium tractans officia, sed lascivis moribus et prae-
posteris amoris cupiditatibus obligatus, vino et epulis
deditus, et qui rebus publicis conviviorum praeferat
gratiam, aptus ad saltandum, et scaenicas artes [pro]
studiosa animositate ⟨per⟩discens. Si vero hoc signum 4
in occasu fuerit inventum, et hunc locum malivolae
stellae minaci radiatione respexerint, aut per praeci-
pitia proiciuntur et sic pereunt, aut exercentes saltum
penduli corporis ruina misero franguntur mortis in-
commodo, aut puellarum concubitus caeca nocte sec-
tantes, et nimio inpatientiae ardore possessi per in-
cognita loca pergentes, aut in tecto insidiantes somno
maritorum, praecipiti lapsu moriuntur. Si vero beni-
volae viderint stellae, dyspnoici moriuntur.

XIII. [SCORPIUS.]

In I. Scorpii parte oritur Ara. Hoc sidere oriente 1
quicumque nati fuerint, cum benivolarum stellarum te-
stimonio erunt sacerdotes prophetae neocori, sanctis-
simae cuiusdam religionis antistites, divinas quasdam
artes studiosis interpretationibus explicantes. Si vero 2
hoc sidus in occasu fuerit, et hunc eundem locum
Mars aut Saturnus minaci radiatione respexerit, ob

1 semper consilioque sollicito ζ] sollicitoque semper consilio **Δ** consilioque semper sollicito **Γ** 2 quiete **D**[2]**v**] quietem 8 *del.* **a** (prona studii *vel sim.* ζ) 9 *add.* **v** | signum **Γ**] sydus **Δ** 12 et sic pereunt *om.* **Δ** (et sic — franguntur *om.* **G**) sic *del.* ζ 15 possessi σ] poscentes si **Γ** poscentes **D** (*om.* **N**) *cf. 163, 9. 166, 13 al.* 16 tecta *corr.* ϰ | somno **A**] somnio 17 praecipiti decepti **Gv** | vero ⟨hunc locum⟩ **a** 18 dysphoici **Γ** dispnoici **N** dispoici **D** 20 Scorpionis **Δ** (*octava pars est Manilio v. 340, atque propter v. 349 vix credas alia dedisse Firmicum*) 21 quicunque **Δ**] qui **Γ** 22 neocoris **Γ** neocerii **Δ** 26 respexerint **Γ**

sacrilegium aliquod publica animadversione plectentur. Si vero his Iovis accesserit testimonium, aut diis inmolati, aut propter religionem aliquam caesi, sempiternis caerimoniis consecrantur. In Scorpii parte XII.
3 oritur Centaurus. Hoc oriente quicumque natus fuerit, aut auriga erit aut equorum nutritor et cultor, aut certe exercitator aut mulomedicus, aut certe equitiarius. Si vero hunc locum Mars prospera radiatione
fol. 106r I respexerit, faciet inter equites militare. Quodsi Mercurius hunc locum viderit, faciet herbarios, qui herbas sollerti arte collectas ad medelas laborantium pecorum
4 servent. Si vero hoc sidus in occasu fuerit, et hunc locum malivolae respexerint stellae, aut ex alto proiectus, aut quadrupedis animalis impetu, aut equi calce, aut deiectus equo morietur, aut everso curru equis trahentibus misera morte lacerabitur.

XIV. [SAGITTARIUS.]

1 In Sagittarii signo in parte V. oritur Arcturus. Hoc signo oriente qui natus fuerit, erit talis qui amicorum secreta fideli taciturnitate custodiat. Huic opes regiae credentur aut aerarium populi aut aedes publicae. Si vero hunc locum malivolae radiaverint stellae, aut cura illis populi credetur, aut fiunt domus regiae ianitores, aut quibus in palatio admittendi vel salu-
2 tandi officia credantur. Si vero hoc sidus in occasu fuerit inventum, et hunc locum Saturnus cum Mercurio quacumque radiatione respexerit, faciet gravis criminis pulsatos invidia, et publico carceri traditos, vinc-

1 plectantur Γ 5 hoc in Δ hoc signo ζ | quicunque Δ] qui Γ 6 erit auriga Δ | et Γ] aut Δ 7 certe *alt. om.* A′ | equitiarius a] equitarius A equititiarius G equiticiarius N equitinarius D equinarius v 11 solerti *codd.* 13 stell. resp. Δ | proiectos Δ 14 impetus Δ 15 eversus Δ | curru Nv] cursu 18 In parte V. Sagittarii Δ Arturus Δ Areturus A 21 aut aerarium — 23 credetur *om.* N | aut *alt.* D] vel Γ 23 regiae Δ] regia A regis Gv 25 tradantur Δ 27 respexerint Γ

tos catenis cum miseris cruciatibus interire. In Sa- 3
gittarii parte X. oritur Cygnus. Hoc sidere oriente
qui natus fuerit, aut aves capiet, aut aves mercabitur,
aut ingenioso studio avibus humanae sonum vocis in-
sinuat, aut palumbos studiose nutriet. Si vero hoc
sidus in occasu fuerit inventum, dum sibi ex alienis
praesidiis parant subsidia facultatum, ab hostibus capti-
vitatis onere deprimuntur, aut propter spoliorum furta
publica animadversione plectuntur.

XV. [CAPRICORNUS.]

In primis partibus Capricorni oritur Ofiuchus. 1
Hoc sidere oriente qui nati fuerint, erunt Marsi qui
pestiferos angues sopitis ac mitigatis aculeis mitigent.
Si vero hoc sidus in occasu fuerit inventum, et hunc
locum *** quacumque radiatione respexerit, venenati *fol. 106r II*
serpentis ictu moriuntur. In parte VIII. Capricorni 2
oritur Delfinus. Quicumque hoc sidere oriente natus
fuerit, habebit natandi studium, sed cum Saturni testi-
monio urinator erit, cum Martis vero et Mercurii pe-
taminarios efelmatores orchestopalarios petauristarios
aut certe nautas cursus agilitate perspicuos. Si vero

1 cruciationibus A curationibus G | in *om.* Γ | parte X. Sag. Δ 2 X.] XXX. *Manil. 366* (ter decuma) 5 palumbos ΓD] columbas N 7 praesidiis] praediis va | subsidia Γ] praesidia Δ 8 propter spolia (studia A) aut propter spoliorum Γ | spoliarum D 10 *lemma om.* D De Kophiocho N 11 in *om.* Δ | Capr. prima parte Δ (*pluraliter Firm., quia certam partem non habet Manilius 390 sq.*) | Rofiuutus A Kofiulcus G Kophiochus Δ Ophiochus D² 12 sidere *om.* AΔ 14 Mars *post* et *in spat. vac. add.* D² (malevolae stellae a *post* respexerit *lac. hab.* A) 15 respexerint G respexit D 17 oriente *om.* Δ 19 petaminario (-norio N) se Δ 20 efelmatores] efelmatoris Γ felmatoris N felinatori D (efalm. σ) | orchestopalarios] ortistopalarios A ortistopalados G soristopalarios D sorcistopalarios N *cf. CGlL. III 302, 46* 21 nauta DGNv *corr.* κσ] nancta A innata a | perspicuos κσ] perspicuus (*subintellegendum aut supplendum* faciet; *nominativos legitimos restituit* a)

hoc sidus in occasu fuerit inventum, et hunc locum Saturnus minaci radiatione respexerit, in mari vel in
3 fluvio procellis et turbinibus erit submersus. In X. parte Capricorni oritur Lyra. Quicumque hoc sidere oriente nati fuerint, erunt aequi rectique cupidi, ad omne apti aequitatis officium, vindices scelerum, quibus publica iudicia quaestionesque credantur. Si vero hunc locum Saturnus quacumque radiatione respexerit, erunt tortores carnifices, qui malos homines pronae cupiditatis studio persequantur. Si vero hoc sidus in occasu fuerit inventum, publicis tormentis lacerati, aut exusti ignibus, aut torti quaestione legitima peribunt, praesertim si hunc locum Mars Saturnusve respexerit.
4 In XV. parte Capricorni oritur Cepheus. Quicumque hoc sidere oriente nati fuerint, erunt graves austeri, omni severitatis auctoritate [et] metuendi, vultum semper ex morum integritate fingentes, qui stoicam sectam vero sequantur affectu. Tales fuerunt apud veteres Catones, talis nostris temporibus Tullianus, qui severitatis merito etiam ordinarii consulatus insignia con-
5 secutus est. Quodsi in hoc loco Venus et Mercurius fuerint attestantes, arte tragica carmina aut legunt semper aut faciunt. Si vero hoc sidus in occasu fuerit inventum, in scopulis in quibus aliquando periclitati fuerant, misera corporis iactura morientur, aut nati statim peribunt, aut propter incestum publica animadversione plectuntur, ut novellae his et inauditae mortis inferatur exitium.

1 hoc sidus **N**] sidus hoc **A** sidus *om.* **DG** 2 vel fluvio *Δ* 4 Capr. p. X. *Δ* X. *om. in sp. v.* *Γ* | Lyra **DGNv**] lixa (?) **A** fidis sidera *Manil. V 410; Lyra Manilio est in Librae p. XXVI, cf. Boll Sphaera p. 267*[1] 10 persequuntur *corr.* **a** 13 respexerint **Nv** 15 oriente *om.* *Γ* 16 auctoritate] atrocitate **a** | *del.* **a** 19 Tullianus] Lollianus **a** *at vide Sittl Arch. Lex. IV 610 n. Boll Pauly-Wissowa RE VI 2366* 21 fuerint Venus et Mercurius *Δ* 22 ⟨subtili⟩ arte *vel sim.* *κ* 23 si vero **v**] at vero si *Δ* **G** aut si vero **A** 25 fuerant **A′**] fuerint *Δ* **G** | moriuntur *Δ* 27 plectuntur *Δ*] plectantur **A** plectentur **Gv** 28 feratur *Δ* infertur **A**

XVI. [AQUARIUS.]

fol. 106v I

In Aquarii parte XII. oritur Aquila. Quicumque 1 in ortu huius sideris nati fuerint, ex caede hominum et ex spoliis habebunt vitae subsidia. Capient etiam feras pariter et domabunt. Erunt praeterea fortes militares, quorum virtute atque praesidio bellorum metuendi impetus sopiantur. Erunt sane tanta virtute, ut nudo praediti pectore hostes sequantur, ut ad laudem suam †prospere credant, si mortem secura animositate contempserint. Quodsi hunc locum benivolae stel- 2 lae prospera radiatione respexerint, liberabunt patriam, condent etiam alias civitates, et devictis vel subiugatis gentibus triumphabunt. Quodsi Mars hunc locum Saturnusve respexerit, faciet praepositos tribunos ministros imperatorum, vel satellites regum, et quibus cura imperii vel armorum custodia credatur. Si vero in occasu fuerit hoc sidus inventum, faciet natos suffocari. In Aquarii parte XX. oritur Cassiepia. Hac oriente 3 qui nati fuerint, erunt aurifices bracteatores inauratores emplastratores margaritarii, has omnes artes ingeniosa conversatione tractantes. Ex his artibus maxima vitae [suae] subsidia habebunt. Si vero hoc sidus in occasu fuerit inventum, hi qui nati fuerint aut ex ruina peribunt, aut interfecti morientur.

1 *lemma om.* **D** *et* **A** *qui hab. ante § 3;* De aquila **N** 2 in *om.* *Δ* 3 caedis *Δ* 5 praeterea] pariter **N** 8 praediti *suspectum* | ut] et *ζ* 9 prospere **DGNv**] proicere **A** proficere **a** prodesse *ϰ* | accedant *σ* (*cf. Manil. 497* laus est contendere cuncta. et si forte bonis accesserit impetus ausis, improbitas fiet virtus) | morte **N** mortes **A** 12 vel] et **N** | subiugatis *Γ*] subactis *Δ* 13 gentibus] hostibus **D** hostibus vel gentibus **v** 14 respexerint *Δ*$\mathbf{G}^{b}$ | facient *Δ* 17 hoc sidus fuerit *Δ* 18 in *om.* *Δ* | Cassiopea *Δ* | et hac *Γ* 19 bracteatores $\mathbf{D}^{2}$] braciatores | inauratores *om.* *Δ* 20 emplastratores *ζ*] implastratores *Δ***v** implastatores **G** implastores **A** 22 *del.* **A** | habebunt **A**] praebebunt (⟨et⟩ ex his . . . quaerentes *ϰ*)

XVII. [PISCES.]

1 In Piscium parte XII. oritur Andromeda. Quicumque hoc sidere oriente natus fuerit, contra homines crudeli semper feritate grassabitur. Erit autem aut poenarum publicarum minister, aut carceris custodia, aut carnifex cui occidendorum hominum officia cre- 2 dantur. Quodsi benivola stella cum malivolis iuncta hunc eundem locum viderit, facit ergastulis praepositos vel metallis. Si vero hoc sidus in occasu fuerit inventum, et locum istum malivolae stellae respexerint, facient feris obici aut in crucem tolli. Quodsi sic malivolis ordinatis benivolarum stellarum favor accesserit, facient in ludum dari, vel perpetuis stringi vin- 3 culis catenarum. In Piscium parte XXI. oritur Equus. Quicumque hoc sidere oriente nati fuerint, erunt †prae- *fol. 106v* II terea curiosi aurigae agitatores equites veredarii speculatores, nonnumquam medici sed qui herbis medelas hominibus pecoribusque conponant. Si vero cum malivolis stellis in occasu fuerit hoc sidus, aut calcis ictu aut deiectus †curabitur, ⟨aut⟩ versato [servatos] vehiculo faciet interire, et misera corporis laceratione quas- 4 satos. In extremis partibus Piscium oritur Ingeniculus qui a Graecis Engonasin dicitur. Hoc sidere oriente

2 Piscium *om.* Δ | XII. parte habent Andromedam. Hoc sid. or. quicumque Δ 3 oriente *om.* **Gv** | natus fuerit . . . grassabitur. Erit . . . minister **G**] nati fuerint . . . grassabuntur. Erunt . . . ministri *cf. Manil. 621 (Matrit.):* inmitis veniet poenaeque minister carceris et duri custos 5 custodia aut carnifex cui Γ] custodes aut carnifices quibus Δ custos σ *e Manil. cum clausula* 8 faciet Δ 12 ordinatis malivolis benivolarum **N** ordinatis malivolarum **D** 13 faciet **GNv** 14 XXI σ *e Manil. 632*] XX | Equus σ (*ex Manil. 634* aerius nascetur equus)] Aes **GNv** es **A** Aces **D** 15 praeterea *om.* **Dv** praepositi cursorii ϰ | erunt ⟨*****erunt⟩ praeterea σ 20 curabitur] lacerabitur σ | *add.* a | *del.* ξ 21 interire faciant sed Δ | et *del.* ϰ 23 ingonasim **A** ingonosim **G** engonasim **D** Eugonasis **N** | Hoc — erunt *om.* **D** Quic. hoc sid. or. **N**

quicumque nati fuerint, erunt sagaces callidi variis instructi dolis, mendaces qui homines variis insidiis appetant, et qui effrenata semper animositate grassentur. Cum testimonio vero Martis et Lunae erunt funambuli †olibatae neurobatae. Occidente hoc sidere qui nati fuerint, ex variis insidiis periclitabuntur. Quem
locum si Mars radiaverit, vivi exurentur. In extremis 5
partibus Piscium in laeva parte consurgit Belua quae a Graecis Cetus vocatur. Quicumque hoc sidere oriente nati fuerint, erunt piscatores sed magnorum piscium. Hi enim focas canes marinos xifias thynnos corcodillos capient. Habebunt etiam officia quae ex salibus sunt vel ex salsamentis et a liquamine, et haec mercabuntur. Si vero hoc sidus in occasu fuerit, et Mars hunc locum radiaverit, natantes in fluvio vel in mari a corcodillis vel a canibus et huiuscemodi beluis consumentur.

[Septentrio.] Oriente Septentrione qui est inter 6
Pisces et Arietem, hoc est inter initium finemque mundi, qui in uno infixus loco et in ipso mundi vertice collocatus axem mundi perpetua celeritate contorsit: hoc itaque signo oriente quicumque nati fuerint, erunt mansuetarii ferarum, id est qui ursos vel tauros vel leones deposita feritate humanis conversationibus socient. Si vero Septentrio in occasu fuerit inventus,
attestante Marte, a feris interibunt. Extremus est An- 7
guis, qui inter duas Arctos positus in modum fluminis

1 sagaces v] fugaces 2 et qui a | variis homines (*om.* D[1]) appetant (petant N) insidiis Δ 4 funambuli a] funeambuli D foneambuli N funeabuli Gv fimetinbuli A 5 olibatae] oribatae a calobatae σ *cl. CGlL VI 475* | occident A′ 6 ex GN] et A′ in D 9 vocatur Δ] dicitur Γ 10 maiorum A′ 11 phocas DGv | xifyastynos A xifyastinos G xifiastinos D xifiastonos N | cocodrillos A′ crocodillos D[2] 13 a liquamine G] aliqua minera A liquamine Δ 16 corcodillis Δ] crocodillis A crocodrillis G | et *om.* A′ (*unde* vel ab aliis σ) | beluis *om.* A 20 uno Γ] imo Δ 21 contorquet a 25 septemtrion G *cf. de err. 52, 15* 27 duos artos N | flu-

sinuosis flexibus labitur. Quicumque hoc sidere ori- fol. 107r I ente nati fuerint, erunt marsi vel qui venenis et herbarum pigmentis salutaria soleant remedia conparare. Si vero hoc sidus in occasu fuerit inventum, serpentum morsu icti vel certe hausto veneno peribunt.

8 L y g n u s quoque ad huius signi pertinet partem. Quicumque hoc sidere ⟨oriente⟩ nati fuerint, erunt metallorum inventores qui latentes auri et argenti venas et ceterarum specierum sollertibus inquisitionibus persequantur. Erunt etiam monetarii. Si vero hoc sidus in occasu fuerit inventum, et Mars in ipso loco fuerit, vel in diametro vel in quadrato, aut incensa domo conflagrabuntur, aut publica sententia flammis ultricibus concremabuntur.

9 Illud etiam scire debemus, quod si illa hora qua conpletur partus, aut terrae motus fuerit, aut caelum tonaverit, quicumque natus fuerit, semper tremulo corpore instabilis erit, qui dubio gressu trepidantibusque vestigiis per omnia horarum momenta inminentium
10 culminum speret ruinas et metuat. Huic oculi micabunt, et ardenti acie omnia perhorrescunt, nec verba certum ordinem servant, sed inpeditus sonus vocis tremulum murmur exibilat, aut strictis faucibus ⟨in⟩ ipso semper exitu verba deficiunt. Putabunt semper tonare, terram semper moveri, semper omnia ruere, et caducis agitati erroribus rectae conversationis ordinem perdent.

minis sinuosis D²] fluminosis sinuosis D¹ fluminis fumosis N fluminis qui sinuosis Γ
1 oriente *om.* Γ 2 et ζ] ex 3 conponere ϰ 5 haustu (hausti N) venenato Δ 6 lignus A′ cygnus Δ *cf. Boll Sphaera 400. 545* 7 *add.* N 9 solertibus ΔG | perscrutantur A 10 etiam Γ] et Δ 12 aut A] vel 13 flammis ultricibus *om.* Δ 16 partus ΔG] pars A′ 17 tonuerit Δ | tremulo ϰζ] tremulus 21 ardenticie Δ | omnia A] omnium 23 aut Gv] ut AΔ | faucibus *om.* N | *add.* a | ipso] temporum Δ 25 terramque N 26 caducis ϰζ] caducae (caecis . . . terroribus σ) | agitati ϰσ] cogitatis

Haec sunt Mavorti decus nostrum, Barbaricae 11
Sphaerae principia, haec est Chaldaici operis disciplina.

XVIII.

Nunc ad sequentes partes Sphaerae Barbaricae 1
omnem tractatum transferam, quae Myriogenesim ex aliqua parte imitatur. Quicquid enim Myriogenesis de singulis minutis pronuntiat, hoc nos de singulis faciemus partibus. Integer itaque horoscopi gnomon ponendus est, ut vera pars sollerti conputatione collecta apotelesma fideli faciat pronuntiatione proferri. Si vero aliter, totum quicquid promissum fuerit, vitiis ac mendaciis obumbratur. Nunc itaque incipientes ab Ariete singulas partium vires atque earum apotelesmata secundum Sphaeram Barbaricam proferemus.

XIX. [ARIES.] *fol. 107ʳ II*

In Arietis I. parte quicumque habuerint horosco- 1
pum, si benivolarum stellarum radius accesserit, nascentur reges duces, prospere semper ducentes exercitum. In Arietis parte II. quicumque habuerint horoscopum, erunt contumaces fures et qui semper praepostero furore grassentur, domicilium suum ad peregrinas regiones transferentes. Si vero in hac parte horoscopo constituto Mars testimonium adhibuerit, et Lunam de quadrato vel de diametro viderit, praedictis facinoribus
detectis publica animadversione plectuntur. In Arietis 2
parte III. quicumque habuerint horoscopum, erunt surdi

2 caldaici **A**Δ chaldeici **G v** 4 nunc **A′** D^2] hunc D^1**G** hinc **N** | partem Δ 5 quae Δ] quem *Γ* 7 faciemus de singulis **A′** 8 horoscopus *corr.* ς 11 vero aliter *Γ*] enim Δ | vitio *Γ* 13 partium **G v**] partes **A**Δ (partes viresque corum apot. **A**) 16 In I. parte eius Δ | habuerint **A**] habuerunt **G** habuerit Δ**v**) | horoscopum collocatum Δ 18 exercitus Δ 21 regiones **G N v**] nationes **D** terras **A** 22 horoscopus Martis testimonium habuerit **A** 23 Lunam **A′**] Luna Δ**G** 25 detecti *corr.* ς *tuetur* ϰ *qui* ⟨in⟩ praed.

unioculi stolido fatuitatis stupore confecti. In Arietis
parte IV. quicumque habuerint horoscopum, erunt fures
qui in isto facinore deprehensi occidantur. In Arietis
parte V. quicumque habuerit horoscopum, magno po-
pulo praeerit, et de rebus maximis iudicabit, et prae-
ponetur omnibus suis merito dignitatis. Erit iustus
integer sobrius, qui religiones patrias cum maxima
veneratione tueatur. Sed omni praeconio bonitatis or-
3 natus, morte sua morietur. In Arietis parte VI. qui-
cumque habuerit horoscopum, erit amicus regum et
potentium iudicum maximorum, illustribus ornatus
dignitatis insignibus, et omnia in se gloriae ornamenta
circumferens. Alium artis cuiusdam conmendabunt
merita, alius militaribus officiis praeerit. Sed hi morte
sua moriuntur. In Arietis parte VII. quicumque ha-
buerit horoscopum, cum testimonio Iovis erit athleta,
cum Martis vero testimonio gibberosus biothanatus.
4 In Arietis parte VIII. quicumque habuerint horosco-
pum, cum testimonio malivolarum stellarum, erunt
athletae sed quos nobilitent illustrium merita virtutum.
Sed hi post multa insignia biothanata pereunt morte.
Si vero ad hanc partem benivolarum stellarum radius
fol. 107v I accesserit, erunt vates maxima in animo divinitatis
insignia praeferentes. In Arietis parte IX. quicumque
habuerint horoscopum, in prima aetate positi biotha-
5 nata morte morientur. In Arietis parte X. quicumque
habuerint horoscopum, erunt perfidi inreligiosi periuri,
sed hi variis vitiorum valitudinibus oppressi in prima
aetate morientur. In Arietis parte XI. quicumque

1 unioculi **ND**[2] *mg.*] uinoculi **G** unoculi **A** *om.* **D**[1] 3 occidentur *Γ* 5 ut praeponatur *Δ* 6 suae a | merita *Δ* 7 patrias ϰ | patris 11 potentum *Δ* | maxim. *ante* et *pon.* σ; auxilio (*pro* max.) ϰ 13 alium *Γ*] alius *Δ* 18 habuerit *corr.* **v** 21 pereunt morte *Δ*] peribunt morte **Gv** morte interibunt **A** 26 moriuntur *Δ* 27 periuri *Δ*] impuri *Γ* 28 hi *om.* *Δ* | in altitudinibus *Δ* 29 aetate *om.* *Δ* | moriuntur **Gv**

habuerit horoscopum, Iove aut in ea⟨dem⟩ parte con-
stituto, aut de trigono partili radiatione coniuncto, erit
potens magnificae praeferens dignitatis insignia, quem
regibus aut potentibus viris fida amicitiae necessitudo
coniungat, dives affluens grandia terrarum ac possessio-
num spatia possidens, famosus dux omni dignitatis ho-
nore cumulatus, et prosperis famae testimoniis adorna-
tus. Sed hic morte sua morietur. In Arietis parte XII. 6
quicumque habuerit horoscopum, Iove et Venere in
ipsa parte constitutis cum testimonio Lunae, vel si
hanc eandem partem Luna trigonica radiatione respi-
ciat, erit praeclarus splendore nobilitatis ornatus, dives
et cui facile omnia conferantur dignitatis insignia;
longaevus morietur. In Arietis parte XIII. quicumque
habuerint horoscopum, erunt steriles quibus semper
desiderata soboles denegetur. Sed hi media aetate
morientur. In Arietis parte XIV. quicumque habuerit 7
horoscopum, erit negotiator sed affluentibus divitiis
instructus, fenerator de mensis publicis colligens magna
divitiarum subsidia, notus omnibus semperque per-
spicuus. Hic locus etiam textores faciet, vel qui lanas
purpurasque pertractent; senes morientur. In Arietis
parte XV. quicumque habuerit horoscopum, erit inpu-
dica libidinum labe pollutus, et inpuris semper vitiis
obligatus, cinaedus publica damnatus infamia. Si vero
mulier fuerit, similis eam inpuritatis libido percutiet.
In Arietis parte XVI. quicumque habuerit horoscopum, 8
assiduis intestinorum doloribus cruciabitur, sed his la-

1 habuerint *Δ* | cum Iove *Γ* | *add.* v 2 trigona **AN** | partili *om.* *Δ* | iuncto *Δ* 3 praeferens] praeferent **G** perfectus **N** | dignitati *Δ* | insignia *om.* *Δ* 4 fida *om.* *Δ* 5 affluens *Δ*] fluens *Γ* ac fluens v divitiis affluens *σ* 8 Sed *ζ*] et *Γ* *om.* *Δ* 9 a Iove *Δ* 10 cum *om.* **A′** 13 et cui — insignia *om.* **A′** | conferantur omnia *Δ* 16 desideria sobolis denegentur *Δ* | ⟨in⟩ media *σ* 19 mensis] messis **N** *mg.* 21 etiam **D**] et **N** *om.* *Γ* 22 pertractant *Γ* | senes morientur *om.* *Γ* 23 inpudica *Γ*] in publica *Δ* 28 intestinorum assiduis *Δ* | his v] iis **N** is **ADG**

niatus morietur. Si vero fuerit femina, in partu ex-
fol. 107v II tremae vitae munus inplebit. In Arietis parte XVII.
quicumque habuerit horoscopum, erit auceps venator,
vel nutritor avium aut ferarum. Si vero ad horosco-
pum testimonium Martis accesserit, a feris vel a cani-
9 bus lacerabitur et morietur. In Arietis parte XVIII.
quicumque habuerit horoscopum, erit mulio vel mu-
larum pastor, sed hic a modica bestiola id est a phalan-
gione aut a mure araneo aut a scorpione percussus
⟨interibit. Quodsi horoscopum Mars minaci radia-
tione respexerit, a lupo comestus⟩ morietur. In
parte XIX. Arietis quicumque habuerit horoscopum, in
10 primo aetatis vestibulo constitutus morietur. In Arie-
tis parte XX. et XXI. et XXII. quicumque habuerit
horoscopum, si ad eam partem Iovis prosperum ac-
cesserit testimonium, vel sit in ipsa parte Iuppiter
constitutus, erit dives multa et praeclara ornatus so-
bole filiorum, vel multorum fratrum praesidio munitus.
Sed hunc eundem regibus vel potentibus viris fida
amicitiae merita coniungent. Erit cultor deorum omni
praeconio bonitatis ornatus, bonus benivolus iustus
longaevus felix in senectute, et qui morte sua moria-
11 tur. In parte XXIII. Arietis quicumque habuerit horo-
scopum, erit strumaticus exulcerata macularum labe
possessus, vel certe elephantiosus. ⟨In parte XXIV.
Arietis quicumque habuerit horoscopum⟩ * * *. In
parte XXV. Arietis quicumque habuerit horoscopum,

1 extremum ϰ 3 hor. hab. **Γ** | habuerint **N** | aucupes **Δ** 4 aut] vel **Nv** 6 XVIII. parte Arietis **Γ** 8 bestia **Δ** | id est **Δ G**] aut **A** id est aut **v** | phalangione **a** (*cf. Plin. XVIII 156* nascitur et p h a l a n g i o n in ervo, b e s t i o l a a r a n e i gene-ris)] spalangione **GNv** spalongione **A** spangione **D** 9 araneo **D**^{2}**G**] haraneo **N** horraneo **D**^{1} traneo **A** 10 *add.* **N**, *sed et* **D** *habet* interibit *pro* morietur 12 parte Ar. XIX. **Δ** 13 primae **G** 14 parte XX. Ar. **Γ** Ar. *post* XXII. *pon.* **D** | et *ante* XXI. *om.* **Δ** 16 sit ϰ] si (constitutus fuerit **Aa**) 17 multa et **Δ**] multaque **A′** multaque et **G** 21 benivolus bonus **Δ** 23 p. Ar. XXIII. **N** 25 elephanticus **N** | *suppl.* **a** *quae et plura ad libitum addidit* 27 Ar. p. XXV **N** Ar. *om.* **A**

erit aurifex bracteator aut marmorarius vel his similis.
In parte XXVI. Arietis quicumque habuerit horoscopum, ita erit timidus ut per omnia horarum momenta
vanis suspicionibus expavescat. In parte XXVII. Arie- 12
tis quicumque habuerit horoscopum, erit lanarius siricarius textor. In parte XXVIII. Arietis quicumque habuerit horoscopum, latrinas semper cloacasque mundabit, vel ad opus publicum damnabitur sententia iudicantis. In parte XXIX. Arietis quicumque habuerit horoscopum, erit tonsor. In parte XXX. Arietis id est in extrema cauda quicumque habuerint horoscopum, erunt insani caduci frenetici oligochronii.

XX. [TAURUS.] *fol. 108r I*

In Tauri parte I. quicumque habuerit horoscopum, 1
erit vates entheus sed qui in templis vaticinari consueverit. In parte II. Tauri quicumque habuerint horoscopum, baiulabunt stercora; latrinas cloacasque purgabunt. In parte III. Tauri quicumque habuerint horoscopum, ⟨erunt agricolae aratores. In IV. parte Tauri quicumque habuerint horoscopum,⟩ erunt famosi scaenici, qui in sacris certaminibus consequantur insignia coronarum. In parte V. Tauri quicumque ha- 2
buerit horoscopum, Marte ibi posito vel minaci radiatione coniuncto, ex gravibus offensis morietur. In parte VI. Tauri quicumque habuerint horoscopum, erunt

1 braciator *codd.* | aut] vel **N** | vel his similis Δ] erit **Γ** 4 Ar. p. XXVII. Δ 5 sericarius **N** stricarius **Gv** 6 textor vel lanarius (lanatarius **G**) **Γ** | Ar. p. XXVIII. **N** Ar. *om.* **A** *hic et l.* 9. 10 7 semper *om.* Δ 10 id est in extrema cauda *om.* **A** *post* horoscopum *ponit* **N** 11 habuerit Δ 13 *lemma om.* **D** *plenius hab.* **N** 14 Tauri in I. p. **N** T. I. p. **D** 15 entheus D^2] enteus **GN** eriteus **A** | consuescat Δ consueverat **A** 16 II. p. Δv | habuerit **A**Δ 18 III. p. Δv 19 erunt — 20 habuerint *add.* **N**, horoscopum *nos* 22 V. p. Δ | habuerint . . . morientur **DG** 25 VI. p. Δ

exoleti, ad omne vitium inpuritatis applicati, reumatici cinaedi sed quos gravis semper pulset infamia. In parte VII. Tauri quicumque habuerit horoscopum, erit haruspex augur praestigiator. In VIII. parte Tauri quicumque habuerit horoscopum, novis et repentinis
3 provectus honoribus subito morietur. In parte IX. Tauri quicumque habuerint horoscopum, erunt turpes infames omnium vitiorum labe polluti. In parte X. Tauri quicumque habuerint horoscopum, erunt mali maligni malitiosi, et qui omnibus infelicitatis quassentur incommodis. Sed hi biothanata semper morte morientur. In parte XI. Tauri quicumque habuerint horoscopum, malignis humoribus vitiato corpore intumescunt, et
4 hydropici morientur. In parte XII. Tauri quicumque habuerint horoscopum, concremati ignibus pereunt. In parte XIII. Tauri quicumque habuerit horoscopum, erit praepositus athletarum vel magister palaestrae. In parte XIV. Tauri quicumque habuerit horoscopum, erit corpus eius foedis odoribus possessum, ut hircini foetoris miserum semper virus exsudet. In parte XV. Tauri quicumque habuerint horoscopum, erunt mendaces et ab omni fide veritatis separati. Erunt etiam
5 edaces gulae ventrisque libidinibus servientes. In parte
fol. 108r *II* XVI. Tauri quicumque habuerint horoscopum, erunt ad omnia vitia coinquinati. In parte XVII. Tauri quicumque habuerint horoscopum, erunt fabri ferrarii. In parte XVIII. Tauri quicumque habuerint horoscopum, erunt ⟨semper⟩ servi humiles pistores. In parte XIX.

1 appliciti **D** | rumatici (*i. e. qui se inrumandos praebeant*) ζ erunt pathici σ irrumatores **a** 3 habuerit horoscopum **N**] horosc. hab. horosc. **G** hor. hab. **A′D** 4 praestigiator *om.* *Γ* | p. VIII. *Δ* 5 et *Γ*] ac **Dv** eis **N** 9 mali *om* *Δ* 11 semper morte D^2] morte semper *Δ* semper *om.* *Γ* 12 horosc. hab. *Γ* 14 ydropici *Δ* 16 horosc. hab. *Γ* 20 se virus *Δ* | exardet **N** 21 horosc. hab. *Γ* 24 horosc. hab. *Γ* 25 ad omnia vitia *om.* *Γ* 26 horosc. hab. *Γ* 27 Tauri *om.* **Dv** 28 *add.* **N** | pictores **N**

Tauri quicumque habuerint horoscopum, erunt steriles
et quibus semper filii denegentur. Quodsi Mars in
ipsa parte fuerit, aut ex alto cadentes aut in humido
loco vel in aqua morientur. In parte XX. Tauri qui- 6
cumque habuerint horoscopum, erunt foeda inpuritate
polluti, cinaedi miseris libidinibus servientes. Si vero
mulieris fuerit ista genitura, publice prostituetur in
fornice. In parte XXI. Tauri quicumque habuerint
horoscopum, lanceati morientur. In parte XXII. Tauri
quicumque habuerint horoscopum, erunt gibberosi ridi-
culi et biothanati. In parte XXIII. Tauri quicumque 7
habuerint horoscopum, erunt voce rauci lenones, ci-
naedi infamiae semper labe polluti. Quodsi benivolae
stellae aut in ipso loco fuerint, aut hunc eundem
locum trigonica radiatione respexerint, erunt tragoedi
comoedi †ceruces. In parte XXIV. Tauri quicumque
habuerint horoscopum, erunt musici. Sed si hunc
eundem locum malivolae stellae radiaverint, biothanata
morte morientur. In parte XXV. Tauri quicumque 8
habuerint horoscopum, erunt fullones aut certe ton-
sores. In parte XXVI. Tauri quicumque habuerint ho-
roscopum, extincto uno oculo etiam surdi fient. In
parte XXVII. Tauri quicumque habuerint horoscopum,
erunt pantomimi sed cinaedi. In parte XXVIII. Tauri
quicumque habuerint horoscopum, multa possidebunt,
infinitis lucris acquisitus illis divitiarum cumulus ac-
cedet. Sed in posteriore aetate erunt miseri.

Inter cornua Tauri quicumque habuerit horoscopum, 9

1 hab. horosc. Γ] nati fuerint **N** habuerit horosc. quicunque nati fuerint **D** (habuerit *in* habuerint *corr. et* quic. n. f. *del.* **D**²) 2 semper *om.* Δ 4 vel Γ] aut Δ 9 lacerati **a** 11 biothanati morientur Δ 16 ceruces **AD**] cerutes **G** truces **v** (ceruces — erunt *om.* **N**) ceraulae ϰ teretes ζ 18 rad. stell. **N** 21 *et* 23 horosc. hab. Γ 26 cumulus divitiarum Δ | accedat Δ *praefert* ζ *qui* ⟨ut⟩ infinitis (⟨et⟩ infin. σ) 27 posteriori **A′** | *post* miseri *spatia complurium linearum vacua reliquerunt* Δ 28 cornua id est prima et secunda parte Tauri **D** (*immo cornua sunt in part. XXIX et XXX, errat Firmicus p. 288, 3*)

erit rex vel dux. ⟨Qui autem in dextro cornu habuerit
horoscopum, erit princeps vel dux⟩ magnus gloriosus
terribilis, et cui imperium navale credatur, vel qui pe-
destrem ducat exercitum. Subiugabit alias civitates,
alias liberabit. Sed huic in perpetuum soboles denega-
fol. 108v I tur. †Huic etiam satis felices nascentur eunuchi, et qui-
bus regni tuitio credatur. Multis multa praestabunt.
Decernuntur illis imagines pariter et tituli, sed postea
10 offenso principe mala morte morientur. Oritur etiam
cum Tauro N a v i s. Qui ibi habuerint horoscopum, erunt
negotiatores hilares semper et laeti. Quodsi ibi beni-
vola stella ⟨fu⟩erit, erunt potentes navicularii. Quodsi
et Martis accesserit testimonium et Lunae, et per mare
et per terras ducent exercitum, equitibus peditibusque
praepositi. ⟨Sed⟩ hi ira principis aut indignatione
morientur. Qui autem in ipsa Navi habuerint horosco-
pum, erunt nautae gubernatores negotiatores, aut fabri
architecti navium.

XXI. [GEMINI.]

1 In parte I. Geminorum quicumque habuerint horo-
scopum, si in ea parte Saturnus ⟨fuerit inventus, aut
si eam Saturnus⟩ quacumque radiatione respexerit, erunt
potentes magni primi provinciae suae, civibus suis cum
maximo honore metuendi; sed hi cum maxima princi-
2 pis indignatione morientur. In parte II. Geminorum
quicumque habuerit horoscopum, Iove illic cum Sa-

1 *add.* **N** 2 erit magnus ***Γ*** 6 hinc *ζ* 8 et] ac **Dv** 12 *add.* **a** | naucleri **A** nauclerii **v** | quodsi et *ζ*] quod et si ***Γ*** quodsi ***Δ*** 13 et *ante* per mare *om.* ***Δ*** 14 terram ***Δ*** 15 *add.* **a** | hi **ADN**] in **Gv** 16 in *om.* ***Δ*** | navi **A′**] nam **G** nave ***Δ*** 19 *lemma plenius hab.* **N** *hic et post* 20 In eius signi p. I. (Geminorum *om.*) ***Δ*** | habuerit ***Δ*** 21 *add. σζ* 23 et civibus ***Δ*** 24 horrore *σ* | metuendi **A′D²**] metuendus **G** metuendis ***Δ*** | cum maxima *om.* **A′** | princ. indign. mor. *ζ*] mor. ind. princ. ***Γ*** ind. princ. mor. ***Δ*** 26 habuerint ***Δ*** | illic **GN**] illis **A′D** | cum ***Δ***] vel ***Γ***

turno posito, praesertim si in oportunis geniturae locis
Luna collocata plena lumine ad ipsos feratur, erit dux
qui equitum peditumque ducat exercitum, cui navale
conmittatur imperium. Subiugabit plurimos, ignota
sibi videbit loca, ut usque in longinqua loca potesta-
tis †etiam dentur insignia. Erit sane iustus religiosus,
plurimis multa praestans. Susceptis filiis morte sua
morietur. In parte III. Geminorum quicumque habue- 3
rint horoscopum, erunt sacerdotes vel principes aut
reges sacrorum. In parte IV. Geminorum quicumque
habuerint horoscopum, erunt eximia pulchritudine cor-
poris speciosi, quos regibus corporis pulchritudo con-
mendet, ut in amorem eorum regis desideria semper
exaestuent. In parte V. Geminorum quicumque habue-
rint horoscopum, erunt nobiles et erecto superbiae spi-
ritu sublevati. In parte VI. Geminorum quicumque 4
habuerint horoscopum, erunt divini enthei vates. In *fol. 108v II*
parte VII. Geminorum quicumque habuerint horosco-
pum, erunt carceris custodiarumque custodes. In parte
VIII. Geminorum quicumque habuerint horoscopum, si
Mercurius in ipsa parte locum habuerit, erunt musici,
si Mars, salpistae. Sed hi morientur in bello. In parte
IX. Geminorum quicumque habuerint horoscopum, prae-
sente Marte, erunt operarii laturarii, perpetuo infelici-
tatis onere praegravati. In parte X. Geminorum qui- 5
cumque habuerit horoscopum, pulmonum dolore mo-
rietur. In parte XI. Geminorum quicumque habuerint
horoscopum, erunt oplomachi. In parte XII. Gemino-

3 et cui *vel* vel cui ζ 5 sibi **Γ**] ipse **Δ** | ut] et **N** 6 etiam **Γ**] et **Δ** | dantur **A** ei credantur *vel* mandentur σ extendantur κ 9 aut] vel **N** 10 parte IV. Geminorum **D**] IV. p. G. **N** IV. G. p. **Γ** 11 eximia **Δ G**] maxima **A′** 12 pulchritudo corporis **Δ** 14 exaestuent **D**^{2}**GN**] aestuent **A′** | V. G. p. **A′** parte V. Gem. parte **G** 15 et *om.* **N** 16 VI. G. p. **A′** 18 VII. p. G. **A** VII. G. p. **G**v 20 VIII. G. p. **Γ** 22 salpistae sed κ] salpistaes **Γ** salpistes **Δ** 24 laturarii **A**] laterarii **D**^{2} latuarii **D**^{1}**GN**v *cf. I 224, 24* 28 eplomachi **G**

rum quicumque habuerit horoscopum, Marte praesente,
punctu teli morietur, mulieres autem in partu defi-
cient. In parte XIII. Geminorum quicumque habuerint
horoscopum, inflato ventre hydropici morientur. In
parte XIV. Geminorum quicumque habuerint horosco-
pum, Marte praesente, de alto loco lapsi misera morte
6 morientur. In parte XV. Geminorum quicumque ha-
buerint horoscopum, erunt balneatores mediastrini. In
parte XVI. Geminorum quicumque habuerint horosco-
pum, erunt pantomimi sed quos multorum amoribus
perspicua pulchritudo corporis semper insinuet. Sed
erunt molli ac delicato corpore. In parte XVII. Ge-
minorum quicumque habuerint horoscopum, faciet eos
pulchritudo et corporum magnitudo perspicuos. Erunt
7 sane verecundi et propter hoc amici regum. In parte
XVIII. Geminorum quicumque habuerint horoscopum,
erunt athletarum exercitatores, palaestricis semper obse-
quiis deputati. In parte XIX. Geminorum quicumque ha-
buerint horoscopum, Marte praesente, ferro morientur.
Quodsi Saturnus in ea parte fuerit, aquam haurientes
perpetuis laboribus deterentur. Quodsi Luna in squamo-
sis signis posita plena lumine feratur ad Martem, vel mi-
8 nuta ad Saturnum, elephantiaci fient. In parte XX. Ge-
minorum quicumque habuerint horoscopum, Marte prae-
sente, habebunt populi gubernacula, et eis popularia iu-
fol. 109r I dicia credentur. Sed biothanata morte morientur. In
parte XXI. Geminorum quicumque habuerit horoscopum,
si Saturnus in eodem loco fuerit, et si Luna bene sit

1 horosc. hab. **Γ** | praesenti **N** 2 celi **GN** | autem **Γ**] vero **Δ** 3 horosc. hab. **ΓN** 4 moriuntur **Δ** 5 horosc. hab. **ΓN** 8 mediastini **D**² *cf. Marx ad Lucil. 512* 14 corporis **Δ** 15 sane *om.* **Δ** 17 palaestricis semper **Γ**] palaestricisque **Δ** 18 hab. horosc. **AN**] horosc. hab. **DGv** 20 ea *om.* **Γ** 21 deterentur v] deteruntur **D**² deterrentur **ΓΔ** 23 elephantici a *aptius ad clausulam; cf. et 344, 11* | fiunt **A′** 24 habuerit **Δ** 25 habebit **N** | eis ζ] ei | popularia **GN**] pulchra **AD**² (*totum decretum om.* **D**¹) 26 creduntur **N** 27 horosc. hab. **ΓΔ** *transpos.* ζ | habuerit **A′**] habuerint **ΔG** 28 sit bene **Δ**

collocata, erit affluentibus divitiis copiosus, nobilis
regum amicus, paucorum filiorum pater, aut paucorum
fratrum frater. Sed longaevus morietur. In parte XXII. 9
Geminorum quicumque habuerit horoscopum, erit ci-
tharoedus musicus, maxima praeferens ex hoc nobili-
tatis insignia, et quem regibus amicitiae necessitudo
coniungat. Sed hic biothanata morte morietur. In
parte XXIII. Geminorum quicumque habuerit horosco-
pum, erit virtute strenuus, in bello nobilis, et quem
omnibus ob hoc prosperum testimonium famae con-
mendet. Sed iste sine filiis morietur. In parte XXIV. 10
Geminorum quicumque habuerint horoscopum, ⟨erunt
cursores et qui perpetuo laboris onere praegraventur.
In parte XXV. Geminorum quicumque habuerint ho-
roscopum,⟩ Marte ibi posito, vel de diametro respi-
ciente vel de quadrato, de alto lapsi pereunt, [et] vel
fractis pedibus interibunt, aut a feris bestiis lacerati
deficient. In parte XXVI. Geminorum quicumque ha- 11
buerint horoscopum, erunt sacerdotes haruspices pro-
phetae, sed regibus fideli amicitia iuncti. Quodsi Sa-
turnus in ea parte fuerit, faciet cinaedos sed qui regis
indignatione moriantur. In parte XXVII. Geminorum
quicumque habuerint horoscopum, erunt aeditui custo-
desque templorum, vel qui sacrorum officiis deputen-
tur, aut hieroduli. In parte XXVIII. Geminorum qui- 12
cumque habuerint horoscopum, erunt caduci mente
capti oligochronii. In parte XXIX. Geminorum qui-
cumque habuerint horoscopum, erunt litigiosi conten-

1 erunt (*sed* copiosus *etc.*) **N** 3 p. G. XXII. **D** parte *om.* **A** 4 habuerint **AD** 5 praeferens ζ] praeferet **ΓN** perferet **D** 8 horosc. hab. **Δ** 10 ob *om.* **D** ab **G** ob hoc *om.* **N** 11 iste *om.* **Δ** 12 horosc. hab. **ΓD** | *add.* **N** 15 respic. vel de quadr. **N**] vel d. qu. resp. 16 *del.* **Gv** 17 bestiis **Γ**] beluis **Δ** 18 deficiunt **A′** | XXVI. **N**] XXV. | horosc. hab. **Γ** 19 auruspices **D** aurispices **A** aruspices **Nv** 20 fidei **G** 21 ea **Γ**] ipsa **Δ** 22 p. XXVII. G. **N**] p. XXVI. G. **D** parte XXVI. G. parte **G** XXVI. G. p. **A** 23 horosc. hab. **Γ** 25 XXVIII. **N**] XXVII. 26 *et* 28 horosc. hab. **Γ** 27 XXIX. **N**] XXVIII.

tiosi, qui semper ⟨in⟩ litibus contentionibusque versentur. Si vero Mars in ipsa parte fuerit, vel si locum ipsum quadrata vel diametra radiatione respexerit,
13 lacerati a canibus sine filiis morientur. In parte XXX. Geminorum quicumque habuerint horoscopum, Luna existente in eadem parte, erunt nobiles noti, sed in prima positi aetate morientur. Quodsi in ultima linea Geminorum fuerit horoscopus, et in eodem loco Mars
fol. 109ʳ 11 fuerit inventus, a bestia vel a vipera percussi pedem vel femur perdent.

XXII. [CANCER.]

1 Inter oculos Cancri quicumque habuerint horoscopum, orbi vel unoculi erunt. In I. parte Cancri quicumque habuerint horoscopum, Luna in eadem parte constituta, erunt negotiatores nobiles; radiante Saturno, nautae piscatores tabernarii caupones, et his similia exercentes, semper viles ignobilesque. In parte II. Cancri quicumque habuerint horoscopum, erunt nimia potentia ac nobilitate perspicui, violenti qui alienam substantiam factiosa cupiditate possideant. Ibunt sane per itinera infinita; sed morte repentina morientur.
2 In parte III. Cancri quicumque habuerint horoscopum, erunt negotiatores laboriosi non consistentes loco. In parte IV. Cancri quicumque habuerint horoscopum, inimicos suos omni genere semper inpugnant, et superiores semper efficiuntur in omni certamine. In parte V. Cancri quicumque habuerint horoscopum, lumina

1 *add.* κσ | constitutionibusque *corr.* v 4 XXX. N] XXIX. 6 existente *om.* Γ | noti] natu D 7 ultima *om.* Γ 9 vel vipera Δ 12 *cf. 327, 9, sed noli delere Firmici neglegentiae memor* | habuerit Δ 13 unioculi G 14 habuerit Δ 16 et his — ignobilesque *om.* Γ 17 II. p. C. Δ 18 horosc. hab. Γ 22 Cancri p. III. Γ | horosc. hab. Γ 23 non uno v non in uno a 24 IV. C. p. Γ | horosc. hab. Γ · 25 suos *om.* Δ 26 semper *om.* Γ 27 C. V. p. A C. p. V G | horosc. hab. Γ

eorum calculosis vulneribus inbuentur. In parte VI.
Cancri quicumque habuerint horoscopum, oculi eorum
perversa semper acie vertentur. In parte VII. Cancri 3
quicumque habuerint horoscopum, habebunt in capite
tubera. Sed si Luna ad horoscopum feratur, erunt
astuti inpii. Quodsi Lunam et horoscopum Mars ra-
diatione aliqua aspexerit, latrocinantes crudeli feritate
grassantur. Sed hi aut in crucem tolluntur, aut pu-
blica animadversione peribunt. In parte VIII. Cancri 4
quicumque habuerint horoscopum, erunt caeci. Haec
pars inter oculos Cancri [id]est. In IV. parte nebula
est de qua frequentissime diximus. In IX. parte Can-
cri quicumque habuerint horoscopum, erunt nautae gu-
bernatores qui naves per omne pelagus periti artificii
moderatione gubernent. In parte X. Cancri quicumque
habuerint horoscopum, omnia efficaci conversatione *fol. 109v I*
conplebunt. *
In parte autem XXV. Cancri qui nati 5
fuerint, Luna praesente, vel radios conmodante, erunt
omni felicitate provecti. Sed hi se stupris adulteriis-
que conmaculabunt, quorum adolescentia laudetur, po-
sterior vero infametur aetas. Hoc idem pars haec in
mulierum genituris decernit. * * * * * * * * * * * *
* *

1 caliculosis **A** cauculosis **G** cancrosis *σ* | inbuentur *Γ*] nubilabuntur **N** implebuntur **D** impugnantur *ϰ* | C. p. VI. **A** VI. C. p. **G v** 3 semper perversa *Δ* | acie *Δ*] facie *Γ* | vertantur **A** vertuntur **v** | VII. C. p. **A** VII. p. C. **G v** 4 horosc. hab. *Γ* | habebunt — 5 horoscopum *om.* **D** habebunt — 5 feratur *om.* **N** 6 et *Γ*] atque *Δ* | radiatione aliqua aspexerit *Δ*] radiaverit *Γ* 8 cruce **AD**[1] 9 VIII. C. p. *Γ* 10 horosc. hab. *Γ* | *decreta partium VIII. et IX. invertit* **N** 11 *del. ζ* | In IV. — dix.] *Haec aut aliena a F. aut dormitavit* 12 Cancri parte *Γ* 13 horosc. hab. **A′** 14 perita *ζ* 15 X. C. p. *Γ* 16 horosc. hab. *Γ* 17 *lacunam indicant Δ, de suo explevit* **a** 18 a XXV. autem parte *Γ* | qui nati fuerint] quicunque habuerint horoscopum **N** 19 praesente Luna **N** | commodante **N**] commendante 20 provecti *Δ*] beati **G** beati vel provecti **A′** 21 conmaculabunt ⟨et tales erunt⟩ *suppl. σ* 22 et pars *Γ* 23 genitura *Γ* | *lacunam indicarunt Δ, de suo supplevit* **a**

XXIII. [LEO.]

1 In I. Leonis parte quicumque habuerint horosco-
pum, erunt lenones rauca voce †oriputi. Hoc et ⟨in⟩
illis partibus quae in ore sunt simili ratione perficitur.
In parte II. Leonis quicumque habuerint horoscopum,
erunt reges potentes. Sed quotienscumque ad eundem
locum Mars venerit aut Saturnus, gravia illis bellorum
certamina concitantur. In hac parte stella limpida est
2 de qua in praecedentibus diximus. In parte III. Leonis
quicumque habuerit horoscopum, erit rex duplex pos-
sidens regnum, multas provincias virtutis suae potesta-
tibus adsocians. Sed ⟨et⟩ in hac parte haec eadem
stella radios suos ostendit. In parte IV. Leonis qui-
cumque habuerit horoscopum, erit venator. In parte V.
Leonis quicumque habuerit horoscopum, erit athleta-
rum magister vel unctor. In parte VI. Leonis quicum-
3 que habuerit horoscopum, athleta nascetur. In parte
VII. Leonis quicumque habuerit horoscopum, erit hym-
nologus. In parte VIII. Leonis quicumque habuerit
horoscopum, erit ex quodam artificio clarus et nobilis,
si benivolae stellae * * * hoc idem fecerint, erunt cinaedi
et pantomimi, mulieres vero meretrices erunt, quae
pudorem suum passivis libidinum conversationibus ven-
4 dant. In parte IX. Leonis quicumque habuerint ho-

2 parte Leonis *Δ* 3 eriputi **N** erupti **a** oriputidi *ϰ* ore turpi *σ* ore putri *ζ* | et *Γ*] ex *Δ***v** | *add.* **a** 5 II. L. p. *Γ item in decretis III—X* 8 limpida est **v**] est limpida **N** limpida etiam *Γ* [limp.] et **D**¹ (hac est parte stella limpida de qua et in praec. **D**²) 9 dix. in praec. *Γ cf. 69, 19 ubi legitur pars V.* 12 *add. ϰ* 13 extendit *ϰ* 14 *et* 15 horosc. hab. *Γ* | *decreta partium V. et VI. invertit* **N** 16 unctor *Γ***N** *mg.*] victor **N** *in textu* auctor **Dv** 17 hab. horosc. **Nv**] horosc. hab. *Γ***D** 18 horosc. hab. *Γ* | hymnologus **D**¹**Gv**] imnologus **A** mymologus **N** mimologus **D**² *cf. 301, 8* 19 hab. horosc. **N**] horosc. hab. *Γ***D** 21 *excidit fere* hunc locum aliqua radiatione respexerint. Quodsi malivolae stellae *ζ* 22 et *om.* **A′** | erunt *om.* **A′** 24 horosc. hab. *Γ* | *decreta IX et X invertit* **N**

roscopum, erunt obstetrices, alienos filios nutrientes. Quodsi Luna in horoscopo fuerit crescens lumine, attestantibus benivolis stellis, regum vel potentium filios nutrient. In parte X. Leonis quicumque habuerit horoscopum, erit dux nobilis sagittator. Si vero Mars horam Lunamque viderit, gladiatores erunt. * * * * *
* *

XXIV. [VIRGO.]

In I. Virginis parte quicumque habuerit horo- *fol. 109v II*
scopum, si sit Luna plena luminibus, vel si prospe- 1
rum horoscopo testimonium perhibeat, erit magna nobilitate perspicuus; erit postea cum rege vel cum regina, insinuatus merito litterarum, habebit plurimos in sua potestate. Sed si Mars hunc radiaverit locum, erit cinaedus. Morietur autem in humidis locis. In parte II. III. IV. V. vel VI. Virginis quicumque habuerint horoscopum, erunt speciosi sacerdotes prophetae haruspices magna nobilitate perspicui, religiosi potentes, habentes maxima divinitatis insignia. In parte 2
VII. Virginis quicumque habuerint horoscopum, Luna crescente, vel in horoscopo constituta, erunt sacerdotes, haruspices divini religiosi potentes, adversarios cum summa auctoritate semper opprimentes. Quodsi Iup-

1 obstitrices D obtritices N 3 filios regum vel potentum dominorum Δ | potentium A] potentum 5 sagittator Δ] sagitt Γ 6 horam Γ] horoscopum Dv horoscopante N | *spat. vac. reliquerunt* Δ *de suo suppl.* a 9 In eius I. parte Δ | habuerint ΔA 10 si sit Luna κ] et sit L. G et L. sit Δ et si L. A′ 11 horoscopum A′ horosc. G | perhibeat, magna nob. perspicui erunt postea . . . insinuati . . . habebunt Δ 14 in sua Δ] insinuata Γ | *pronuntia* radiarit *ut clausula fiat* | locum, cinaedos facient et morientur in Δ 15 In — 17 horoscopum Δ (*nisi quod* habebunt *pro* habuerint *exhibent, et* Virginis *om.* D)] In II. Virg. parte quic. habuerint horoscopum (*sic* G: horosc. habuerit A) vel in V. vel in VI. Γ 18 *et* 22 aruspices A auruspices Δ 19 VII. V. p. Γ *et sic per totum caput* 20 Luna crescente N] crescente Luna 22 summa cum Δ

piter et Mars hunc eundem locum radiaverint, erunt
duces sed qui contra barbaros exercitum ducentes per-
dant. Sed si Mercurius testimonium perhibuerit, erunt
3 praepositi thesaurorum et feneratores. Quotienscumque
autem Saturnus ad hunc locum venerit, in magna
penuria constituentur. Si Iuppiter solus in ⟨hoc⟩ loco
fuerit, omnia decernuntur felicitatis insignia. Si Luna
crescens lumine Iovi conmodaverit radios, cum poten-
tibus pulchritudinis merito fida illos amicitiae neces-
situdo coniunget. Quodsi Venus in ipso loco fuerit,
faciet mulieres prostitutas. Si vero sub ipsa Spica
hora fuerit, ⟨erunt⟩ pistores sed qui inter collegas suos
habeant principatum. Si vero iuxta Spicam fuerit ho-
4 roscopus, erunt infelices pauperes miseri. In parte VIII.
Virginis quicumque habuerint horoscopum, id est in
ipsa Spica, erunt religiosi iusti, magnifica nobilitate
perspicui, affluentibus divitiis ornati, et qui gaudeant
felici sobole filiorum. Sed hi in provecta aetate mo-
rientur. In parte IX. Virginis quicumque habuerint
fol. 110r I horoscopum, erunt luctatores sed qui in omnibus cer-
taminibus consequantur insignia coronarum. In parte
X. Virginis quicumque habuerint horoscopum, erunt
5 latrones effrenata cupiditate semper inmundi. In parte
XI. Virginis quicumque habuerit horoscopum, erit ath-
leta sed qui gloriosae consequatur nobilitatis insignia,
dives ac divitum mulierum maritus; sed morte vio-
lenta morietur. In parte XII. Virginis quicumque ha-
buerint horoscopum, erunt iusti religiosi, maxima digni-
tatis insignia reportantes. Erunt profetae sacerdotes.

1 radiaverint locum Gv 2 pergant Δ 4 thesauris Δ 6 Si autem a | *add.* N 7 decernentur Gv 9 amicitiae κζ] amicos 12 hora Γ] horoscopus N horoscopum v *om.* D | *add.* ζ (faciet va) | pastores Δ (pictores D²) 18 felici *om.* A′ felices G | hi in ζ] hi Δ G in A′ 20 sed Δ] et Γ 22 horosc. hab. Γ 23 athletae latrones Δ 25 insignia nobilitatis Δ 26 dives ac Γ] dites et Δ | sed qui Δ 27 horosc. hab. Γ 28 religiosi iusti Δ religiosi *om.* G

Erunt vel magnorum templorum vel civitatum vel pro-
vinciarum rectores. Sed his frequenter populorum iudicia
credentur. Habebunt autem ex infortuniis filiorum maxi-
mos dolores. In parte XIII. Virginis quicumque habu- 6
erint horoscopum, erunt citharoedi vel hymnologi. In
parte XIV. Virginis quicumque habuerint horoscopum,
erunt musici. In parte XV. Virginis quicumque habu-
erint horoscopum, erunt elegantes qui virginum concu-
bitus saepe sectentur. Habebunt in femore vitium, et eos
frequenter vitiosis humoribus concretus sanguis inquie-
tabit. In parte XVI. Virginis quicumque habuerint ho-
roscopum, erunt magni, plura negotia tractantes. Sed
biothanata morte morientur. In parte XVII. Virginis 7
quicumque habuerit horoscopum, erit gladiator publicis
voluptatibus deputatus. In parte XVIII. Virginis qui-
cumque habuerint horoscopum, erunt beati et primi
sacerdotes, docti amici regum, et qui a mulieribus
amentur semper. Quodsi Mars in ipsa parte fuerit,
vel in occasu partis, mulieris causa publica morte
plectentur. In parte XIX. Virginis quicumque habu- 8
erit horoscopum, erit architectus structor parietarius
vel marmorarius. In parte XX. Virginis quicumque
habuerint horoscopum, erunt musici citharoedi, cantica
dulci vocis modulatione cantantes. Sed hi ad cliente-
las patronorum pertinebunt, obsequiis semper amoris *fol. 110r II*
sibi gratiam conparantes. In Virginis XXI. parte qui-
cumque habuerint horoscopum, id est in extremo pede,
erunt homines qui plurimis se negotiorum generibus
involvant. Sed his frequenter iudicia credentur. Qui-
dam amicitias adfectabunt iudicum. In parte XXII. Vir- 9

3 infortuniis **A'**] fortunis **GN** fortuni///s **D** 4 *et* 6 horosc. hab. ***Γ*** 5 mimologi **N** 6 XIV. V. p. *hic solus* **A'** 7 horosc. hab. **A'** 9 eum ***Δ*** 10 inquietat **A** inquietavit **G** 16 horosc. hab. ***Γ*** | et] ac **A** 20 plectentur **Gv**] plectetur 21 architector ***Δ*** 24 clientulas **AN** 26 XXI. (XXII. **A**) V. p. *hic* ***Γ*** 27 horosc. hab. ***Δ*** 29 credentur **Gv**] credantur **A** credentes ***Δ*** 30 iudicantium vel iudicum ***Δ*** iudicium **G**

ginis quicumque habuerit horoscopum, * ⟨In parte XXX. Virginis quicumque habuerit horoscopum,⟩ quae pars ⟨in⟩ extrema linea est, attemptabitur daemone. Quodsi Mars aut in ipsa fuerit parte, aut in occasu partis, a piratis capti interficientur in mari.

XXV. [LIBRA.]

1 In I. parte Librae quicumque habuerit horoscopum, erit pulchro corpore et amabilis gratia venustatis ornatus. Quodsi Saturnus in hac parte fuerit, erit omni corpore incolumis. In parte II. Librae plurimae sunt stellae in quibus sunt aliae masculinae, aliae femininae. Quicumque in masculinis stellis habuerint horoscopum, erunt hymnodici nobiles, quibus deorum secreta credantur. Qui vero in femininis habuerint stellis, erunt
2 cinaedi gratia semper urbanitatis perspicui. In III. parte Librae quicumque habuerint horoscopum, erunt sacerdotes iusti longaevi. In IV. parte Librae quicumque habuerit horoscopum, erit citharoedus musicus dulcisonis vocibus ornatus. In V. parte Librae quicumque habuerint horoscopum, erunt divites copiosi, sed qui semper in iudiciis versentur. In VI. parte Librae quicumque habuerint horoscopum, erunt divites,
3 magna negotiationis officia tractantes. In VII. parte Librae quicumque habuerint horoscopum, Marte in ipsa parte constituto, a piratis capti crudeli morte moriun-

1 *lac. indic.* Δ *suppl.* a 2 *add.* N 3 habuerint N 4 *add.* Gv | attemptabuntur N attentabunt D | daemones D 5 aut *prius om.* Δ | parte fuerit Δ 8 Librae Γ] huius signi Δ 9 amabili ϰ 10 hac Γ] ea Δ | erit *om.* Gv 11 corpore] tempore D | II. p. L. Γ 12 aliae sunt N | masc. al. fem. Δ] fem. al. masc. Γ 14 hymnodi ϰ | nobiles *om.* Δ 15 stellis habuerint Δ 16 grata . . . urbanitate N 20 dulcibus vocis sonis Δ (sonus D) dulci sono vocis ϰ 22 sed N] et Γ *om.* D 24 magna Δ G] multa A′ 25 horosc. hab. A′ 26 morientur Gv (25 Marte — 333, 2 horoscopum *om.* A)

tur, aut a bestiis magnis lacerantur. In parte VIII.
Librae quicumque habuerit horoscopum, erit balneator
mediastrinus. In parte IX. Librae quicumque habu-
erit horoscopum, erit aleator populari notione perspi- *fol. 110v I*
cuus. Haec autem pars etiam in litteris vehementer
peritos efficit. In parte X. Librae quicumque habu- 4
erit horoscopum, erit cinaedus publica pulsatus infa-
mia. Quodsi mulieris fuerit ista genitura, erit passivis
libidinum cupiditatibus prostituta. In XI. parte Librae
quicumque habuerit horoscopum, hydropica morte mo-
rietur. In XII. parte Librae quicumque habuerint horo-
scopum, in iudiciis cum omnium notitia versabuntur. In
parte XIII. Librae quicumque habuerit horoscopum, erit
religiosus iustus, cui publica iudicia credantur, et quem
rex amico diligat semper adfectu. Sed hic provecta
aetate ⟨morte⟩ sua morietur. In parte XIV. Librae 5
quicumque habuerit horoscopum, erit sculptor et qui
deorum simulacra miro artificii splendore perficiat. In
parte XV. Librae quicumque habuerit horoscopum, erit
regina sine filiis oligochronia; biothanata morte mori-
etur. In parte XVI. Librae quicumque habuerit horo-
scopum, erit negotiator sed qui peregrinas merces ad-
vehat semper. In parte XVII. Librae quicumque ha- 6
buerit horoscopum, in septentrionali scilicet parte, si
Luna bene posita ad benivolas plena lumine feratur,
faciet litteratos scribas regum, vel quibus dictandi
conmittatur officium, magno nobilitatis honore per-
spicuos. In XVIII. parte Librae quicumque habuerit

1 lacerabuntur Δ | VIII. p. **Gv** 3 mediastinus Δ *cf. ad 324, 8* | IX. p. *Γ* 5 pars etiam *Γ*] pars **D** partes **N** | peritos vehementer Δ 6 X. p. *Γ***D** 10 habuerint . . . morientur Δ | ydropica Δ 11 habuerit . . . versabitur *propt. claus.* σ 13 XIII. p. *Γ* 15 in sua pr. aet. Δ in pr. aet. ζ 16 *add.* **a** | sua *om.* Δ | XIV. p. *Γ* 18 artificii splendore κζ] artificis pignore 19 XV. p. *Γ* | quicumque . . . regina *suspectum* 21 XVI. L. p. *Γ* XVI. p. L. **N** | horosc. hab. Δ 23 XVII. L. p. *Γ* 25 ad benivolas **AN**] ac benivola **DGv** | beniv. ⟨stellas⟩ σ 27 magnae **A**

horoscopum, in crucem iussu imperatoris tolletur, aut praesente imperatore torquebitur, aut iussu principali suspendetur, sed tunc cum Mars in ipsa parte fuerit
7 inventus. In parte XIX. Librae quicumque habuerit horoscopum, incursu repentino hostium capietur. In parte XX. Librae quicumque habuerint horoscopum, in septentrionali scilicet parte, erunt medici famosa artis nobilitate perspicui. Si vero Mars in ipsa parte fuerit inventus, habebunt actus de mensuris et ponderibus,
fol. 110v II sed sine filiis morientur. In parte XXI. Librae quicumque habuerint horoscopum, erunt geometrae oligo-
8 chronii. In parte XXII. Librae quicumque habuerint horoscopum, si Mars in ipsa parte fuerit inventus, de alto lapsi vel praecipitati crudeli morte moriuntur. In parte XXIII. Librae quicumque habuerit horoscopum, erit aut rex aut regina. Sed multis relictis superstitibus ferro morietur. In parte XXIV. Librae quicumque habuerint horoscopum, erunt negotiatores qui peregrinas merces advehant [in] navibus. Si vero Mars in ipsa parte fuerit, vel in occasu ⟨fu⟩erit, a piratis
9 capti morientur. In parte XXV. Librae quicumque habuerit horoscopum, erit faber ferrarius, vel qui res metallicas tractet. In parte XXVI. Librae quicumque habuerit horoscopum, erit textor gerdius, sed cuius animus insaniae valitudine saepe quatiatur. In parte XXVII. Librae quicumque habuerit horoscopum, erit pigmentarius vel turarius. In parte XXVIII. Librae quicumque habuerint horoscopum, erunt divites sacer-
10 dotes. In parte XXIX. Librae quicumque habuerint horoscopum, erunt religiosi iusti benivoli omni boni-

2 torquetur *Δ* 3 suspenditur *ζ* 4 XIX. p. *Γ* 5 capitur *ζ* 6 XX. p. *Γ* | habuerit *Δ* G^{b} 7 famosae *Δ* 10 XXI. p. *Γ* 12 XXII. p. *Γ* 13. 14 ex alto lapsi aut **N** 17 XXIV. p. *Γ* 19 *del.* **a** 20 fuerit *sec.* **a**] erit *Γ om. Δ* 21 XXV. p. *Γ* 23 tractet *Δ*] exerceat *Γ* (*tuetur σ qui* rem metallicam) | XXVI. p. *Γ* 27 XXVIII. p. **Gv** 29 XXIX. L. p. **A** XXIX. p. L. **Gv** 30 omni praeconio bonitatis *ζ*

tate ornati. In parte XXX. Librae quicumque habuerint horoscopum, erunt mendaces verbosi, affluentia sermonis inflati. Quodsi benivolae stellae illic fuerint collocatae, erunt medici magni peregrinatores biothanati. In Boote quicumque habuerint horoscopum, erunt divini astrologi artis Chaldaicae periti.

XXVI. [SCORPIUS.]

In parte I. Scorpii quicumque habuerit horoscopum, 1
erit incantator qui latentes dolores mitiget potestate
verborum. In parte II. Scorpii quicumque habu-
erint horoscopum, erunt turpes meretricio squalore
saepe polluti. In parte III. Scorpii quicumque habu-
erint horoscopum, erunt nani gibberosi ridiculi. In
parte IV. Scorpii quicumque habuerint horoscopum,
erunt nani regum vel imperatorum deliciis deputati.
In parte V. Scorpii quicumque habuerint horoscopum, *fol. 111r 1*
Luna bene posita, erunt nobiles iusti religiosi, [qui] 2
praeclaro affinitatis ornati consortio. Habebunt pluri-
mos liberos. Sed hi ex magisterio vel interpretatio-
nibus habebunt vitae substantiam. Erunt regis scri-
bae, litterarum tractantes officia [sua]. Hos fida regum
amicitia nobilitabit. In parte VI. Scorpionis quicum-
que habuerint horoscopum, erunt sacerdotes divites,
liberos multos habentes. Sed frequenter ex regum in-
dignatione morientur. In parte VII. Scorpii quicum- 3
que habuerit horoscopum, a bestiis morietur. In parte
VIII. Scorpii quicumque habuerint horoscopum, erunt

1 XXX. L. p. **A** XXX. p. L. **Gv** 5 Bootes. qui in hoc astro hab. horosc. *Δ* 6 divini *om.* *Δ* 8 *per totum caput nisi aliter notatur numerum ante* parte *ponunt* *Γ* *et* Scorpii *hab.* *Γ* Scorpionis *Δ* | Sc. p. *Γ* 10 horosc. hab. *Γ* 12 Sc. p. *Γ* 13 gilbosi **D** gibbosi **Nv** 14 Sc. p. **Gv** 16 Sc. p. *Γ* 17 *del.* *ζ* religiosique *σ* 19 hi *ζ*] si 21 tractans **A'** | *del.* a (*an* sed*?* *ζ*) 22 Sc. p. *Γ* | Scorpionis *hic et* **A** Scorp. **G** 24 hab. lib. mult. *σ* | sed *om.* *Δ* | ex regum *Δ*] exiguum *Γ* 25 moriantur **D** moriuntur **Nv** | Sc. p. **A'** 26 Sc. p. *Γ*

opifices. Sed hi aut ab aspide aut a vipera percussi
morientur. In parte IX. Scorpii quicumque habuerit
horoscopum, erit hortulanus hortorum semper culturis
applicatus. In parte X. Scorpii quicumque habuerit
horoscopum, in prima aetate morietur. In XI. parte
Scorpii quicumque habuerit horoscopum, erit entheus
4 sacerdos dans responsa quaerentibus. In parte XII.
Scorpionis quicumque habuerit horoscopum, erit ser-
vus templorum vel sacrorum obsequiis deputatus. In
parte XIII. Scorpionis quicumque habuerint horosco-
pum, Luna in aliquo cardine constituta, erunt iudices
famosa reportantes insignia dignitatis, de aliorum iudi-
cum sententiis iudicantes, habentes vitae necisque ma-
5 ximam potestatem. Sed haec illis potestas decernitur
ab anno XXX. vel XXXV. Sed hi et uxores sortientur,
et suscipient filios. Habebunt climacteras et pericula
anno XXVII. et XLII. et LVIII.; quae pericula si erunt
anno LXVI. morientur. Sed erunt cum quodam vitio;
aut gladio aut ferro morientur vel in aqua vel re-
pente. In parte XIV. Scorpionis quicumque habuerint
horoscopum, * * * * * * * * * * * * * * * * * * *
6 * * * * * * In parte XVI. Scorpionis quicumque ha-
buerint horoscopum, erunt pistores. Quodsi Luna in
quocumque signo clarae stellae fuerit, erunt iudices
cum magna licentiae potestate. Quodsi Mars in deiec-
tis locis fuerit inventus, faciet spiculatores, sed his
ipsis gladio cervices amputabuntur. In parte XVII.

2 Sc. p. **Γ** 3 horosc. hab. **A′** horosc. *om.* **G** 3 ortulanus **ΓN** | ortorum *codd.* | culturis semper applicitus **N** curis semper applicatus **D** 4 p. X. *et* **G** 4 *et* 6 horosc. hab. **A′** 8 Scorpionis *et* **A** Scorp. **G** *item l.* 10. 22 | horosc. hab. **Γ** 10 horosc. hab. **A′** hab. *om.* **G** 16 climateras **A** climatteras **N** 17 XXVII] XXXVII **D**[1] 18 sed — repente *om.* **D**[1] *add.* **D**[2] 19 aut ferro *om.* **N** | in aqua **Γ**] in aliqua **D**[2] *in textu, corr. mg.* ui aliqua **N** 20 In parte XIV. — 21 horoscopum *om.* **Γ** 21 *lac. indic.* **Δ** *suppl.* **a** 22 hor. hab. **Δ** 23 pictores **GN** 24 clara stella **N** (*unde* una *pro* Luna *in l.* 23 σ) | fuerint **ΓD**[1] 25 magnae **N** | licentiae **Δ**] licentia ac **Γ** 26 speculatores **Δ**

Scorpionis quicumque habuerit horoscopum, erit auri-
fex inaurator bractearius. In parte XVIII. Scorpii qui- 7
cumque habuerit horoscopum, a bestiis laceratus mo- *fol. 111r II*
rietur. In parte XIX. Scorpii quicumque habuerit
horoscopum, Luna bene posita, erit magna potentia
felicitatis ornatus; vitae et necis habebit maximam
potestatem. Quodsi Iuppiter horoscopum quacumque
radiatione respexerit, potestas etiam tanta erit, ut re-
gali conparetur imperio. Sed in re publica erit ni-
mium negligens. Hic offenso principe morietur. In 8
parte XX. Scorpionis quicumque habuerit horoscopum,
erit dux potens bellator, qui prospere ducat exercitum.
Infinitas victorias faciet, cuius virtus et gloria regali-
bus conparetur imperiis. Elatus nimio felicitatis aug-
mento, de attentando imperio rebelli cogitatione trac-
tabit. Erit audax temerarius, relinquens superstites
filios. Igne vel offenso rege morietur. In parte XXI. 9
Scorpionis quicumque habuerit horoscopum, ⟨in pri-
ore⟩ dextro Scorpionis pede, erit piscator sed qui
marinas spongias colligat. Qui in secundo pede ha-
buerit horoscopum, ab aliqua bestia vel a quadrupede
morietur. Qui in tertio pede habuerint horoscopum,
erunt ⟨hortulani. Qui in quarto pede habuerint ho-
roscopum, erunt⟩ cinaedi, mulieres vero prostituto pu-
dore meretrices. In parte XXII. Scorpionis quicumque 10
in priore pede sinistro habuerit horoscopum, erit hor-
tulanus, in secundo a bestiis morietur, in tertio erunt
tonsores, in quarto a piratis occidetur, vel a bestiis
in humidis locis morietur. In parte XXIII. Scorpio-
nis quicumque habuerit horoscopum, si Luna Venus

9 imperio comparetur **A′** 11 horosc. hab. **Γ** 13 *excidîtne* ⟨et talis erit⟩ cuius*?* *σ* 18 *add.* *κζ* 20 spungias **Γ** 21 a *om.* **Δ** 23 *add.* **N** | ortulani **N** 25 Scorpionis **Δ**] S. **A** Scorp. **G** 26 in pr. p. sin. *post* horoscopum *pon.* **Δ** | ortulanus **ΓD** 28 occidentur . . . morientur **Δ** 29 Sc. p. **Γ** (Scorpii **G**) 30 horosc. hab. **A** | si Luna Venus **N**] si Luna **D** et Venus **Γ**

et Mars in ipsa parte fuerint positi, erit potens dives
longaevus, cui augmenta felicitatis provecta aetate de-
11 cernantur. Multa autem filiorum sobole laetabitur. In
parte XXIV. Scorpionis quicumque habuerint horosco-
pum, avarae cupiditatis instinctu et paricidalis furo-
ris amentia fratres suos interficient, sed et ipsi violenta
morte morientur. In parte XXV. Scorpionis quicum-
que habuerit horoscopum, si Mars in ipsa parte fuerit
inventus, vel per diametrum vel per quadratum iunc-
12 tus, igni cremabitur. In parte XXVI. Scorpionis qui-
cumque habuerint horoscopum, erunt oratores advocati
medici, sed quos professionis suae nobilitet ingenium.
Cum testimonio benivolarum stellarum illis legatio
patriae credetur. Sed hi offenso rege morientur. In
parte XXVII. Scorpionis quicumque habuerit horosco-
fol. 111v 1 pum, praesente Venere et Iove, erit dives iustus ama-
bilis longaevus, multarum mulierum amore praeventus.
Sed huic processu aetatis augmenta felicitatis accedent.
Hic in patria sua [aetatis suae] augmenta maxima
13 consequetur gloriae et dignitatis. In parte XXVIII.
Scorpii quicumque habuerint horoscopum, erunt strabi
quorum perversos oculos ornet bona gratia venustatis.
Erunt sane negligentes. Quodsi Mars in ipsa parte
fuerit, profusionem sanguinis patientur. Quidam erunt
elephantici, quidam frenetici. Si vero plena lumine
Luna feratur ad Martem, * * * In parte XXIX. Scor-
pionis quicumque habuerint horoscopum, erunt advo-
cati sapientes. Quodsi benivola stella in ipsa parte
fuerit inventa, legati mittentur ad imperatorem, et con-

1 divus **Dv** 2 ⟨in⟩ pr. aet. **a** | decernuntur **AΔ** decernentur **Gv** *corr.* **a** 3 autem *om.* **Δ** 4 Scorpii **G** 5 parricidali **Nv** (paric. *omn. codd.*) 6 et *om.* **Γ** 9 in diametro vel in quadrato **Δ** 10 igne **A′** 18 accedunt **Δ** 19 patria] prima **A′** | *del.* ζ (suae *om.* **A** aetate **va**) 21 Sc. p. **A** | Scorpii **Gv** Scor **A** | strambi **D** stranibi **G** 25 plena **A**] minuta **Δ** *om.* **G** 26 Luna *om.* **A** | *lac. indic.* **D** 27 habebunt **Δ**

plebunt omnia quaecumque illis fuerint in legatione mandata. Consequentur munera, sed habebunt in necessariis partibus corporis vitium. In parte XXX. Scor- 14
pii quicumque habuerint horoscopum, erunt Marsi venefici ad neces hominum venena vendentes, ut ex isto studio multos interficiant. Erunt sane mendaces mali malitiosi. Quodsi Mars in ipsa parte fuerit inventus, erunt venatores sed biothanati. Adiacent Scorpio in dextra parte Ofiuchus et Vulpes, in sinistra Cynocefalus et Ara. In Ofiucho qui nati fuerint, erunt audaces enthei, praesago divinitatis instinctu futura noscentes. In Vulpe qui nati fuerint, erunt callidi 15
fraudulenti circumscriptores cordatissimi, habentes vitae subsidia *** e terrae cultura quaerentes. Quodsi Saturnus in ipso loco fuerit inventus, erunt custodes monumentorum. Hi autem morientur per dolum. In Cynocefalo qui nati fuerint, erunt frenetici valitudinarii sine filiis oligochronii. In Ara qui nati fuerint, erunt sacerdotes [qui] ex sacrificiis habentes vitae subsidia, sed periuri et mala morte pereuntes.

XXVII. [SAGITTARIUS.]

In parte I. Sagittarii quicumque habuerit horosco- 1
pum, erit nobilis religiosus iustus, et cui maxima gloriae conferantur insignia. Quodsi benivola stella in ipsa parte fuerit inventa, faciet reges vel regum pro- *fol. 111v II*

3 Scorpii **Gv** Scor **A** 9 Ophiolcus (-ucus D^2 *ir.*). Adiacet in dextra (-tera **D**) Scorpionis parte vulpes *Δ* adiacet *et Γ corr.* **a** Ofiucus **A** Ofiulcus **G** 10 Ofiuco **A** Ofiulco **G** Ophiulco **D** Ophiolco **N** 11 erithei **A** *et uv.* **G** 14 *lacuna vel hic vel ante* habentes *statuenda; an* quaerentes *del.?* | e terrae *nos*] aeterna 17 frenetici *Δ* **G**] frequenter **A′** 19 qui *del.* *ϰζ* | ex *om.* *Δ* 20 sed *σ*] sunt | periuri **N**] perituri *Γ* **D** | morte *om.* D^1 pereuntes morte **N** 22 I. parte *Γ* | Sagittarii *Γ*] huius signi *Δ* 23 et *om.* *Δ* | maxima *Γ*] magnae **D** magna **N** 24 conferentur *corr.* **a**

ximos, qui omnia efficaciter conpleant. In parte II. Sagittarii quicumque habuerint horoscopum, erunt furiosi periuri sacrilegi. In parte III. Sagittarii quicumque habuerint horoscopum, unum oculum quolibet
2 genere perdent. In parte IV. Sagittarii quicumque habuerint horoscopum, erunt monumentorum custodes. In parte V. Sagittarii quicumque habuerint horoscopum, erunt inpuri inpudici miseri ac turpis infamiae labe polluti. In parte VI. Sagittarii quicumque habuerint horoscopum, erunt vatii tibiis varicosi biothanati. In parte VII. Sagittarii quicumque habuerit horoscopum, eo nomine erit iustus religiosus, et cui publica iudicia credantur, ita ut de ceterorum senten-
3 tia iudicet. In parte VIII. Sagittarii quicumque habuerint horoscopum, si Iuppiter in ipsa parte fuerit inventus, erunt longaevi religiosi, et inter affines suos primi suscipient filios. Erunt interpretes regum, vel magistri scribae, sacrarum litterarum tractantes officia. Sed processu aetatis felicitatis illis insignia conferentur; bona morte deficient. In parte IX. Sagittarii quicumque habuerint horoscopum, erunt astrologi divini enthei cultores deorum. In parte X. Sagittarii quicumque habuerit horoscopum, erit athleta oplomachus.
4 In parte XI. Sagittarii quicumque habuerit horoscopum, in bello percussus morietur. In parte XII. Sagittarii quicumque habuerint horoscopum, erunt periculosi temerarii, et qui praepostero cupiditatis ardore ad omne facinus libenter accedant. In parte XIII. Sa-

1 II. p. S. **A** II. S. p. **Gv** 2 habebunt Δ 3 sacrilegi periuri Δ | III. Sag. parte **Γ** *et sic semper nisi aliter notatur* 4 perdent quomodolibet unum oculum Δ 10 vatii tibiis ζ (vatiis t. κ)] nati tibiis **A′** nati cibiis **G** nati cibus **D** uaticibus **N** (nanos gibbos **a**) | varios **D** variosi **G** 11 habuerint Δ**A** 12 eo nomine *del.* **a** homo σ 13 sententiis **v** 17 suscipientes **Γ** 18 ministri κ | officia tractantes Δ 19 in proc. **A′** 20 deficient **Γ**] morientur **D** morietur **N** 23 hoplomachus **D**² **v**′ oplomacus **Γ** aplomachus **N** oplothemacus **D**¹ 26 habuerit **AD** 28 facinus Δ**G**] nefas **A′**

gittarii quicumque habuerit horoscopum, * * * paricidali possessus interficit, et ipse biothanatus interibit. In parte XIV. Sagittarii quicumque habuerint horoscopum, citharoedi erunt publicis voluptatibus deputati;
vitium habebunt in oculo. In parte XV. Sagittarii qui- 5
cumque habuerit horoscopum, erit mechanicus qui instrumenta bellis faciat necessaria; morietur etiam in bello. In parte XVI. Sagittarii quicumque habuerit horoscopum, si Mars in ipsa parte fuerit inventus, lanceatus morietur, femina vero in partu deficiet. In parte XVII. Sagittarii quicumque habuerint horoscopum, erunt
athletae; si Mars testimonium perhibuerit, venatores; fol. 112r I
si Iuppiter, equorum cultores. In parte XVIII. Sagit- 6
tarii quicumque habuerit horoscopum, erit fur periurus malivolus malignus; sine filiis biothanatus morietur. In parte XIX. Sagittarii quicumque habuerit horoscopum, erit pancratiastes sine filiis. In XX. parte Sagittarii quicumque habuerint horoscopum, erunt nani gibberosi ridiculi. In XXI. parte Sagittarii quicumque habuerint horoscopum, multum manducabunt, et res
alienas abnegabunt. In XXII. parte Sagittarii qui- 7
cumque habuerint horoscopum, si Iuppiter in ipsa parte fuerit inventus, erunt magni potentes infinita terrae spatia possidentes, et quibus peditum equitumque conmittantur exercitus. Frequenter etiam navale illis im-

1 *excidit fere* patrem furoris amentia ζ | parricidali **A** parricidiali **D** parridali **GN** 2 interficit **A'**] interfectu **G** interitu *Δ* 5 habebunt *om.* **D**[1] *post* oculo *pon.* **D**[2]**N** 7 necessaria faciet *Γ* 9 lanceatus **A** *et* **N** (*hic* lanceati morientur)] laureatus **D** laceratus **Gv** 10 morietur etiam (et **D**) in bello *Δ* 15 malignus malivolus *Δ* | morietur *om.* *Γ* 16 habuerint **Nv** 17 erunt *Δ***v** | pancratiastes *nos*] pancrastes **N** panchraste *Γ* panacraste **D**[1] pancraste **D**[2] 18 hor. hab. *Γ* 19 gibosi **D** gibbosi **Nv** 20 vendicabunt σ 21 abnegant *Δ* 24 et quibus peditum equitumque **N**] erunt pedites equitum | committantur ζ] committatur **A** committentur *Δ* *et* **G** *qui ante* equitum *ponit* 25 etiam *Γ*] et *Δ* | illis navale **A'** | imperium κ] proelium

perium credetur, confligent multa bella, subiugabunt
barbaros, civitates alias restaurabunt, alias dissipabunt.
Habebunt uxores et filios, sed uxores eorum in neces-
sariis locis vitia habebunt vel cicatrices. Sed hi mo-
rientur in pugna in peregrinis locis. In parte XXIII.
Sagittarii quicumque habuerint horoscopum, in deser-
8 tis et abditis locis morientur a bestiis. In parte XXIV.
Sagittarii quicumque habuerit horoscopum, erit equo-
rum domitor vel auriga. Si vero Iuppiter in ipso loco
fuerit, aut mulio erit aut auriga regius, sed qui ob
hoc maxima gloriae consequatur insignia. Sed Marte
attestante biothanatus interibit. In parte XXV. Sagit-
tarii quicumque habuerit horoscopum, erit ebriosus
temulentus, praesertim si Mars in ipsa parte fuerit
inventus. Si vero Venus testimonium perhibuerit, erit
cinaedus sed qui publica damnetur infamia; mulieres
9 vero fient meretrices. In parte XXVI. Sagittarii qui-
cumque habuerint horoscopum, erunt vitiorum conta-
gione polluti, mulieres vero viragines meretrices, et ad
omne libidinis facinus applicatae. In XXVII. parte
Sagittarii quicumque habuerint horoscopum, in deser-
tis locis ⟨morientur⟩. Si vero Mars in ipsa parte fuerit
inventus, erunt oligochronii infelices, †quidem plaga
10 morientur. In XXVIII. parte Sagittarii quicumque
fol. 112r 11 habuerit horoscopum, erit asinarius mulio, et qui as-
siduis laboribus inplicetur. In XXIX. parte Sagittarii
quicumque habuerit horoscopum, erit nanus gibberosus
captivus. In XXX. parte Sagittarii quicumque habu-
erint horoscopum, erunt invidi pthisici sine gratia,
mors vero ipsorum a bestiis. Quodsi Mars in ipsa
parte fuerit inventus, erunt oligochronii sine filiis.

1 confligent Δ G] confingent **A** 5 in peregrinis locis *om.* Δ | p. XXIII. S. *et* **G** XXIII. p. S. **A** 7 *hinc* parte Sagittarii *et* **G** Sag. p. *solus* **A′** 11 Sed *om.* Γ 14 tumulentus **GN** 21 habuerit **AD** 22 *add.* **N** *lac. indic. cet.* | vero *om.* Δ 23 et quidem Δ quidam **v** qui de ϰ | plagati **DG** (dilacerati ζ) 24 moriuntur Δ 27 hor. hab. Γ | gibbosus Δ 29 phisici *corr.* ϰσ 30 ⟨erit⟩ ipsorum ζ *praeeunte* ipsorum ⟨erit⟩ **A**

Si vero in extrema linea Sagittarii, id est super 11
caudam, fuerit ⟨inventus⟩ horoscopus, figuli nascentur;
si vero infra caudam, erunt unioculi strabi cursores
velocissimi, alienis semper potestatibus subiugati, et
inquietabuntur sanguine. Habebunt prolixam faciem,
et morientur a quadrupede.

In dextra parte Sagittarii oritur navis Argo, in 12
sinistra Canis. Quicumque itaque in ipsa navi habu-
erint horoscopum, erunt naucleri gubernatores nego-
tiatores, sed qui ad occidentem navigent. Sed si Mars
hunc eundem locum viderit, revertentes ad orientem
a piratis interficientur. In Cane quicumque habuerint 13
horoscopum, erunt litigiosi clamosi. Si vero Mercurius
in ipso loco fuerit inventus, erunt advocati optimi et
amici regum. Qui vero in ore Canis habuerit horo-
scopum, erit turpi vita inquinato ore, sed affluentia
vani sermonis inflatus.

XXVIII. [CAPRICORNUS.]

In prima parte Capricorni quicumque habuerit ho- 1
roscopum, erit rex imperator. In II. parte Capricorni
quicumque habuerint horoscopum, erunt campi doctores,
et quibus dispositio committatur proeliorum. Sed hi
biothanata morte morientur. In III. parte Capricorni
quicumque habuerint horoscopum, si Mars in ipsa parte
fuerit inventus, Luna vero cum eo collocata, erunt
magni potentes et habentes maximam gladii potesta-
tem, sed qui iudicia severe et crudeliter semper exer-
ceant. Erunt crudeles ingeniosi semper audaces, et
qui multos interficiant. Erunt magni exercitus duces,
sed in pugna morientur. In IV. parte Capricorni qui- 2

2 cauda **Γ** | *add.* **N** 3 unoculi **A** | strambi **DG** 6 et *om.* **Δ** 7 Argo **Δ**] ergo **Γ** 9 navicularii **Δ** 19 Capr. parte **Γ**, *idem* 20 *solus* **G** 21 campi **Γ**] cauti **Δ** | ductores **AD²N** 22 sed biothanati morientur **Δ** 25 inventus **Γ**] constitutus **Δ** | cum eo *om.* **Γ** | sit collocata ς 26 et hab. max. gl. pot. **Δ**] max. gl. pot. hab. **A** max. gl. pot. (hab. *om.*) **G**

cumque habuerint horoscopum, si Mercurius in ipsa
parte fuerit inventus, faciet musicos vel artifices, sed
fol. 112v I qui mulieres praeposteris libidinum amoribus perse-
quantur. Erunt sane negligentes. Si vero Luna bene
fuerit posita, faciet scribas nobiles, sed quibus magna-
rum rerum officia credantur. Erunt sane divites iusti
religiosi. Sed hi longaevi morientur. In V. parte Ca-
pricorni quicumque habuerint horoscopum, erunt turpes
3 inpuri, ad omne vitium libidinis applicati. In VI. parte
Capricorni quicumque habuerint horoscopum, erunt
elefantici. In VII. parte Capricorni quicumque habue-
rint horoscopum, erunt curiosi artifices, sed quos arti-
ficii sui nobilitas conmendet, amici regum. Sed in hoc
loco nascentur et medici. Cum testimonio malivolarum
4 stellarum *****. In VIII. parte Capricorni quicum-
que habuerint horoscopum, si Venus in ipsa parte fu-
erit inventa, habebunt maximae nobilitatis insignia.
Quodsi Luna bene fuerit collocata, multa agentes omnia
tractabunt negotiationis officia; alii publicis vectigali-
bus praeerunt. In IX. parte Capricorni quicumque
habuerint horoscopum, si Mars in ipsa parte fuerit
inventus, in prima aetate morientur. Si vero Mercu-
rius testimonium perhibuerit, erunt feneratores divites,
5 sed pecuniarum causa morientur. In X. parte Capri-
corni quicumque habuerint horoscopum, si Mars in
ipsa parte fuerit inventus, faciet moechos sed cum
amabili gratia venustatis. Sed hi amicorum suorum
uxores praepostera amoris cupiditate corrumpent, ve-
rum numquam in isto facinore deprehensi publicantur.
His ex aliquo artificio maxima vitae subsidia confe-
rentur, sed adulterio cognitas sortientur uxores. Morte

7 *decreta partium V. et VI. invertit* **N** 14 nascuntur *Δ* | benivolarum **v** 15 stellarum *om. Δ* | *lac. stat. κ* 18 multa *om.* **D** | omnia *om. Δ* 25 habuerint **G**] habuerit 26 moech. fac. *Δ* 27 gratia mechos venustatis **N** gratia Venus faciet mechos venustatis **D** | hi *Γ*] qui *Δ* 28 amoris *om. Δ* | corrumpant **N**[a] 31 uxores sortientur *Δ*

repentina morientur. In XI. parte Capricorni quicum-
que habuerit horoscopum, erit aurifex. In XII. parte
Capricorni quicumque habuerit horoscopum, erit athleta
virtutis magnae biothanatus. In XIII. parte Capricorni 6
quicumque habuerint horoscopum, si Mars in ipsa
parte fuerit inventus, erunt tales qui propter lucrum
ad omne facinus crudelitatis accedant. Sed erunt Marsi
venena vendentes, qui serpentes sopitis venenorum *fol. 112v II*
aculeis nutriant. Per hos multi morientur, erunt per-
iuri adulteratores ⟨moechi mali malitiosi vel sequestres⟩
libidinum. Hi tenui voce dulciter modos carminum
dicent, omnes homines ficta decipientes simplicitate,
†oriputri clamosi, qui neque de uxore neque de filiis
gaudia consequantur. Verum processu aetatis de pe-
dibus claudicabunt. Sed hi de commerciis vel de pu-
blico habebunt vitae subsidia. In XIV. parte Capri- 7
corni quicumque habuerint horoscopum, si Iuppiter in
ipsa parte fuerit inventus, vel Venus, erunt divites
ministri regum [quibus et] ⟨quorum fidei maximarum
rerum⟩ tuitio credatur; in populo suo principalium
suorum officia tractabunt. Erunt sane negligentes, et
qui plurimis conviviis gaudeant. Quodsi Mercurius in
ipso loco fuerit inventus, ex domestica conmendatione
provecti, ad notitiam regum amicitiamque pervenient.
In XV. parte Capricorni quicumque habuerint horosco-
pum, erunt nani gibberosi ridiculi. In XVI. parte Ca- 8
pricorni quicumque habuerint horoscopum, sex digitos
habebunt et erunt gibberosi. In coniunctione spinae et
colli quicumque habuerint horoscopum, Marte ibi po-

4 p. XIII. *Δ* 5 habuerit *Δ* 10 *add.* **N** 11 hi *om.* *Δ* 13 oriputri *Γ*] oriputi *Δ* oriputidi *κ* ore turpi *σ* ore putri *ζ* *cf. 328, 3* 14 de] *cf. Thes. l. l. V 63. 61 sqq.* 15 vel publico **N** 17 habuerit **A′** 19 regum *σ*] rerum | quibus et quorum f. m. r. tuitio **N**] quibus tuitio *Γ***D** *del.* *ζ* | maxima **N** *corr.* *ζ* 21 suorum] virorum **a** (imperio suo princ. virorum off. *κ*) 24 perveniunt *Δ* 25 *et* 26 Capr. parte **A** 26 gibbosi **N** 28 habebit **N** | erunt gibberosi **A**] erit gibberosus 29 habuerit *Δ***A**

sito, Luna perhibente testimonium et bona radiatione
coniuncta, erunt nobiles polychronii, nobilium filiorum
parentes, amici regum. Biothanati interibunt. In XVII.
parte Capricorni quicumque habuerit horoscopum, ⟨punc-
9 tu spinae morietur. In XVIII. parte Capricorni qui-
cumque habuerint horoscopum,⟩ si Mars et Venus et
Mercurius in eadem parte fuerint constituti, vel in
eodem signo, interficient uxores suas, sed et ipsi pu-
blica animadversione plectentur. In XIX. parte Capri-
corni quicumque habuerit horoscopum, si Mercurius
in ipsa parte fuerit inventus, scriba erit regalibus of-
ficiis semper applicatus. In humidis morietur locis,
10 vel a bestiis consumptus interibit. In XX. parte Ca-
pricorni quicumque habuerit horoscopum, erit tabellis
et forensibus studiis applicatus. In XXI. parte Capri-
corni quicumque habuerit horoscopum, erit nobilis
amicus regum, et cui multa ex largitione imperatoria
conferantur, amabilis populo (verum medio aetatis spatio
ista illi dignitatis insignia conferentur), facilis ad in-
fol. 113r I dignandum, indignationes suas exercens cum maximo
impetu potestatis. Sed huic ex casu filiorum infortu-
nia provenient. Morietur morte sua. * * * * * * * *
11 * * * * * * * * * * * * * * * * * In XXIV. parte
Capricorni quicumque habuerint horoscopum, erunt
languido animo languidis sensibus, et qui frequenter

2 polichronii A′DN 4 habuerint Gv | *add.* N 6 habuerit N | si Mars — 7 constituti Γ] Marte et Mercurio et Venere in eadem parte constitutis N Mars et Merc. et Venus in ead. p. fuerint constituti D 9 XIX. N] XVIII. 11 erit *om.* Γ (erit scriba ζ) 12 locis morietur Δ 13 vel *om.* Γ | interibit *om.* Γ | XX. N] XIX. 14 horosc. hab. Γ 15 et] vel N | XXI. N] XX. | parte *ante num. pon.* Δ 16 horosc. hab. A′ 17 et *om.* Δ | imperatoris A 18 medio aetatis Δ G] mediocritatis A′ 20 exercentes *corr.* v 21 filiorum A] fratrum DGv filiorum et fratrum N 22 *lac. indic.* N 23 XXIV. N] XXI. *de numeris hic et in sequentibus dubitari potest* 24 habuerit . . . erit . . . temptetur Δ 25 languidis Γ] languidus Δ

tententur insania. In XXV. parte Capricorni quicumque
habuerit horoscopum, a bestiis consumptus morietur. In
XXVI. parte Capricorni quicumque habuerit horosco-
pum, erit pantomimus grata venustate perspicuus. In
XXVII. parte Capricorni quicumque habuerint horosco-
pum, erunt iusti potentes, de aliorum iudicum sen-
tentiis iudicantes, amici regum. Sed his ex filiorum
infortuniis maxima decernuntur doloris incommoda.
In XXVIII. parte Capricorni quicumque habuerit ho-
roscopum, *
* * * * * ⟨In XXIX. parte Capricorni quicumque ha- 12
buerit horoscopum,⟩ erit tyrannus crudelis, ad omne
facinus armatus, periculosus temerarius, sed cui mors
multitudinis manibus inferatur. * * * * * * * * * *
* *

XXIX. [AQUARIUS.]

In I. parte Aquarii quicumque habuerit horosco- 1
pum, si Iuppiter et Saturnus simul fuerint inventi, vel
si horoscopum trigonica radiatione respiciant, et si
Luna bene fuerit collocata, erit rex magnus gloriosus
polychronius, omnium terrarum possidens circulum.
Sed maxima illi potentia processu temporis decernetur.
Sed is in aqua morietur. In II. parte Aquarii qui-
cumque habuerint horoscopum, habebunt artem quae
pertinet ad ornatum vel ad picturas; filiis superstitibus
morientur. In III. parte Aquarii quicumque habuerit 2
horoscopum, si Iuppiter in ipsa parte fuerit inventus,

1 temptetur *Δ* | XXV. **N**] XXII. 3 XXVI. **N**] XXIII. 4 gratia venustatis **A′** 5 XXVII. **N**] XXIV. 7 sed *κ*] sunt (fiunt **A**) | infortuniis filiorum **A′** 8 decernentur **DG** 9 XXVIII. **N**] XXV. 9—14 *totum decretum bis habet* **D**, *priore loco a manu 2 cum numero XXV, altero loco cum numero XXIX a manu 1* 9 horosc. hab. **A′** 10. 11 *lac. indic. et add.* **N** 14 perferatur **A′D²** | *lac. ind. Δ* 19 si *sec. om. Δ* 21 polichronius **AN** 23 is in **A′D**] his **G** iis in **N** 24 habuerit **A***Δ* 25 ad picturam vel ad ornatum; superst. filiis *Δ* 26 morietur *Γ*

vel si eam quacumque radiatione respexerit, erit ma-
gnus potens multam possidens terram. Sed is iactu-
ram patrimonii sui sustinebit, verum propriis viribus
maxima illi conferentur subsidia facultatum. Debel-
labit gentem suam, et erit ad omne crudelitatis faci-
nus adiunctus, et qui multorum hominum stragibus
gaudeat. Habebit et ex ancillis filios, sed hos inma-
3 tura perdet aetate. Erit sane ab omni tristitia sepa-
ratus, omnibus displicebit, omnibus detrahet, ut ex
fol. 113r II ista causa omnes eum amici vitent. Erit edax mul-
tum cibum capiens, multum agrum possidens. Sed
processu temporis omnia illi potentiae conferentur in-
signia. Verum cum fuerit limen senectutis ingressus,
debilitato corpore agrum colet. In IV. parte Aquarii
quicumque habuerit horoscopum, erit deorum cultor
iustus, de aliorum iudicum sententiis iudicans. Sed is
4 biothanata morte morietur. In V. parte Aquarii qui-
cumque habuerit horoscopum, laqueo se suspendet. In
VI. parte Aquarii quicumque habuerit horoscopum,
aquam hauriens misero laboris onere praegravabitur.
Erit athleta nobilis. In VII. parte Aquarii quicumque
habuerit horoscopum, ⟨* * * * In parte VIII. Aquarii
quicumque habuerint horoscopum⟩ Venere qualibet ra-
diatione coniuncta, erunt longaevi divites iusti, et qui in
senectute proficiant. Sed hi filiis superstitibus morien-
5 tur. In IX. parte Aquarii quicumque habuerit horosco-

1 eam σ] eum *Γ* *om.* *Δ* 4 illis *Δ* | subsidia *Γ*] insignia *Δ* 6 adiunctus] armatus ζ *cl. 347, 13* addictus σ 10 vitent **A′**] vetent (devitent σ *clausulae gratia*) 11 capiens *Δ* **G**] sumens **A′** 12 in processu *Δ* | illis *Δ* 14 debilitatus *Δ* | p. IV. *Δ* 16 is *Γ*] iis *Δ* 17 p. V. **N** V. Aqu. p. **G** Aquarii *om.* **A** 19 VI. Aqu. p. *Γ* p. VI. Aqu. **N** 21 VII. A. p. *Γ* p. VII. A. **N** 22 *add.* **N** *post verba* misero — praegravabitur *male e l.* 20 *repetita* 23 quocunque habuerit **N** | Venere **N**] Vene **D**[1] re *add.* **D**[2] Ven **G** si Venus . . . fuerit coniuncta **A** 24 et qui in se iusti et qui in senectute *Δ* 25 *post* morientur *spat. vac. hab.* **D** 26 p. IX. A. **N**

pum, erit structor sculptor architectus. In X. parte
Aquarii quicumque habuerit horoscopum, si Mars qua-
libet radiatione coniunctus fuerit, faciet balneatores,
qui in prima aetate morientur. In XI. parte Aquarii
quicumque habuerint horoscopum, in aquosis locis vel
in humidis morientur. Si vero in vertice urnae fuerit
horoscopus, erunt medici. Quodsi Saturnus quacumque
fuerit radiatione coniunctus, erunt pollinctores et fu-
nerarii, quibus sepulturae officia credantur. In XII. 6
parte Aquarii quicumque habuerit horoscopum, erit
piscator de mari habens vitae subsidia. In XIII. parte
Aquarii quicumque habuerint horoscopum, erunt hor-
tulani, vel qui cloacas mundent; si vero Mars testi-
monium perhibuerit, balneatores, si Saturnus, hausto-
res aquarum. In XIV. parte Aquarii quicumque habue-
rint horoscopum, si Mars ei testimonium perhibuerit,
faciet urinatores vel nautas, sed qui omnis laboris
onere praegravabuntur. In XV. parte Aquarii qui-
cumque habuerint horoscopum, ⟨erunt laboriosi operarii,
in humidis vel in aquosis viventes locis. In XVI. parte 7
Aquarii quicumque habuerit horoscopum erit⟩, inpudi-
cus cinaedus, sed qui hoc libidinis vitium latenter
exerceat. In XVII. parte Aquarii quicumque habuerit
horoscopum, si Mars ei quacumque fuerit radiatione
coniunctus, lanceatus morietur. In XVIII. parte Aqua- *fol. 113v I*

1 astructor cultor **Δ** | p. X. **Δ** 2 habuerit **Γ** 4 prima parte aetatis **N** prima pạṛṭẹ aetate **D** | moriuntur **N**, -antur *κ* 5 habuerit **D²N** 6 moriuntur **D²N** | urnae a] cornu **A′DN** corni **G** 8 fuerit *om.* **D** radiatione fuerit **N** 9 XII. Aqu. p. **Γ** 11 subsidia **Γ**] praesidia **Δ** | XIII. A. p. **Γ** 12 ortulani **AN** ortolani **G** 14 haustores **Gv**] hausores **A** urinatores **Δ** 15 habuerit **ΓD** | horosc. hab. **Δ** 16 ei *om.* **Δ** 17 facient **Δ** | urinatores *σ*] duos uiatore **A** duos viatores **Gv** divinatores **Δ** (*cf. ad l.* 14) | omnis **A**] omnes **Gv** omni **Δ** 19 habuerint **N**] habuerit | *add.* **N** 21 impudicus **A**] impudens 23 XVII. A. p. **ΓD** 24 ei *om.* **A′** | quacunque fuerit **A′**] quicunque fuerit **G** fuerit qualibet **Δ** 25 In XVIII. — 350, 1 horoscopum *om.* **D** *in spat. vac.* | p. XVIII. A. **N** XVIII. A. p. **Γ**

rii quicumque habuerit horoscopum, * * * * * * * *
8 * * * * * * * * * * * * * * * * * * In parte XIX.
Aquarii quicumque habuerit horoscopum, pulmonum dolores sustinebit. In XX. parte Aquarii quicumque habuerint horoscopum, hydropici morientur. In XXI. parte Aquarii quicumque habuerit horoscopum, aurifex erit. In XXII. parte Aquarii quicumque habuerit horoscopum, erit formosa facie formoso corpore gratus, sed is in prima aetate morietur. In XXIII. parte Aquarii quicumque habuerint horoscopum, erunt pigmentarii di-
9 vites. In XXIV. parte Aquarii quicumque habuerit horoscopum, si huic parti Iuppiter quacumque fuerit radiatione coniunctus, erit formosus magno corpore gratus amabilis. Si autem ⟨ei⟩ Venus quacumque radiatione coniuncta fuerit, erit amicus regis corporis pulchritudine insinuatus felix, sed in prima iuventute morietur. In XXV. parte Aquarii quicumque habuerint horoscopum, erunt steriles sine filiis, erraticis semper amorum
10 cupiditatibus aestuantes. In XXVI. parte Aquarii quicumque habuerint horoscopum, ex cultura terrae habebunt vitae subsidia, vel de herbis. Sed hi perpetuis laboribus opprimentur. Erunt sane longaevi et inpraestabiles. In XXVII. parte Aquarii quicumque ha-

1 habuerint **N** | *lac. ind.* **N** 2 In parte XIX. — 3 horoscopum *om.* *Γ* 4 A. p. *Γ* 5 habuerit **DG** | hydropicus morietur **G** 6 A. p. *Γ* | habuerint **N** | erunt aurifices *Δ* 7 A. p. *Γ* | habuerint *Δ***G** 8 *post* horoscopum *Δ***G** *haec inserunt e l.* 10 *sqq. huc translata:* erunt pigmentarii divites si huic parti Iupiter quacunque radiatione (rad. *om.* **D**) coniunctus *sed* pigmentarii — coniunctus *del.* **D**² | erit *Γ*] erunt *Δ* | gratus *om.* **N** 9 is **G**] *om.* **A′** hi *Δ* | morientur *Δ* | A. p. **A′** Aquarii parte Aquarii **N** 11 habuerint *Δ* 12 radiatione fuerit *Δ* 13 erunt formosi . . . grati amabiles *Δ* 14 *add.* **a** 15 coniuncta fuerit *Γ*] conveniat *Δ* | erit **A**] *om.* **Gv** erunt *Δ* | amici regum . . . iis (**N**: hiis **D**) insinuati felices . . . moriuntur *Δ* 16 sed *om.* **D** sed in *om.* **N** 17 p. XXV. *Δ* 19 p. XXVI. *Δ* 22 longaevi et implicabiles vel impraestabiles **D** longaevi implacabiles et impraestabiles **N** 23 p. XXVII. Aq. *Δ*

buerint horoscopum, erunt hieroduli servi templorum,
in sacrorum caerimoniis hymnos dicentes. In XXVIII. 11
parte Aquarii quicumque habuerit horoscopum, poda-
gricus erit. In XXIX. parte Aquarii quicumque habu-
erit horoscopum, ⟨in desertis locis a bestiis laceratus
occiditur.⟩ Si Mars in ipsa parte fuerit inventus, vel
sit ⟨ei⟩ qualibet radiatione coniunctus, de alto proiectus
claudicabit; quodsi Saturnus viderit, morietur. In XXX. 12
parte Aquarii quicumque habuerint horoscopum, si
†Lunae appositae Saturnus quacumque fuerit radiatione
coniunctus, horoscopanti scilicet parti, erunt longaevi
nobiles, sed quibus processu temporis omnia felicitatis
insignia conferantur. Quidam negotiationis causa grande
pelagus transibunt. Erunt sane sine filiis, privignos
suos in loco filiorum habebunt. Extra partes Sagit- 13
tarii oritur F a l c i s L u p u s A q u a r i u s m i n o r et A r a.
In Falce quicumque habuerit horoscopum, erit arator qui
campos colens multas frumentorum copias colligat. *fol. 113v II*
In ore Lupi quicumque habuerit horoscopum, erit sal-
tator; attestante Marte comedetur a canibus. In ipso
Lupo quicumque habuerint horoscopum, erunt fraudu-
lenti fures crudeles homicidae, qui et suos et extra-
neos crudeli feritatis atrocitate percutiant. Sed et ⟨ipsi⟩
biothanati mortui insepulti proicientur. In sinistro
pede Lupi quicumque habuerint horoscopum, attestante
Marte, a latronibus percussi luxabunt pedes. In dextro
pede Lupi quicumque habuerint horoscopum, frenetici
in primo aetatis tempore morientur. In capite Aquarii 14
minoris quicumque habuerit horoscopum, per deserta

1 ieroduli **ΓN** 2 in *om.* **Δ** 3 erit podagricus **N** erunt podagrici **D** 5 *add.* **N** 7 sit ζ] si **Γ** *om.* **Δ** | *add.* σ 10 oppositae **v** Lunā appositā σ 14 sane *om.* **Δ** 16 falcis *noluimus obscurare* falx **Nv** | lupus lepus **ΓDv** 17 quicunque **N**] qui 21 habuerit **Δ** 23 ferocitatis **ΔG** | auctoritate **Δ** | et *om.* **Δ** | *add.* ζ 24 proiciuntur **Δ** 25 habuerit **Δ** 28 tempore **Γ**] spatio **Δ** | minoris Aquarii **Γ** 29 horosc. hab. **Δ**

loca iter faciens multum errabit, in desertis conversabitur locis. Quidam fient aucupes. In dextra Aquarii minoris quicumque habuerint horoscopum, erunt equorum magistri. Si vero benivolae stellae testimonium perhibuerint, aurigae vel muliones erunt regis. In ventre Aquarii minoris quicumque habuerit horoscopum, [merito] erit hortulanus fenerator laboriosus biothanatus. In pede dextro quicumque habuerit horoscopum, in locis
15 aquosis humidisque morietur. In Ara quicumque habuerint horoscopum, de sacrificiis habebunt vitae subsidia; sed hi exusti morientur. In aquae effusione quicumque habuerit horoscopum, a prima aetate erit dives et possessor, et paternum patrimonium varia profusione dilapidat. Erit liberalis sed erunt illi multi frequenter ingrati. Sed hic in processu aetatis maxima et patrimonii et dignitatis habebit augmenta, et inimicos suos omnifariam subiugatos sibi videbit.

XXX. [PISCES.]

1 In I. parte Piscium quicumque habuerit horoscopum, erit curiosus conpositus, e regiis facultatibus habens vitae subsidia. Sed hic ex †conscriptione sororum vel ex affinium suscipiet filios. In II. parte Piscium quicumque habuerit horoscopum, erit stridentis animi suspiciosus zelotypus. In III. parte Piscium

1 iter faciens **N**] iter faciet **DGv** interficiet **A** | ⟨et⟩ in ϰ 2 ⟨manu⟩ dextra ζ 4 stellae *om.* Δ 6 habuerint Δ | *del.* **N** | erunt -lani -tores -osi -nati **N** (erit — 8 horoscopum *om.* D^1) 7 ortul. *codd.* 8 habuerint D^2**N** 9 morientur Δ 11 moriuntur Δ | In aqua fluente Aquario qui habuerit **N** Aqua fluens ex Aquario qui in ea habuerit **D** 12 a *om.* Δ 13 et *ante* paternum *om.* Δ sed ζ | dilapidabit Γ 16 habebit *om.* **D** *ante* et patrimonii *pon.* **N** habebunt **A** 17 omnifariam **v**] ob nefariam Γ ob nefaria Δ | sibi *vel del. vel ante* subiugatos *pon.* ζ 19 Piscium *om.* Δ | habuerint . . . erunt -osi -siti . . . -entes Δ 20 e regiis ϰζ] egregiis 21 hic *om.* Δ | constupratione σ 22 ex *del.* ϰ 23 *et* 24 Piscis Δ

quicumque habuerit horoscopum, erit inpuris libidinum
vitiis inplicatus, et meretricio squalore pollutus, cuius 2
vita publica semper pulsetur infamia. In IV. parte fol. 114r
Piscium quicumque habuerit horoscopum, erit effeminatis
moribus cinaedus. Si vero mulier fuerit, pudorem
suum passiva libidinum nundinatione prostituet.
In V. parte Piscium quicumque habuerit horoscopum,
si Mercurius ei quacumque fuerit radiatione coniunctus
et Venus, erit dives nobilis longaevus, ex arte aliqua
habens vitae subsidia. Insinuabitur regi, et bona senectute
provectus, filiis superstitibus bene morietur.
In VI. parte Piscium quicumque habuerit horoscopum, 3
a bestiis confectus morietur. In VII. parte Piscium
quicumque habuerit horoscopum, si Mars in ipsa parte
fuerit inventus, a bestiis aut in aqua a pisce lacerabitur,
et sic morietur. In VIII. parte Piscium quicumque
habuerint horoscopum [vel in IX.] * * * praesente
Venere et Mercurio, quicumque nati fuerint, erunt religiosi
iusti longaevi, et litterarum tractantes officia.
Erunt scribae regii, noti regibus; filiis superstitibus
morientur. In X. parte Piscium quicumque habuerit 4
horoscopum, si Luna bene posita et Venus in parte
horoscopi fuerit constituta, erit grandis potens notus
omnibus, regibus coniunctus, multam peragrans terram,
grande navigans pelagus, praeponetur liburnis. Navale
illi conmittetur imperium, erit in pugna superior et
victor, habebit amoris maximam gratiam, erit iustus
religiosus, sed circa muliebres concubitus semper inpatiens,
magna praestans et omnia inpetrans. Morietur

